THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Michael Hillen, General Editor and Project Leader
Munich, February 2019

version 1 (6 February 2019)

THESAVRVS LINGVAE LATINAE

EDITVS IVSSV ET AVCTORITATE
CONSILII AB ACADEMIIS SOCIETATIBVSQVE
DIVERSARVM NATIONVM ELECTI

VOLVMEN V

PARS ALTERA

E

MCMXXXI—MCMLIII
LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

erginārio id est βυρσοδεψικόν GLOSS. III 539, 4. **erginārius** i. viscus de quercu GLOSS. III 561, 7 [*sc.* 'viscum quercin(ar)ium'. *vid. vulgus* quercin- *ori aptasse ascito* erg- *ab* ergasterio *sim. cf.* ergonarius. *Heraeus* (quercinarius *et Niedermann in plag. suspicatus est*).] *K.-M.*

×1. ergo *particula.* *de etymol. v. Walde-Hofmann, Et. Wb. p. 415.* *scribitur* erco: CORP. II 5936, 8. *litt. gr.*: GLOSS. Klio 13 (1913), 114 εργο τοιγαρουν. NOT. Tir. 2, 27. *in codd. notatur* eḡ, er̄, ğ (*cf. Lindsay, Notae Latinae p. 66*). *de accentu v. l. 36.* *de prosodia: de priore syllaba breviata apud* PLAVT. *v. C. F. W. Müller, Pros. 297. addas fortasse* Asin. 336 em -o (*cf.* 43). TER. Haut. 993. *altera syll. longa est apud veteres* (VLT. SYLL. gramm. IV 252, 19 MAR. VICTORIN. gramm. VI 28, 26; *cf. l. 36 sqq.*). *corripitur*: OV. epist. 5, 59 trist. 1, 1, 87; *postea inde a* SEN. *solet brevis esse praeter hos locos*: PETRON. *omnibus (5) locis metr.*, VAL. FL. 1, 774. 4, 585. 5, 648. 6, 14. SIL. 6, 134 (*praepos.*). 11, 567. 16, 217. IVV. 3, 281 (*locus suspectus, cf. p. 770, 74*). 9, 82 AVSON. 185, 7. 215, 7 CLAVD. 15, 260. 23, 7 carm. min. 53, 57. *notandum praeterea hanc syll. saepissime elidi* (*apud* LVCAN. *ubique praeter* 9, 256), *etiam ante brevem (v. e. g. p. 768, 34. 769, 13. 774, 2), et raro ictum versus in eam cadere (omisi locos, ubi in synalipha ponitur): numquam apud* ENN. LVCIL. LVCR.; PLAVT.: *fere* 10^{ies}; TER.: *ter*; VERG.: *quater*; HOR.: *ter*; OV.: 5^{ies}; GRATT.: *bis*; PHAEDR. app. 2, 12 PETRON. 123 vs. 216 VAL. FL. 4, 585. 5, 648 SIL. 6, 134. 11, 567 IVV. 9, 82.

CAPVT PRIVS

praepos. c. gen. (cf. Wölfflin, ALL 1, 1884, 175; praeter gramm. omnes locos attuli). semper postponitur substantivo; seiungitur: ARNOB. nat. 7, 30 p. 263, 24 honoris eis (*sc. superis*) -o datur. *de notione*: NON. p. 107, 11 -o positum pro [ea] (*del. Chifflet*) causa (GLOSS.^{L} III Abol. ER 7 *al. cf.* I Ansil. ER 108 hac de causa. *v. et infra l. 37*). GRAMM. suppl. 229, 17 Sergius dicit, melius significat propter *eqs.* (GLOSS. V 641, 20). *gr.* ἕνεκεν: *infra l. 57. 68. 78.* *falsa tradunt gramm. de distinctione praep. a coniunct. et de accentu*: PAVL. FEST. p. 82 -o correptum significat idem, quod apud Graecos οὐκοῦν; producte idem, quod χάριν, hoc est 'gratia', cum scilicet gratia intellegitur pro causa ... inferius sic formatur, cum dicimus de aliquo: statua donatus est honoris virtutisque -o (*v. infra l. 53*). DON. gramm. IV 371, 31 in Latinis verbis neque acutus accentus in ultima syllaba poni potest nisi discretionis causa, ut ... poné ... neque circumflexus, nisi in ea particula, quae est -ô (*cf.* VEL. gramm. VII 53, 3 aliud érgo, aliud ergô. MAR. VICTORIN. gramm. VI 193, 18 DIOM. gramm. I 433, 12 SERV. Aen. 6, 670 MART. CAP. 3, 271 POMP. gramm. V 131, 6. 12 PRISC. gramm. II 372, 16 III 47, 8 ISID. orig. 1, 18, 6 *al.*). *v. et s.* ergum *p. 775, 70 sqq.* *vox antiqua iam ante* PLAVT. *exoleta; legitur in titulis, in formulis sacris (sic omnes loci* CATONIS), *et apud priscae Latinitatis imitatores.* [*dub.*: CHAR. gramm. p. 119, 12 B. alia unius tantum casus sunt, ut ... sponte, dicis -o (d. causa, -o *C*), nequam *eqs.* CORP. I^2 2, 1521 ACT. lud. saec. Sept. Sev. 1, 21. *suppl.*: CORP. I^2 2, 603.]

i. q. propter vel causā: LEX XII tab. 10, 4 mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris -o habento. 10, 7 ⟨honoris⟩ virtutisve -o (*v. supra l. 39. cf.* SIL. 6, 134 instar honorum virtutisque -o. LIV. 1, 18, 6 honoris -o [ARNOB. nat. 7, 13 p. 247, 31. 7, 17 p. 251, 8. *v. et supra l. 30*]. SISENNA hist. 120 virtutis -o civitate donari [CORP. I^2 2, 743; *a. 73 a. Chr.*; ἕνεκεν. CIC. opt. gen. 19 benevolentiaeque. LIV. 25, 7, 4. 31, 15, 7 PLIN nat. 21, 7]). TAB. triumph. Aemil. 11 caput patrandae pacis haec pugna extitit. eius rei -o aedem ... vovit (CATO agr. 132, 1. 134, 3 eiusdem [141, 3 ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 143]. 139. 141, 4 LIV. 40, 52, 7. *cf.* TAB. triumph. Gracch. 10 cuius rei [CATO agr. 141, 2 LIV. 41, 28, 10]. CATO agr. 139 harumce rerum [141, 3 ACT. lud. saec. Aug. 98]. ACT. lud. saec. Aug. 105 quarumque [117. 141]. CIC. leg. 3, 9 rei suae -o ne quis legatus esto). CATO agr. 139 illiusce sacri coercendi -o (CIC. leg. 3, 20 consulum rogandorum -o. FRONTO p. 203, 8 N. tuendi eius -o). CORP. I^2 2, 718 (*a. 84 a. Chr.?*) benefici -o ([*gr. aliter*]. 728 [ἕνεκεν]. 845 ⟨virtut⟩is [*cf. l. 56*] beneficique). QVADRIG. hist. 41 communis exempli et fidei -o visum, ut *eqs.* CIC. leg. 3, 9 auxilii -o. Att. 3, 23, 2 si quid contra alias leges eius legis -o factum sit (LEX de imp. Vesp. [Corp. VI 930] 34. 37). LVCR. 3, 78 intereunt ... statuarum et nominis -o. 5, 1246 hostibus intulerant ignem formidinis -o (LIV. 22, 38, 4 fugae atque f.). NEP. Paus. 1, 3 eiusque victoriae -o Apollini donum dedisse (LIV. 25, 12, 15 v., non valetudinis -o. 28, 39, 15. 37, 47, 4). LEX vic. Furf. (Corp. IX 3513; *a. 38 a. Chr.*) 4 extremae undae quae lapide facta huiusque aedis -o. VERG. Aen. 6, 670 illius (*sc. patris*) -o venimus. LIV. 28, 39, 19 muneris -o. CORP. I^2 2, 727 salutis -o. 730 societatis -o (ἕνεκεν). XI 4632 huius rogationis -o.

CAPVT ALTERVM

coniunctio. *de notione*: PRISC. gramm. III 47, 8 rationalis coniunctio (*v. et s.* igitur *p. 253, 22 sqq.*). 100, 21 '-o' invenitur ... etiam pro expletiva, ut Terentius in Andria ([*v. p. 767, 75*]. *cf.* 337, 6 Attici τὸ οὖν παραπληρωματικόν accipiunt ... nostri quoque frequenter '-o' repletivi loco accipiunt). SERV. auct. ecl. 5, 58 antiqui ... '-o' pro 'merito' dicebant, sicut Plautus in Persa (*v. p. 768, 1*) ... item in Milite ([*v. p. 768, 2*]. georg. 2, 393). DON. Ter. Ad. 572 (*p. 765, 82*) -o semper addimus, ut hortemur tarde facientes (*sim. ad* Hec. 63 [*p. 775, 25*]. 610 [*p. 768, 41*]. Phorm. 62 [*p. 768, 27*]). VIRG. gramm. suppl. 199, 11 (= gramm. epit. 8 p. 70, 15 = GLOSS. V 521, 49) multi adverbia de coniunctativis faciunt, ut '-o' pro 'saepe' ponant ... iuxta illud Virgilii Asiani '-o sapientes legunt tua scripta, o Cato', hoc est dicere 'saepe legunt'. GLOSS. I p. 85 igitur immo sed denique. *graeca*: GLOSS.^{L} II Philox. ER 7 τοιγαροῦν τοίνυν (*unde* V Aa E 492; *cf. p. 775, 49.* VVLG. Luc. 20, 25 *al.*). GLOSS. οὐκοῦν (*cf. p. 759, 37*; VVLG. Ioh. 18, 37 BARNAB. 5, 3 *al.*), οὖν (*cf. e. g. p. 765, 26. 768, 84.* ITALA I Cor. 15, 11 [Aug. c. Faust. 2, 2 p. 255, 9; VVLG. enim]). *in versionibus reddit praeterea has particulas*: ἆρα: *v. p. 767, 25.* ἄρα: *v. p. 767, 20.* VVLG. Matth. 19, 25 *al.* ἄραγε: VVLG. Matth. 17, 25. ἄρα οὖν: VVLG. Rom. 9, 18 BARNAB. 9, 6 *al.* οὖν ἄρα: BARNAB. 15, 7. γάρ: *v. p. 766, 45. 771, 7 sq.* γοῦν: RVFIN. hist. 4, 15, 41. CONC.^{S} I 3 p. 24, 24 (*gr. I 1, 1 p. 30, 24*). δέ: *v. e. g. p. 766, 61. 771, 37. 774, 21.* δή: *v. p. 772, 37. 773, 10.* CASSIOD. Didym. in I Ioh. 5, 1 p. 74, 16. δὴ οὖν: CONC.^{S} I 3 p. 10, 27 (*gr. I 1, 1 p. 17, 28*). διὰ τοῦτο: *v. p. 774, 81.* καί: *v. p. 774, 25.* VVLG. I Macc. 2, 64 *al.* μέν: *v. p. 774, 27.* HIPPOCR. aer. 9 p. 19, 22 *al.* ὅθεν: VVLG. II Macc. 12, 46. ὥστε: *v. p. 774, 81.* VVLG. II Cor. 5, 17 *al.* *haud raro gr. om.*: *v. p. 764, 13.* VVLG. Luc. 21, 8 *al.*

*de **collocatione** (v. s.* igitur *p. 253, 50. 54)*: ***de primo et secundo loco**: singulorum auctorum usum cognosces ex hac tabula (moneo numeros praecipue maiores uno alterove discrepare posse a veritate propter numerantis lapsum et aliquos dubiae traditionis locos. cf. etiam p. 761, 79 sq. 83 sqq.)*:

	-o		igitur		itaque	
	summa	*1° loco*	*summa*	*1° loco*	*summa*	*2° loco*
ENN.	1	1	1	—	—	—
PLAVT.	182	50	158	18	18	—
CATO	1 ?	—	2	2	4	—
TER.	38	5	28	—	8	—
LVCIL.	9	5	—	—	—	—
VARRO	14	4	41	25	196	—
RHET. Her.	40	31	56	2	6	1
CIC.	617	282	2304	34	*ca.* 1300	—
inv.	22	9	55	2	3	—
orat.	168	73	515	5	*ca.* 400	—
rhet.	48	26	213	—	134	—
philos.	285	137	979	17	*ca.* 360	—
Att. epist.	94	37	341	10	*ca.* 400	—
CATVLL.	—	—	3	—	2	—
LVCR.	39	28	114	—	11	11
CAES.	5	—	1	—	*ca.* 80	—
HIRT.+BELL.	—	—	—	—	56	—
SALL. (*sine* rep.)	4	2	82	76	37	—
NEP.	8	—	8	1	62	—
VERG.	54	47	3	—	—	—
HOR.	25	20	6	—	1	1
sat.	15	12	6	—	—	—
TIB.	— (LYGD. 3)	— (LYGD. 3)	—	—	—	—
PROP.	8	7	12	—	—	—
OV.	99	91	80	—	—	—
am.	14	14	—	—	—	—
met.	32	28	9	—	—	—
fast.	6	6	10	—	—	—
trist.	21	19	26	—	—	—
Pont.	8	8	29	—	—	—
LIV. 1—5	17	10	42	14	86	22
6—30	36	7	73	24	327	24
31—45	24	—	44	4	181	7
GRATT.	13	9	—	—	—	—
MANIL.	8	4	12	—	—	—
VITR.	79	46	33	33	128	2
SEN. rhet. (*sine* exc.)	82	22	—	—	87	15
VELL.	1	—	6	1 ?	11	5
VAL. MAX.	52	22	60	13	99	9
CELS.	82	68	64	28	57	7
PHAEDR.	18	10	5	2	2	—
SEN. trag.	4	2	3	—	—	—
pros.	741	*ca.* 200	10	1	*ca.* 600	*ca.* 300
CVRT.	100	41	98	59	148	—
COLVM.	36	8	78	28	149	19

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

	-o		igitur		itaque	
	summa	*1º loco*	*summa*	*1º loco*	*summa*	*2º loco*
SCRIB. LARG.	17	—	1	—	12	7
LVCAN.	10	10	4	—	—	—
PERS.	1	1	5	—	—	—
PETRON.	88	14	17	2	79	7
PLIN. nat.	180	*ca.* 90	36	9	158	11
VAL. FL.	28	22	—	—	—	—
SIL.	18	15	7	—	—	—
STAT.	30	26	5	—	1	1
MART.	51	14	12	—	2	1
QVINT. inst.	135	32	172	16	98	11
decl.	220	*ca.* 75	140	11	49	10
IVV.	55	25	28	3	—	—
TAC.	35	30	177	170	3 (dial.)	—
hist.	—	—	42	41	—	—
PLIN. epist. (*sine* TRAI.)	84	2	19	16	32	1
paneg.	43	6	7	4	16	—
SVET.	19	4	22	5	25	8
FLOR.	24	7	43	25	47	1
FRONTO	9	3	96	33	—	—
APVL. apol.	15	—	58	23	2	—
met.	47	33	28	1	24	23
flor. philos.	4	1	66	19	1	—
PS. APVL. Ascl.	55	4	—	—	17	15
herm.	4	4	44	8	—	—
MIN. FEL.	5	2	17	7	15	5
TERT. apol.	32	9	26	8	21	9
ITIN. [Silv.]	135	—	—	—	18 (16 i.-o)	—
HIER. epist. 1—65	76	17	86	22	32	14
VVLG.	*ca.* 1200	*ca.* 35	*ca.* 330	*ca.* 150	318	242
AVG. civ.	664	27	*ca.* 300	2	214	188

in singulis sententiarum generibus fere eadem valent de collocatione quae protuli s. igitur *p. 253, 73 sqq., nisi quod paulo saepius* -o *anteponitur etiam particulis interrog. (v. p. 768, 71. 73.* LYGD. 6, 51 PHAEDR. 1, 15, 9. *et al.), imperativo (v. p. 765, 74. 78. 82. 768, 28. 44. 46 al.; usum Plautinum nimis severis legibus constringere temptabat Norden, Rhein. Mus. 49, 1894, 205), negationis particulis (e. g.* -o non: VERG. georg. 2, 293 HOR. sat. 1, 4, 53 LIV. 6, 40, 12 SEN. contr. 2, 3, 14 SEN. clem. 2, 6, 1. *et al. cf.* LYGD. 4, 75 -o ne dubita). *semper primo loco ponitur in 'argumentatione ex contrariis' (p. 764, 60). de* HOR. *v. Kießling ad sat. 2, 3, 5.* *de tertio loco (cf.* enim *p. 575, 26 sqq.;* igitur *p. 254, 2 sqq.): monosyllabum insequenti voci cohaerens primum locum tenet: e. g.* LIV. 39, 31, 10 haud secus -o. SEN. dial. 2, 7, 2 non potest -o (*cf. p. 763, 25. 764, 35 al.*). PLIN. nat. 31, 61 nec hoc -o (MART. 5, 50, 5; *aliter p. 763, 31*). *v. et p. 763, 79. 768, 29.* *item vox pyrrichia*: QVINT. decl. 312 p. 227, 14 erat argumentum -o. AVG. civ. 21, 4 p. 493, 18 D. velut expirante -o. *vox enclitica secundum locum tenet*: CIC. off. 2, 66 huic ⌊quoque⌋ -o ([⌊ ⌋ *del. Faccioli*]. PLIN. nat. 12, 13. 23, 112). LIV. 23, 12, 17 hostium quidem -o. QVINT. decl. 263 p. 76, 26 dignus es -o (*cf. p. 763, 53. 773, 21*). SEN. epist. 48, 12 quantum potes -o. *v. et p. 763, 51. 764, 10. 768, 16. 769, 33. 82 al.* *liberius tertio et sequentibus locis ponitur (praecipue apud poetas)*: PLAVT. Poen. 1269 condamus alter alterum -o. Pseud. 652. LVCR. 6, 1246 optimus hoc leti genus -o quisque subibat. PROP. 2, 32, 1 OV. met. 9, 495. 12, 106. GRATT. 73 exige si qua meis respondit ab artibus -o. PETRON. 16, 2 cum et ipsi -o. MART. 10, 44, 3 Quinte (*seq. duo versus hexam. coniuncti cum vocativo*), -o *eqs.* 11, 75, 5. QVINT. decl. 247 p. 12, 10 de utraque vos persona -o. *al.* PLIN. paneg. 12, 2 TERT. virg. vel. 4 p. 888 Oe. ANTH. 390, 15. AVG. civ. 12, 14 p. 531, 26 D. cur non -o (*al.*). *al.* SIDON. epist. 4, 21, 2 primis Haeduis deberis -o, non solis (*ante* -o *distinguunt vix recte*). VEN. FORT. carm. 3, 12, 19 Mart. 2, 271. *et al. cf. p. 763, 22. 767, 8. 768, 3. 13. 78. 770, 40. 773, 1. 775, 45 al.* *ex coni. mutatur ordo*: PS. APVL. Ascl. 9. *nota: tmesin efficit*: AMM. 30, 7, 3 ob -o validi corporis robur: *cf. etiam* SEN. nat. 5, 10, 3 veri -o simile est (ASCON. p. 67, 24 St. verine -o s. e.; *at* SEN. nat. 6, 24, 3 -o veris. e.). SPART. Pesc. 1, 3 Pescennius -o Niger *eqs.* (EVTR. 6, 8, 2). *cf. p. 765, 66.* *legitur inde ab* ENNIO, PLAVTO, (MET. MAC. *p. 766, 23*, *?* CATONE *p. 762, 20*), VARRONE. *deest apud* HYG. astr. (*32* igitur; HYG. fab. *4* -o: *1* igitur). *notio affirmativa (p. 767, 61), quam sunt qui originariam putent (v. Hofmann, Syntax p. 683), non invenitur certis exemplis nisi apud* PLAVT. TER. *quae ratio intercedat inter voces* -o igitur itaque, *elucet ex tabula supra descripta (v. et* igitur *p. 254, 62 sqq.); notandum sane etiam apud sing. auctores frequentiam variare: velut* PLAVT. Cas. *11* (*2* igitur). Rud. *17* (*4* igitur). Persa *16* (*5* igitur). *at* Amph. *3* (*16* igitur). Most. *8* (*18* igitur). *de* TAC. *v. Ph. Spitta, De Taciti in componendis enuntiatis ratione, Göttingen 1866 p. 120 adnot.* *de* ASCON. *et* SCHOL. Cic. *v. Stangl, Philol. 67 (1920), 519, 35.*

[*variat in codd. saepissime c.* ego, *e. g.*: PLAVT. Curc. 568 TER. Hec. 787 Haut. 628 CIC. fin. 2, 23 Att. 13, 25, 3 CVRT. 6, 10, 22 AVR. Fronto p. 69, 10 N. *v. et p. 764, 69. 767, 67 al.* *c.* igitur: *v.* igitur *p. 254, 66 sqq. v. et p. 763, 68. 764, 14.* *c.* erga: *v. p. 750, 39.* *c.* enim: TERT. apol. 29, 4 (enim *F*). patient. 9 p. 14, 23 *al.* *c.* vero: TERT. adv. Hermog. 12 p. 139, 19 *al.* *ex coni. legitur*: PLAVT. Truc. 175 (ego *codd.*). LVCIL. 142 (ego *trad.*). SEN. contr. 7, 1 (16), 19 (erga *trad.*). CELS. 7, 7, 7^{C} (eo *FV*, sed *J*). SEN. epist. 124, 15 (-o *add. vulg.*). *al.* *falso traditur*: PLAVT. Poen. 1051. TER. Ad. 325 (-o *om. pars codd.*). POMPON. Atell. 142 PROP. 3, 3, 29 SEN. epist. 106, 4 PLIN. nat. 35, 72 SIL. 10, 282 AVIEN. Arat. 1081. *dub. et corrupt.*: PLAVT. Capt. 1020 (*A om. totum locum*). Cist. 251 (*lacunosa*). Pseud. 151 Truc. 590. SEN. benef. 6, 21, 2 (immo *vulg.*). PETRON. 105, 6. 112, 6 (modo *l. v.*). *al.* *dub. interpr. frgg. nonnulla*: CATO or. frg. 64, 1 (-o *om. pars codd.*). PACVV. trag. 367 TITIN. com. 145 TVRPIL. com. 11 LVCIL. 668 *al.*]

CONSPECTVS MATERIAE

I ***c. vi conclusiva vel consecutiva vigente*:**
 A *in sententia simplici*:
  1 *in enunt. recto*: **a** *significat nexum realem: infra l. 66*
   b *notat conclusionem logicam: p. 763, 19.*
  2 *in interrog.*: **a** *generatim: p. 763, 67.* **b** *specialia*:
   α argumentatio ex contrariis: p. 764, 60. *β* quid -o?: *p. 764, 67.* *γ* quid -o est?: *p. 765, 37.*
  3 *in exclamatione: p. 765, 63.*
  4 *c. imperat. vel coniunct. iuss.: p. 765, 72.*
 B *accedit secundaria*: **1** *subsequitur: p. 766, 9.* **2** *antecedit: p. 766, 30.* **3** -o *in apodosi: p. 766, 83.*
II ***nexu laxiore*:**
 A *vario usu*:
  1 -o *affirmativum: p. 767, 60.*
  2 *c. respectu totius rerum status, fere i. q. 'nunc'*: **a** *in enunt. recto: p. 768, 8.* **b** *c. imperat.: p. 768, 25.* **c** *in interrog.: p. 768, 67.*
  3 *peculiaria quaedam genera interrogat.*: **a** *interr. fit ἐν ἤθει: p. 769, 2.* **b** *interr. adversativa: p. 769, 39.* **c** *interr. responsum negat. expectat: p. 769, 59.* **d** *interr. iteratur ita, ut plenius et specialius responsum poscat: p. 770, 14.*
  4 *res quam sive factam sive futuram esse constat proponitur: p. 770, 26.*
  5 *in explicat. vel adnotat. (fere i. q. 'enim'): p. 770, 79*
  6 *fere i. q. 'autem': p. 771, 31.*
 B *usu magis ad informandam orationem spectante*:
  1 *complexio fit complurium sentent.: p. 771, 44.*
  2 *functio anaphorica*: **a** *post interruptam orat.*: *α post digressionem: p. 771, 73.* *β post parenthesin vel anacoluthon: p. 772, 6.* **b** *adponitur pron. et adverb.*: *α* -o *antecedit: p. 772, 34.* *β* -o *subsequitur: p. 772, 54.*
  3 *usus inceptivus et transitorius*: **a** *in ipsa introducendi formula: p. 773, 16.* **b** *in initio tractationis post propositionem: p. 773, 49.* **c** *transitio vel initium per ipsum* -o *significatur: p. 773, 78.* **d** *pars sentent. cohaeret c. anteced.*: *α secund.: p. 774, 29.* *β partic.: p. 774, 42.* *γ nomen: p. 774, 59.*
 iuncturae sive pleonasmi: p. 774, 68.

I ***c. vi conclusiva vel consecutiva vigente*** (*v. et p. 767, 83; laxiora p. 764, 46. 67. 765, 39. 63. 766, 11*): **A** ***in sententia simplici*:** **1** ***in enuntiato recto*:** **a** -o *significat q. d. nexum realem, fere i. q. itaque, ob eam rem* (*cf.* igitur *p. 259, 11 sqq.*; -o *respondet c.* unde *p. 763, 13; fere i. q. 'eo modo' l. 83. p. 763, 7; ironice, fere i. q. 'propterea igitur' l. 71*): PLAVT. Asin. 315 tantum facinus ... inveni ego, ut nos dicamur ... dignissimi esse, quo cruciatus confluant :: -o mirabar quod dudum scapulae gestibant mihi. Poen. 1053 patritus ... hospes Antidamas fuit ... :: -o hic apud me hospitium tibi praebebitur. Stich. 292 -o iam revortar. 329. ENN. ann. 372 unus homo nobis cunctando restituit rem. non enim *eqs.* -o postque magisque viri nunc gloria claret. TER. Haut. 398. LVCIL. 91 Graecum te ... quam Romanum ... maluisti dici. Graece -o ... te ... saluto *eqs.* RHET. Her. 1, 16, 26 nisi adtulerit facti rationem, perverterit defensionem. -o adfert eam *eqs.* CIC. dom. 101 M. Manlius ... regnum adpetisse est iudicatus. -o eius domum eversam ... videtis. orat. 34 fin. 2, 34. nat. deor. 2, 125 milvo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo; -o alter alterius ubicumque nanctus ova frangit. LVCR. 4, 560 si interpositum spatium sit longius ..., confundi verba necesse est. -o fit, sonitum ut possis sentire neque illam internoscere (4, 806 fit -o). 4, 607 NEP. Ages. 3, 6. Alc. 10, 2 statuit accuratius sibi

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

agendum cum Pharnabazo. huic -o renuntiat *eqs.* Milt. 5, 2. VERG. ecl. 5, 58 sub pedibus ... videt ... sidera Daphnis. -o ... rura voluptas ... tenet. georg. 1, 489. Aen. 2, 26 nos abiisse rati *eqs.* -o omnis longo solvit se Teucria luctu. 6, 739. 12, 742 OV. met. 2, 105. LIV. 8, 25, 3 Lucani ... in fidem venerunt, arma virosque ad bellum pollicentes; foedere -o in amicitiam accepti. 25, 21, 8. 26, 2, 11 Cn. Fulvium ... exercitum ... servilibus vitiis imbuisse. -o effecisse, ut *eqs.* 30, 9, 9. 38, 25, 16. CELS. 2, 10, 11 expectanda -o remissio est (3, 7, 1^C PLIN. nat. 20, 81 *al.*). PHAEDR. 3, 8, 9 CVRT. 3, 5, 14. 3, 11, 8. 4, 13, 12 *Dareus* vigilias ... servari iusserat: -o ignibus tota eius castra fulgebant. PETRON. 30, 9. 136, 2 PLIN. nat. 13, 38 VAL. FL. 4, 400. MART. 1, 14, 6 unde potest avidus captae leo parcere praedae? sed tamen esse tuus dicitur: -o potest. IVV. 4, 73 TAC. ann. 14, 62 APVL. met. 10, 4. *et frequenter.* *a verbo dicendi vel sentiendi pendet conclusio logica*: CIC. Cato 47 non caret is qui non desiderat: -o hoc (*sc. res venerias*) non desiderare dico esse iucundius. nat. deor. 2, 41 negat -o esse dubium *eqs.* 3, 93 videtis -o non esse *eqs.* VLP. dig. 39, 3, 3 pr. ait -o non teneri. *cf. l. 19 sqq.*

b -o *notat conclusionem logicam* (*cf.* igitur *p. 256, 20 sqq.; facete dictum l. 23; in sententia verbo carente: l. 29. 39. 50; aliunde pendente: infra l. 58. 61; v. et supra l. 14*): PLAVT. Bacch. 1017 'persuasumst facere quoius me nunc facti pudet'. prius te cavisse -o quam pudere aequom fuit. Cas. 853 paene exposivit cubito :: cubitum -o ire volt. Epid. 590 negat haec filiam me suam esse: non -o haec mater mea est (VARRO ling. 8, 33. 38 non est -o [SEN. benef. 5, 11, 6 *al.*]. RHET. Her. 4, 1, 2 CIC. Tull. 42 fin. 1, 72 *al. cf.* CIC. nat. deor. 2, 57 haud -o). PLAVT. Mil. 476. Most. 1119 aliud te rogo :: aliud -o nunc tibi respondeo. Poen. 252. Pseud. 1084 (*interpol.?*). 1332 me isti hau solent vocare, neque -o ego (*P*, nec ego *A*) istos (TERT. adv. Prax. 27 p. 281, 13 neque -o ... neque. *al. cf.* SEN. benef. 3, 35, 4 -o nec ... nec. TERT. ieiun. 14 p. 293, 8 nec [*i.* '*ne ... quidem*'] -o. *al. cf. p. 761, 55. aliter p. 775, 16*). Rud. 269. LVCIL. 743 prospiciendum -o in senecta⟨m⟩ nunc ⟨ab⟩ adulescentia est (CIC. Flacc. 23 SEN. dial. 9, 15, 2 *al.*). 1286 (*in conex. relat.*) *v. p. 729, 59 sqq.* VARRO ling. 9, 58 RHET. Her. 2, 27, 44. 4, 7, 10 -o etiam ut magis ars cognoscatur, suis exemplis melius est uti (CIC. rep. 1, 62 Tusc. 1, 79 SEN. nat. 1, 3, 7 VLP. dig. 4, 4, 3, 5 *al. cf.* RHET. Her. 4, 7, 10 -o hanc quoque [CIC. div. 2, 11 LVCR. 3, 455 *al.*]. CIC. leg. 1, 33 quibus ... ratio ... data est, isdem etiam recta ratio data est, -o et lex, quae est recta ratio [fin. 3, 27 SEN. benef. 3, 18, 3 GAIVS dig. 18, 1, 35, 6 *al. cf. p. 767, 14*]). RHET. Her. 4, 29, 40 relinquitur -o (*cf.* LIV. 37, 19, 4 restat -o. PLIN. epist. 112, 3 superest -o [*aliter p. 773, 31*]). CIC. inv. 1, 65 est -o adsumptio quaedam, quae approbationis non indiget (nat. deor. 2, 39 SEN. nat. 5, 5, 2 *al. cf.* LVCR. 1, 526 sunt -o [PLIN. nat. 2, 119 *al.*]). Tull. 48. Verr. II 2, 45 -o, inquiet aliquis, donavit populo Syracusano illam hereditatem (TERT. resurr. 32 p. 70, 23). fin. 2, 25 recte -o is negat umquam bene cenasse Gallonium (PAVL. dig. 27, 1, 32. *cf.* CIC. Tusc. 4, 70 bene -o [NEP. Thras. 4, 2]. nat. deor. 2, 95 praeclare -o). fin. 3, 21 non cadit ... invidere in sapientem; -o ne misereri quidem (SEN. epist. 66, 9 *al. cf.* CIC. nat. deor. 3, 43 ne ceteri q. -o di). nat. deor. 2, 43 sequitur -o (3, 70 CELS. 2, 14, 2 SEN. dial. 5, 6, 5 CVRT. 7, 1, 40 *al. aliter p. 773, 23*). 2, 80 necesse est -o (SEN. contr. 1 praef. 5 SEN. nat. 1, 1, 8 *al.*). LVCR. 1, 364. 964 non habet extremum, caret -o fine modoque. 3, 539 HOR. sat. 2, 5, 19. LIV. 37, 59, 1 merito -o (38, 46, 15 PLIN. paneg. 88, 7 MIN. FEL. 13, 2 *al.*). SEN. benef. 3, 35, 2 MART. 1, 37, 2. TERT. adv. Hermog. 25 p. 153, 10 *terram* video et formam ... et cultum a deo consecutam, aliud -o factam quam erat (*sim.* adv. Marc. 4, 8 p. 439, 16 fug. 12 p. 482 Oe.). AVG. civ. 7, 35 p. 319, 7 D. aut -o ... aut *eqs.* (*al.*). coll. c. Don. 1, 9 p. 43, 8 invenit occasionem ... qua diceret nihil -o secum agi ... debere, sed *eqs. et frequenter.* *pluribus conclusionibus subsequentibus iteratur* -o *vel variat c.* igitur, *e. g.*: CIC. inv. 1, 65 -o ... igitur ... -o: Tusc. 5, 53 sequitur ...; -o ... igitur ... -o. nat. deor. 2, 77 igitur ... igitur ... igitur ... -o. fat. 12 -o ... -o ... -o.

2 ***in interrogatione*** (*cf.* igitur *p. 257, 9 sqq.; v. p. 768, 67. 769, 1. 773, 35*): **a** *generatim*: *α interrogatio per pron. sive adv. pronom. fit*: quis: CIC. div. in Caec. 19 q. -o (igitur *l. v.*) est qui neget *eqs.* Cluent. 149. SEN. dial. 3, 5, 3 q. -o magis naturam rerum ignorat quam qui *eqs. al.* quid: PLAVT. Aul. 744 ne istuc dixis :: q. tibi -o meam me invito tactio est? Mil. 1008 q. -o hanc dubitas conloqui (Poen. 881 Pseud. 1313 CIC. fin. 2, 28). Persa 185 satin haec meministi? ... :: melius quam tu qui docuisti :: ... q. -o dixi? TER. Eun. 162 ego id timeo? :: q. te -o aliud sollicitat? (QVINT. decl. 314 p. 234, 8). CIC. Tull. 24 quid Fabius? horum nihil negat. q. -o addit amplius? Cluent. 93 q. -o est causae, quod *eqs.* (*cf.* VAL. MAX. 6, 9, 15 q. est -o quod [COLVM. 2, 1, 5]. SEN. benef. 6, 16, 4 q. -o est, quare. nat. 7, 25, 7 cur. *al.*). CIC. dom. 125. nat. deor. 3, 44 q. dicetis -o? Att. 7, 7, 7 q. -o, inquis, acturus es? HOR. epist. 2, 1, 206 q. placet -o? SEN. nat. 1, 5, 14 q. -o mirum *eqs.* (2, 22, 3 TERT. spect. 11 p. 13, 24 *al.*). MART. 2, 28, 5 ex istis nihil es ...: q. -o es? *et al.* qui (*pron.*): PLAVT. Poen. 386 sicine ego te orare iussi? :: quo modo -o orem? (CIC. nat. deor. 1, 107 q. m. illi -o? div. 2, 15 Att. 4, 18, 1 SEN. benef. 5, 8, 3. VVLG. gen. 39, 9 [*hebr.* ו *i.* '*et*']. *al. cf.* quemadmodum: SEN. nat. 4, 2, 19 *al.*). CIC. Verr. II 3, 173 quae est -o ista ratio *eqs.* (Lig. 25). nat. deor. 1, 111 fat. 46 PHAEDR. app. 11, 6. SEN. Thy. 258 quonam -o. PLIN. epist. 2, 6, 3 negavi. 'tu -o ... quam consuetudinem sequeris?' *al.* cur: *v. vol. IV 1443, 68 sqq.* qualis: TERT. carn. 7 p. 441 Oe. quando: SEN. benef. 5, 9, 3 *al.* quantus: VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 *al. cf. p. 765, 68.* quare: SEN. contr. 1, 1, 15 SEN. benef. 3, 19, 1 PETRON. 57, 4 *al.* qui (*adv.*): CIC. ac. 2, 143 QVINT. inst. 7, 3, 34. quin (*cf. p. 768, 46. 69*): PLAVT. Asin. 850 istoc me facto tibi devinxti :: q. te -o das hilarum mihi? Merc. 929 APVL. apol. 35 TERT. nat. 2, 5 p. 102, 12. quo: HOR. sat. 2, 2, 35 quo pertinet -o proceros odisse lupos? TERT. bapt. 11 p. 210, 17. VVLG. I Macc. 2, 9 (*om. gr.*). *al.* quot: SEN. nat. 7, 15, 1. 2. ubi: TER. Haut. 821 scin u. nunc sit tibi tua Bacchis? :: apud nos :: non :: u. -o? (igitur *A*). CIC. Tusc. 1, 11. 4, 79 u. sunt -o isti, qui *eqs.* div. 2, 77 LIV. 38, 59, 8 SEN. benef. 5, 19, 9 QVINT. inst. 3, 6, 74 *al.* unde: CIC. Tusc. 1, 34 Att. 12, 25, 1 SEN. benef. 4, 5, 1 *al.*

β interrogatio per totam sententiam fit: (I) *cum particula interrog.*: an (*cf. infra l. 55*): CIC. de orat. 2, 366 *Crassus negat se post Antonium quicquam posse dicere.* tum Sulpicius: an -o ... oblitus es *eqs.* TRYPH. dig. 37, 8, 7 VLP. dig. 15, 2, 1, 7 *al.* -ne (*cf. p. 770, 3*): PLAVT. Aul. 256 mihi despondes filiam? :: ... cum illa dote quam tibi dixi :: sponden -o? (Trin. 1157). Cist. 746. QVINT. inst. 9, 4, 113 nonne -o (*al.*). TERT. scorp. 10 p. 168, 25 -one et finis in caelis *eqs.* (QVEROL. p. 11, 25. *cf. p. 775, 15*). num (*cf. p. 767, 13. 769, 60*): CIC. S. Rosc. 107 num -o dubium est *eqs.* (SEN. dial. 10, 9, 4 PLIN. epist. 8, 14, 20). PLIN. epist. 7, 17, 4. VLP. dig. 3, 1, 1, 5 numquid -o et magistratus gerere possit *caecus*? (30, 41, 3 PAVL. frg. Vat. 50. *cf.* PAVL. dig. 23, 5, 10 n. -o etiam [AVG. civ. 10, 31 p. 454, 8 D.]. MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 10. AVG. civ. 11, 9 p. 473, 18 D. numquidnam -o [16, 16 p. 153, 17]). utrum (*cf. l. 56. p. 769, 82*): CIC. nat. deor. 2, 77 AVG. civ. 22, 12 p. 590, 2 D. (II) *sine particula interrog.*: PLAVT. Cas. 547 non ornatis ... nuptias? :: orno et paro :: non -o opus est adiutrice? (SEN. contr. 10 praef. 10. SEN. dial. 2, 15, 1 non accipiet -o? MART. 6, 94, 4). LVCIL. 467 'si non it, capito ...'. '-o fur dominum?' RHET. Her. 4, 14, 20. CIC. Mur. 74 rep. 1, 58. 1, 60 'probas ... animum ita adfectum?' 'nihil vero, inquit, magis'. '-o non probares, si *eqs.*' ac. 2, 35. Cato 15 nihil -o agebat Q. Maximus? (QVINT. inst. 2, 10, 9 IVV. 10, 346). nat. deor. 3, 11 -o et illud ... vestigium ungulae Castoris equi credis esse? (SEN. benef. 4, 24, 2). div. 2, 143 -o hoc inerat in rebus futuris ... an ... casus effecit? off. 3, 19 vicit -o utilitas honestatem? 3, 81. 3, 82. Att. 9, 17, 1 -o ei negandum est? HOR. sat. 2, 2, 101. LIV. 21, 10, 10 dedemus -o Hannibalem? dicet aliquis. SEN. benef. 5, 24, 2 'potes -o' inquit *eqs.* (TERT. apol. 48, 10 idol. 15 p. 48, 1 *al.*). PLIN. nat. 18, 37 *al.*

interrog. pendet ex verbo dicendi (*quaedam magis ad usum inceptivum [II B 3 a, p. 773, 35] spectant, e. g. l. 52. 57; v. et* igitur *p. 269, 17*): LIV. 2, 28, 5 correpti consules cum, quid -o se facere vellent, ... percunctarentur *eqs.* (5, 13, 10 SEN. benef. 2, 21, 2 epist. 119, 5. MART. 10, 74, 12 non me ... capit Nilus *eqs.* quid concupiscam quaeris -o? dormire. PLIN. epist. 10, 29, 2. AVG. civ. 19, 3 p. 353, 12 D. [*in init. cap.*]). SEN. nat. 3, 12, 1 -o quaeris a me, quomodo aqua fiat (epist. 104, 6 LACT. inst. 3, 24, 9). PLIN. nat. 16, 82 cur -o non eadem causa adversum omnes polleat, iure miremur (TERT. ieiun. 4 p. 278, 5). VLP. dig. 11, 1, 9, 4 an -o non videatur defendere ..., videndum (46, 1, 8, 3 TERT. carn. 3 p. 428 Oe.). 17, 2, 52, 2 utrum -o ... an ..., quaeritur (48, 19, 8, 11). 26, 7, 5 pr. quae -o tutelae quantitas depositionem inducat, videamus (33, 1, 3, 2 TERT. orat. 28 p. 198, 24). 47, 2, 14, 16 qualis -o ... actio detur ..., quaesitum est.

b *specialia*: *α argumentatio q. d. 'ex contrariis'* (*v. et p. 765, 13; sim. et p. 766, 46; de collocatione v. p. 761, 50*): CIC. Arch. 17 -o ille (*Roscius*) corporis motu tantum amorem sibi conciliarat ...; nos animorum ... motus ... neglegemus? 19. 22 Sest. 33 Planc. 89 Rab. Post. 27. Phil. 1, 24. 5, 25 -o Hannibal hostis, civis Antonius? orat. 171 fin. 2, 13. 110 Tusc. 1, 31. 2, 39. 41 off. 1, 114 STAT. Theb. 8, 313 IVV. 14, 64 VOPISC. Aurelian. 5, 1.

β **quid -o?** (quidnam -o? *p. 765, 28; laxius partim concludunt, quae sub (II)—(IV) extant; cf.* igitur *p. 262, 45 sqq.* *frgg. et dub.*: TER. Haut. 985 quid id [id *om. δ, de A non constat*] -o? LVCIL. 328 [ego *trad.*]. CAES. or. frg. Iul. Ruf. rhet. 8 p. 40, 24 PVBLIL. mim. 19. SEN. benef. 6, 19, 2 quid? inquit; -o [-o? inquit *vg.*]. PETRON. 20, 5 [ego *Buecheler*]. HIL. myst. 1, 42, 2 p. 29, 24 et quid? -o [*dist. Feder; fort. et del.*]): (I) *concludit anteced. negatione* (*v.* igitur *p. 257, 20*): TER. Phorm. 995 nihil est :: q. -o? (est *add. libri praeter A*). quid istic narrat? CIC. leg. agr. 2, 38 non metuit invidiam. q. -o? longum putavit *eqs.* dom. 47 non tulit 'ut interdicatur'. q. -o? 'ut interdictum sit'. de orat. 2, 280. SEN. dial. 3, 20, 4 dum probent? non. q. -o? dum timeant. Mart. 1, 41, 2 urbanus tibi ... videris. non es ... q. -o? verna. 3, 84, 2 *al.* VVLG. Ioh. 1, 21 non sum ego Christus ... :: q. -o? Elias es tu? (τί οὖν). (II) *per se positum interrumpit orationem interlocutoris*: PLAVT. Cas. 659 vitam — :: q. -o? :: ah — :: quid est? :: interemere *eqs.* TER. Andr. 711 at tamen — :: q. -o? :: *eqs.* (III) *inducit interrogationem* (*magis exclamationem p. 765, 14*) *in argumentando* (*cf. Seyffert, Scholae Latinae I², 1878, 103 sqq.; saepe ex persona inter-*

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

locutoris sive veri [e. g. l. 11] sive ficti [l. 5]; nota iterationem infra l. 19): VARRO ling. 9, 30 q. -o? cum *eqs.*, eae inter se non proportione similes? CIC. S. Rosc. 2 ita fit, ut adsint ..., taceant autem idcirco quia periculum vitant. q. -o? audacissimus ego ex omnibus? minime. div. in Caec. 40 fortasse dices: 'q. -o? haec in te sunt omnia?' (*sic expresse ex persona contradicentis*: Cluent. 63 Tusc. 3, 46 Att. 2, 1, 8. 12, 46 SEN. contr. 1, 5, 5 *al.* SEN. clem. 1, 9, 4 q. -o? ego *eqs. al.* QVINT. decl. 349 p. 375, 21 *al.*). Verr. II 1, 149. 3, 69 Caecin. 39. Cluent. 147 (est *add. pars codd.*). Catil. 2, 18 Phil. 2, 21. de orat. 3, 171 'Crassum habeo generum *eqs.*' q. -o? iste Crassus ... quid efficit? Brut. 99 tum Atticus: q. -o? estne ista (*oratio*) Fanni? rep. 1, 58 fin. 5, 89 ac. 1, 13. Tusc. 2, 34 *puerorum Spartanorum nemo* ne ingemuit quidem. q. -o? hoc pueri possunt, viri non poterunt? (*cf. p. 764, 61*). 4, 69 q. -o? hic amor Medeae quanta miseriarum excitavit incendia. off. 3, 73 *al.* Att. 7, 7, 6. 14, 14, 2. 16, 1, 4 epist. 9, 10, 2 CAES. Gall. 7, 77, 10 SEN. contr. 1 praef. 21. 1, 7, 17 q. -o? quid iste tamen dicit? (*cf. infra l. 44*). 9, 6 (29), 16 (*gr.* τί οὖν;). *al.* VAL. MAX. 6, 2, 5. 7, 2 ext. 1 ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 5 SEN. benef. 1, 15, 6. 3, 17, 1 q. -o? impunitus erit ingratus? q. -o? impunitus erit impius? (*cf.* 4, 27, 2 *ubi quater repetitur.* dial. 3, 16, 1). *frequenter.* PLIN. nat. 17, 216 *al.* QVINT. inst. 2, 3, 7 decl. 316 p. 245, 21 *al.* TAC. ann. 6, 8, 6 SVET. frg. p. 235, 3 MARCELL. dig. 28, 4, 3 *al.* TERT. bapt. 2 p. 202, 4 *al.* ITALA IV reg. 4, 43 (Tert. adv. Marc. 4, 21 p. 489, 3) q. -o? hoc dem in ⟨con⟩spectu *eqs.* (*gr.* τί δῶ, VVLG. quantum est hoc, ut apponam). CYPR. epist. 73, 2 p. 780, 5 LACT. inst. 3, 11, 10 *al.* HIER. epist. 14, 6, 4. VVLG. Rom. 3, 9 (τί οὖν; *sic et* 6, 15). *et al.*

(IV) *ponitur fere tamquam* 'quid -o est?' (*cf. l. 37*): CIC. Att. 10, 1, 1 dixit olim ..., cum ego 'Sexte, quidnam -o?' μὴ μάν, inquit ille, ἀσπουδί γε *eqs.* 10, 4, 10 laudavit consilium. 'q. -o?' inquam, 'nam mihi cursus in Graeciam ... est *eqs.*' LVCR. 6, 1080 cetera iam quam multa licet reperire. q. -o? nec tibi tam longis opus est ambagibus *eqs.* SEN. dial. 4, 5, 3 q. -o? (est *add. Gertz*). origo huius mali ab ira est *eqs.* 4, 36, 2 (est *add. Gertz*). nat. 1, 15, 8. 5, 5, 1. epist. 90, 46 (est *add. Feige*). QVINT. decl. 338 p. 331, 20 VLP. dig. 2, 7, 3 pr. *al.* PAVL. dig. 22, 1, 17 pr. TERT. carn. 21 p. 460 Oe. VVLG. Rom. 11, 7 (τί οὖν;). AVELL. p. 32, 14.

γ **quid -o est?** (*v.* igitur *p. 257, 40. 262, 71; cf. Seyffert l. l. p. 107; Parzinger, Beitr. z. Entwicklung d. cic. Stils II [Progr. Dillingen 1911/12] p. 21; multa paulo laxius concludunt*): CIC. Quinct. 6 non eo dico, ... quo *eqs.* q. -o est? primum magnitudo periculi *eqs.* (LIV. 44, 22, 12). 11. 57 obsoleta sunt; res autem ... inaudita. q. -o est? vereor mehercule ne *eqs.* 73. 93 S. Rosc. 55. Q. Rosc. 15 sciunt huiusce pecunia te adductum esse (*sc. ut accusares, non inimicitiis*). q. -o est? ita tamen quaestus te cupidum esse oportebat, ut *eqs.* (epist. 9, 15, 5. CAEL. Cic. epist. 8, 12, 2 [*v. app. crit.*]. PETRON. 129, 8 etiamsi ..., tamen. POMPON. dig. 41, 3, 30, 2 etsi [*cf. infra l. 61*]. GAIVS inst. 2, 125 licet. *v. et supra l. 16*). Tull. 5 Caecin. 34 Cluent. 144. 148 de orat. 2, 60 Att. 2, 19, 5 VATIN. Cic. epist. 5, 10, 2 PLANC. Cic. epist. 10, 23, 1 HOR. ars 355 SEN. clem. 2, 2, 2. benef. 6, 4, 5 pecuniam credidisti. q. -o est? pecus abegisti, servum eius occidisti *eqs.* dial. 7, 25, 1. 2. 3 q. -o est? malo gaudia temperare quam *eqs.* (7, 25, 4 *al.*). epist. 1, 5 *al.* PETRON. 4, 1. 30, 11 q. -o est? dono vobis eum (*sc. servum*). 39, 3 QVINT. inst. 4, 1, 38 decl. 335 p. 320, 26. 337 p. 326, 12 IVLIAN. dig. 23, 5, 7, 1 *al.* (*v. V. i. R.*). VVLG. act. 21, 22 (τί οὖν ἐστιν; *sic et* I Cor. 14, 15. 26). *ante interrogationem* (*cf.* quid -o?, *p. 764, 82*): COLVM. 3, 10, 13 q. -o est? cur ... *pampinus* damnatur? PETRON. 46, 2 q. -o est? aliqua die te persuadeam ut ad villam venias? *adde similes interrogationes*: CIC. Mil. 54 miliens in ea (*villa*) fuerat. quid -o erat? mora et tergiversatio. SEN. nat. 1, 5, 6 quid -o fit? QVINT. decl. 294 p. 167, 6 quid est -o? (328 p. 291, 16 PAVL. dig. 5, 4, 3). AVG. civ. 14, 11 p. 30, 27 D. quid -o pluribus? etsi credendo non sunt ambo decepti, peccando tamen ambo sunt capti *eqs.*

3 *in exclamatione* (*cf.* igitur *p. 258, 45; v. et supra l. 14; laxius concluditur l. 65*): VAL. FL. 8, 439 credidit ardentes quis te tunc iungere tauros posse? quis *eqs.* o utinam -o meus pro te non omnia posset ... amor. QVINT. inst. 3, 9, 3 quam -o ridiculum est *eqs.* (TERT. spect. 19 p. 20, 22 quam melius -o est *eqs.*). TERT. apol. 5, 7 quales -o leges istae *eqs.* anim. 8 p. 309, 12 quanto -o validius corpus animae (adv. Prax. 5 p. 234, 13 *al.* AVG. civ. 16, 21 p. 157, 27 D. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 1, 10 p. 11, 20 quantum -o). CYPR. Demetr. 16 p. 362, 7 quae -o mentis ignavia est *eqs.*

4 *cum imperat. vel coniunct. iuss.* (*v.* igitur *p. 258, 56 sqq.; cf. p. 768, 25*): PLAVT. Asin. 688 amandone exorarier vis ted an osculando? :: enimvero utrumque :: -o, obsecro, et tu utrumque nostrum serva (Bacch. 866 pacisce -o, o.). 824 me honestiust quam te ... hanc rem facere ... :: pol qui dixti rectius. tu -o fac *eqs.* Capt. 689 (*ironice*). 721 postulavisti ... ut melius consulerem tibi quam illi, quicum una ⟨a⟩ puero aetatem exegeram? :: -o ab eo petito gratiam istam. Men. 1016 Merc. 777. Most. 812 non tu vides hunc, voltu uti tristis est senex? :: video :: -o inridere ne videare. Persa 225 cedo manum -o. 388 Pseud. 292. 391. Rud. 1053 (*per iocum*) nil ago tecum :: -o abi hinc sis. 1398 heus tu, mihi dato -o. Stich. 492. TER. Ad. 572 nomen nescio ..., sed locum novi ubi sit :: dic -o locum (*cf. p. 768, 50*). Phorm. 984 CIC. inv. 1, 69. Phil. 5, 37 habeat -o huius tanti facti ... testimonium *Brutus*. leg. 2, 23. ac. 2, 96 Tusc. 1, 93. nat. deor. 3, 50 cum quidam ... Alabandum deum esse confirmaret, Herculem negaret, '-o' inquit 'mihi Alabandus, tibi Hercules sit iratus'. epist. 13, 29, 2 id primum -o habeto *eqs.* SALL. Iug. 85, 18 invident honori meo: -o invideant labori innocentiae *eqs.* VERG. Aen. 3, 250 OV. Pont. 3, 7, 7 SEN. contr. 1, 5, 7 CELS. 4, 23, 1 SEN. dial. 6, 18, 8 MART. 1, 87, 7 QVINT. inst. 1, 1, 19 IVV. 1, 109. *et frequenter.*

B ***accedit secundaria*** *aliquo modo pertinens ad vocem* -o:

1 ***secundaria subsequens*** *sive supplet sive iterat causam* (*cf.* igitur *p. 260, 11 sqq.; Langen, Beitr. p. 236; sim. c.* enim: SEN. benef. 7, 4, 1; *nexus c. antecedentibus saepe laxior est*): PLAVT. Amph. 378 cuius es? :: Amphitruonis, inquam, Sosia :: -o istoc magis, quia vaniloquo's, vapulabis (SEN. clem. 2, 6, 1 PETRON. 49, 8 *al.*). Asin. 326 placide -o unumquidquid rogita, ut adquiescam (Epid. 241 quid? :: tace [*cf. p. 768, 37*] -o, ut audias. Mil. 1420 Persa 701 Poen. 404. 595. 893 Rud. 1142 SEN. contr. 7, 2 [17], 11 QVINT. inst. 9, 2, 83 IVV. 5, 158). PLAVT. Merc. 894 non longe hinc abest a nobis :: quin -o commostras, si (sed ut *trad.*) vides ([*cf. Leo, Hermes 18, 1883, 586*]. CIC. S. Rosc. 41. leg. 2, 35 si quidem. fin. 2, 69 SEN. contr. 1, 3, 4 *al.*). Mil. 1085 quin -o abis, quando responsumst? (POMPON. Atell. 48 quin -o. LIV. 42, 51, 1). Rud. 378 cavistis -o ..., cum scibatis? (POMPON. Atell. 109 CIC. Verr. II 2, 57 fin. 2, 28 *al.*). TER. Andr. 565 qui scis -o istuc, nisi periclum feceris? (Eun. 796 MET. MAC. or. frg. Gell. 1, 6, 2. CIC. fin. 4, 41 quid -o aliud ... nisi. SEN. nat. 2, 32, 3 *al.*). CIC. Verr. II 2, 57 quid -o in hoc Verrem reprehendis, qui non modo ipse fur non est *eqs.* (SEN. benef. 5, 19, 7 *al.*). Tusc. 5, 47 et vita igitur laudabilis boni viri; et honesta -o, quoniam laudabilis (MAT. Cic. epist. 11, 28, 3 SEN. nat. 5, 4, 1 *al.*). PHAEDR. 3 prol. 60 -o hinc abesto, livor, ne frustra gemas (IVV. 4, 55 QVEROL. p. 20, 21). *al.*

2 *secundaria antecedit* (*v. et p. 774, 29; cf.* igitur *p. 260, 40 sqq.*): a *secundaria fere iterat vel colligit assumptionem* (*hic illic videtur et ipsa concludere, e. g. l. 46.* CIC. Tusc. 1, 11. *cf.* igitur *p. 260, 76 sqq.*): PLAVT. Aul. 755 non attactam oportuit :: -o quia sum tangere ausus, haud causificor quin *eqs.* (RHET. Her. 2, 13, 20 TERT. adv. Prax. 10 p. 242, 12 *al. cf.* q. -o: FILASTR. 79, 5 *al.*). Capt. 423 -o cum optime fecisti, nunc adest occasio bene facta cumulare (TER. Phorm. 202 CIC. Tusc. 3, 31. nat. deor. 2, 40 -o ... cum sol igneus sit *eqs.* LVCR. 4, 84 SEN. nat. 1, 8, 1 *al. cf.* cum -o: VITR. 1 praef. 3 PLIN. epist. 10, 4, 4 TERT. apol. 1, 5 *al.*). PLAVT. Epid. 700 ni -o matris filia est *eqs.* Rud. 1389 quando -o erga te benignus ⟨ego⟩ fui *eqs.* (CYPR. domin. orat. 18 p. 280, 18 *al. cf.* -o q.: TERT. adv. Hermog. 44 p. 174, 4). RHET. Her. 2, 19, 30 si -o pollicitus *eqs.*, non est dubium quin *eqs.* (CIC. Att. 12, 37, 2 VITR. 9 praef. 4. ITALA Rom. 7, 16 [Pelag. in Rom. 7, 16 p. 58, 21 S.; δέ, VVLG. autem]. CASSIOD. Didym. in I Ioh. 5, 18 p. 78, 26 [γάρ]. *al. cf.* -o si: RHET. Her. 4, 23, 33 CIC. Tull. 34 LVCR. 1, 538 HOR. epist. 1, 6, 46 *al.*). CIC. inv. 1, 56 quod -o adscribi ad legem nefas est, id sequi ... rectum vobis videatur? (Tull. 25. 39 Flacc. 35 Tusc. 2, 43 VITR. 4, 2, 5 *al. cf.* -o qui [*rel.*]: LYDIA 75 OV. am. 1, 6, 21 QVINT. inst. 9, 4, 116 *al.*). CIC. rep. 5, 5 -o ut vilicus naturam agri novit ..., sic noster hic rector *eqs.* (leg. 2, 11 ac. 2, 81 SEN. dial. 2, 13, 4 *al. aliter p. 771, 26. cf.* quemadmodum -o: SEN. nat. 1, 12, 2. quomodo -o: SEN. epist. 109, 11 *al.* quanto -o: TERT. carn. 14 p. 450 Oe.). OV. met. 5, 504 subter ... imas ablata cavernas hic caput attollo ... -o dum Stygio sub terris gurgite labor *eqs.* (10, 437 LIV. 4, 3, 13. *cf.* dum -o: SEN. nat. 6, 13, 6 [-o *om.* Φ]. IVV. 14, 92 dum sic -o. *al.*). SEN. epist. 9, 15 -o quamvis (*cf.* quamvis -o: AVG. civ. 20, 2 p. 408, 14 D. COD. Iust. 6, 61, 5, 1 [*a. 473*] q. -o ..., attamen. *al.*). *al.* b *secundaria vice sententiae per* '*autem*' *inductae fungitur* (*cf.* igitur *p. 261, 1 sqq.*): CIC. Tim. 11 cuius -o omne animal quasi particula quaedam est ..., eius similem mundum esse ducamus (*gr. p. 30ᶜ* οὗ δέ ἐστιν). VITR. 2, 7, 5 *lapidicinae Anicianae aliae* si prope urbem essent, dignum esset ut ex his officinis omnia opera perficerentur. cum -o propter propinquitatem necessitas cogat ex Rubris lapidicinis ... uti, si qui voluerit sine vitiis perficere, ita erit praeparandum (7, 9, 1. TERT. patient. 5 p. 8, 17 [vero *Kroymann*]).

c *secundaria finalis* (*v. et p. 773, 21; cf.* igitur *p. 261, 16 sqq.*): TITIN. com. 56 -o ut sua servet dona, nobis faciendum est ita (SEN. suas. 6, 27 SEN. Ag. 32 epist. 13, 3 HIER. epist. 21, 2, 7. *cf.* ut -o: TERT. adv. Marc. 2, 6 p. 342, 2 CYPR. epist. 63, 4 p. 704, 5 FIRM. math. 8, 3, 5 *al.*). OV. met. 11, 224 -o ne quicquam mundus Iove maius haberet ..., Thetidis conubia fugit (15, 173 trist. 5, 8, 33 PRVD. cath. 8, 61. *cf.* ne -o: GAIVS inst. 2, 134. TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 470, 22 ne quis -o. *al.*).

secundariae respondet adverbium (*v. et p. 767, 44*): CIC. Tull. 27 -o, id quia poterat fieri ..., idcirco non satis habitum est quaeri, quid *eqs.* (Cael. 71 Phil. 2, 77 SCHOL. Cic. Bob. p. 90, 13 St.). GAIVS inst. 2, 225 -o siquidem ..., tum *eqs.* (AVG. civ. 3, 14 p. 113, 33 D. tunc. *cf. infra l. 81*). TERT. fug. 6 p. 472 Oe. ut -o ..., ideo (monog. 7 p. 770 Oe.). AVG. civ. 20, 7 p. 420, 19 D. ut -o ..., propterea. *sim. c. partic.*: BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 4, 8 interrogatus -o a me super quibus vellet rebus ... expedire, tunc (*cf. supra l. 77*) Fabius: *eqs.*

3 -o *ponitur in apodosi* (*v. et p. 772, 21. 773, 9; cf.* igitur *p. 261, 39 sqq.; Friebel, Fulgentius [1911] p. 152; vix huc pertinet*

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VITR. 8, 3, 26, *qui locus lacuna corruptus esse videtur*): a *post coni. condic.*: si (sive ... sive ..., -o: FVLG. myth. 3, 5 p. 65, 20): CIC. inv. 1, 84 si (sed *i*) neque emisti neque ... neque ...: necesse est -o subripueris. Brut. 285 quem ... imitaris *Atticorum*? si aliquem: ceteri -o Attice non dicebant? part. 124. LIV. 45, 19, 15 si totum (*sc. regnum erepturus esset Attalus Eumeni*), privatumne -o maiorem fratrem *eqs.* MART. 6, 10, 10 si negat hoc vultu, quo solet -o dare? 8, 23, 4 si levis ista ... causa videtur, ex qua vis causa vapulet -o cocus? 11, 57, 6. TERT. apol. (*v. et ind. Heenen*) 11, 13 si ..., quid -o damnatis? 47, 14 iam -o (COMM. instr. 2, 17, 6. *v. vol. VII 1, 129, 41*). pudic. 19 p. 264, 6 si ita est, -o et ab idolatria (anim. 46 p. 375, 9 adv. Prax. 24 p. 274, 19 *al.* AVG. bapt. 3, 17, 22 p. 214, 12). anim. 32 p. 354, 17 numquid -o (*cf.* num -o: adv. Val. 2 p. 178, 16). adv. Marc. 3, 14 p. 399, 23 -o et (castit. 8 p. 748 Oe. LACT. inst. 1, 16, 14 HIER. in Os. prol. p. 818^C *al.*). *al.* COMM. apol. 391. ARNOB. nat. 4, 37 p. 172, 10 sin (LACT. ira 10, 8). 6, 10 p. 222, 2 *al.* LACT. inst. 2, 5, 39 *al.* (*v. ind.*). QVEROL. p. 57, 18 si habuisset ille, -one (*v. p. 775, 15*) iste secretum nescisset? SCHOL. Cic. Gron. D p. 299, 32 St. -o ideo (*cf. p. 775, 4*). AMBR. exc. Sat. 1, 65 *al.* HEGES. 2, 9, 1 p. 146, 24 (*om. gr.*). PAVLA Hier. epist. 46, 6, 1. VVLG. I Cor. 15, 14 (ἄρα; *sic et* Gal. 2, 21 *al.*). AVG. civ. 4, 25 p. 177, 11 D. *al.* CONC.^S I 5 p. 91, 14 (*om. gr.*). VICT. VIT. 2, 67. *et al.* quodsi: CIC. nat. deor. 3, 51 quodsi luna dea est, -o etiam lucifer *eqs.* TERT. pudic. 16 p. 254, 22 *al.* ITALA Luc. 11, 20 (Tert. adv. Marc. 4, 26 p. 518, 25) -one (ἄρα, VVLG. profecto; *cf. p. 775, 15*). ITALA Gal. 2, 17 (Pelag. *in h. l.* p. 316, 3 S.; ἄρα, VVLG. numquid). ARNOB. nat. 3, 31 p. 132, 23 LACT. inst. 2, 5, 25 *al.* HIER. in Ier. 4, 1, 6 p. 222, 12 VVLG. Hebr. 12, 8 (ἄρα). AVG. civ. 1, 15 p. 27, 11 D. *al.*
b *causal.*: quoniam: LVCR. 5, 260 quoniam ... esse videtur omniparens eadem rerum commune sepulcrum, -o terra tibi libatur. CYPR. epist. 24 p. 536, 13 VICTORIN. PETAV. in apoc. 11, 5 p. 104, 6. ITIN. [Silv.] 19, 5 itaque -o (47, 3; *cf. p. 775, 8*). 23, 2 FVLG. myth. 3, 9 p. 75, 14. cum: TERT. paenit. 3, 14 cuius voluntatis cum vis tanta sit, ut *eqs.*, pro facto -o plectetur. adv. Marc. 4, 24 p. 502, 6 *al.* FILASTR. 147, 2 SEDVL. carm. pasch. 5, 346. quia: SCHOL. Cic. Gron. D p. 292, 9 St. quia oderat locum Caesar, ideo -o (*cf. p. 774, 82*) ille odium obiecit Caesari Africae. AVG. civ. 1, 27 p. 44, 2 D. IOH. MAXENT. Conc.^S IV 2 p. 29, 12 VICT. VIT. 2, 63. 69 CASSIOD. hist. 5, 34 p. 1013^A. *dub.*: AVELL. p. 485, 17 quia cum dictum sit 'quae ligaveris super terram', quos -o non esse iam constat supra terram, suo iudicio reservavit (*v. adn. crit.; cf. p. 775, 36*). *alia*: CYPR. sent. episc. 4 p. 438, 3 licet sciamus omnes *eqs.*, debemus -o fidem nostram exprimere, ut *eqs.* (*fere i. q.* '*tamen*'). PELAG. in I Tim. 5, 23 p. 498, 7 S. ne putaret *eqs.*, dat -o ei consilium *eqs.* *nota*: -o *et in protasi et in apodosi* (*cf.* igitur *p. 261, 69*): TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 543, 20 si -o ipse erit vindex qui et iudex, [si] creatorem -o meliorem deum probavit. ALTERC. Heracl. p. 135, 2. MAX. TAVR. c. pag. (Journ. Theol. Stud. 17, 1916, p. 328) l. 250 si -o ..., iam -o. BENED. reg. 7, 59. 64. *cf.* igitur ..., -o: TRACT. Pelag. p. 81, 15 igitur si idcirco, quia *eqs.*, nullam -o *eqs.* SALV. gub. 1, 26. BOETH. in Porph. comm. sec. 2, 6 p. 192, 18 quoniam i. ..., numero -o *eqs.*

adde locos quosdam, ubi -o ipsum vice protasis habendum est (fere i. q. '*si ita accidit*', *nobis* '*in diesem Fall*'; *similia sunt, quae s. v.* igitur *p. 255, 75 dubitanter posui*): HOR. epist. 1, 18, 78 fallimur et quondam non dignum tradimus: -o quem sua culpa premit deceptus omitte tueri. CELS. 7, 12, 1^D ubi plus sanguinis profluit, scire licet aliquid ex osse fractum esse. -o specillo conquirenda est testa, quae recessit *eqs.* PHAEDR. 3 prol. 6. CVRT. 4, 10, 29 finge iustum te intulisse bellum: cum feminis -o agere debueras? QVINT. inst. 3, 6, 17 'non fuit ... adulter': -o depulsio incipit esse actoris *eqs.*

II *nexu laxiore* (*v. et p. 762, 65*): A *vario usu*: 1 *transit ad notionem affirmativam* (*cf. p. 759, 84 sqq. 761, 80. Langen, Beitr. p. 238*): a *per se ponitur*: α *in dialogo* (*hic illic acced. not. adversativa, fere i. q.* '*at enim*', *e. g. l. 69. 70. 79*; *alia propiora sunt conclusioni, e. g. l. 66. 67. 73. 77*): PLAVT. Asin. 846 istam amo. aliam tecum esse equidem facile possum perpeti :: at ego hanc volo :: -o sunt quae exoptas; mihi quae ego exoptem volo. Aul. 323 cocum ego, non furem rogo :: cocum -o (ego *codd.*) dico. Bacch. 125 non hic placet mi ornatus :: nemo -o tibi haec apparavit. 568 quid? amas Bacchidem? :: duas -o hic intus eccas Bacchides. Cas. 601 dixeras tuam arcessituram esse uxorem uxorem meam :: -o arcessivisse ait se. Cist. 72 perfidiosus est amor :: -o in me peculatum facit. Epid. 477 quin tu fidicinam produci intus iubes :: haec -o est fidicina (TER. Phorm. 755). Merc. 899 de illa quaero :: de illa -o ego dico tibi. 971 verum hic dicit :: tibi -o dicit (TER. Andr. 850 quid istic tibi negotist? :: mihin? :: ita :: mihin? :: tibi -o [SCHOL. *ad l.* affirmative]). Persa 234 molesta es :: -o ⟨ero⟩ quoque, nisi scio, quo agas te. Rud. 402 *scio* spem decepisse multos :: -o animus aequos optimum est aerumnae condimentum. Stich. 475 quando usus veniet, fiet (*sc. ut cenes apud me*) :: nunc -o usus est. β *in monologo* (*non multum distat a II A 4, p. 770, 26. 67*): PLAVT. Amph. 174 -o in servitute expetunt multa iniqua. Men. 758 ut aetas (*sc. senectus*) mala est, mers mala -ost.

b *accedit ad interiectiones* (*-o habet plerumque etiam vim conclusivam*): PLAVT. Men. 1023 -o edepol, si recte facias, ere, med emittas manu (Merc. 373 -o e. palles [Persa 24]. TER. Ad. 959 TVRPIL. com. 38). Mil. 63 -o mecastor pulcher est (*cf.* 380 ecastor -o). 1043 non hercle humanust -o ([humanum stergeo *codd.*]. CIC. Quinct. 50 -o hercule [*sic* Phil. 2, 83 PLIN. nat. 14, 6. 23, 2. 33. 31, 88]).

2 *ponitur c. respectu omnium antecedentium vel totius rerum status, plerumque post incisionem orationis; saepe fere i. q.* '*nunc*' (*cf. l. 11. 24. 41. 65. 72. 74. 76 sq.; multa sermonem familiarem redolent*): a *in enuntiato recto* (*saepe deest verbum finitum, e. g. l. 11. 16. 17*): PLAVT. Amph. 306 quattuor ⟨nudos⟩ sopori se dedisse hic autumat; metuo ne numerum augeam illum :: em, nunciam -o: sic volo (Asin. 336. 431 em -o hoc tibi. Poen. 726 *v. p. 439, 1. cf.* PRVD. perist. 2, 293 en -o nummos aureos *eqs.*). Asin. 790 -o ut iubes tollam. Cas. 896 omnem ordine rem fateri -o aequom est. Men. 326 iam -o haec madebunt faxo. Stich. 113 si sint ita ut ego aequom censeo :: volo scire -o, ut aequom censes. TER. Haut. 1046 exeo -o (*cf.* CIC. Att. 15, 4b puto me -o iturum). CIC. Tusc. 2, 67 cras -o ad clepsydram. Att. 4, 12 videbis -o hominem. 5, 10, 4 -o haec quoque hactenus (5, 13, 2. *cf.* QVINT. inst. 1, 12, 19 hactenus -o. CIC. epist. 9, 18, 2 -o hoc primum). 5, 11, 3. 5, 12, 3 -o tu id conficies. 6, 2, 7 -o, ut spero, propediem te videbo. 12, 47, 1 -o id quidem, ut poteris. epist. 1, 7, 70 *al.* VERG. Aen. 2, 547 referes -o haec. PLIN. epist. 3, 3, 5 SVET. Iul. 78, 2. APVL. met. 6, 10 iam -o ... periclitabor. VVLG. gen. 17, 9 et tu -o custodies pactum meum (*om. hebr.*). BENED. reg. prol. ad te -o nunc mihi sermo dirigitur.

b *c. imperativo et coniunctivo iussivo* (*cf. futurum supra l. 17. 19. 21. 23; hic illic exprimere videtur impatientiam, cf. p. 760, 5*): PLAVT. Asin. 350 quid tum? :: ausculta -o, scies (TER. Phorm. 62 -o ausculta. *cf.* audi: PHAEDR. app. 18, 16 SEN. epist. 83, 9 PS. APVL. Ascl. 8). Asin. 488 age ambula -o (*sic collocatum*: Mil. 78 a. eamus -o. 1198 Most. 662. *aliter*: Asin. 834 a. -o ... agitemus. Aul. 820 a. -o loquere. Curc. 727. Mil. 345 agedum -o face [Persa 763 Rud. 720. 785]. Persa 766 age age -o ... accumbe. Stich. 727. TER. Phorm. 539 age -o, solus servare hunc potes. PETRON. 82, 3. VERG. georg. 1, 63 -o age ... solum ... invortant tauri. Aen. 3, 114 -o agite et ... sequamur [5, 58]. *al. v. vol. I 1406, 57 sqq.*). Asin. 490 sequere hac -o (Mil. 1009 Pseud. 1230 Rud. 184. Stich. 668 [*interpol.?*]. TER. Ad. 609. *cf. l. 47*). Asin. 925. Aul. 428 tace (*cf. p. 766, 15*) -o. Capt. 383 -o animum advortas volo (Pseud. 481 advorte -o a.). Cas. 588. 744 hisce -o abeant (793 abi hinc sis -o. Mil. 255 intro abi -o [944 abeamus -o i. *cf.* QVEROL. p. 42, 14 intus]. Persa 215 abi nunciam -o. Pseud. 758 TER. Hec. 610 APVL. met. 2, 10. *cf.* PLAVT. Poen. 405 i -o. TER. Ad. 854 i -o intro [Hec. 611]. Eun. 459 eamus -o [Phorm. 562]. SEN. contr. 2, 1, 17. SVLP. SEV. chron. 1, 14, 2 iret -o [*or. obl.*]). Cas. 831 Curc. 120. 172. 624 -o ambula in ius (Pseud. 920. *cf. l. 29*). Men. 430. 498. 907 opta -o ob istum nuntium quid vis tibi. 955 i modo :: -o cura :: quin tu -o i modo (Poen. 720 quin sequere me -o [Pseud. 1016. *cf. l. 35*]. Rud. 628 quin tu -o omitte genua. TER. Phorm. 882 quin -o rape me. SALL. Iug. 85, 41 quin -o ... id semper faciant. *aliter p. 764, 9*). Mil. 805 -o adcura (*cf.* CIC. epist. 16, 1, 3 cura -o ... ut valeas). 1268. Persa 239 dic -o (HOR. sat. 2, 3, 5 SEN. contr. 2, 3, 18 *al. cf. p. 765, 83. 770, 21*). Persa 835 at tamen non — tamen — :: cave -o sis malo, et sequere me. Pseud. 997 propera pellegere epistulam -o (*iteratur fere vs.* 993; *cf. p. 771, 73*). 1164. 1317 Rud. 641. 752 Truc. 909 TER. Haut. 550. Phorm. 718 duc me ad eum -o. CIC. Balb. 47 potest ... L. Cornelius condemnari, ut non C. Mari factum condemnetur? existat -o ille vir *eqs.* CVRIVS Cic. epist. 7, 29, 2 -o ... bene vale (SEN. epist. 58, 37 v. -o. MART. 4, 57, 7 IVV. 3, 318 AVSON. 162, 23. *cf. l. 50*). CAES. civ. 3, 19, 8 tum Labienus: 'desinite -o de compositione loqui *eqs.*' VERG. Aen. 10, 104. OV. fast. 2, 17. LIV. 44, 26, 11 'abi, renuntia -o' inquit 'regi *eqs.*' PHAEDR. 3, 7, 15. PETRON. 47, 13 vide -o ... ut diligenter ponas (TAB. devot. Trag. [Corp. III p. 961] 9). 48, 4 *al.* VAL. FL. 3, 411 IVV. 2, 131. 8, 37. APVL. met. 6, 7. 10, 2 iam -o, lector optime, scito te tragoediam, non fabulam legere. QVEROL. p. 8, 24 ades -o huc. VVLG. gen. 47, 31 iura -o (*om. hebr.*). I Macc. 2, 18 -o accede (νῦν οὖν). AVG. civ. 9, 23 p. 400, 5 D. *al.*

c *in interrogatione* (*saepe fere deliberativa, e. g. l. 76. 78; vicina sunt sub II B 3 a, p. 773, 35*): PLAVT. Asin. 30 dic obsecro hercle serio quod te rogem, cave mihi mendaci quicquam :: quin tu -o rogas? (380 q. tu⟨om⟩ officium facis -o? Cas. 854 q. imus -o? [Merc. 582 q. -o i.]. Pseud. 40 -o q. legis? SIL. 16, 217 PLIN. epist. 7, 3, 2 *al. cf. p. 764, 9*). Bacch. 346 ubi nunc est -o meus Mnesilochus filius? (899. *cf.* Epid. 259 dederim vobis consilium catum ... :: -o ubi id est? Trin. 191). Men. 1155 -o nunciam vis conclamari auctionem fore? (VERG. ecl. 3, 28 DRAC. Romul. 10, 253. *cf.* CIC. leg. 1, 20 visne). Mil. 1036 voco⟨n⟩ -o hanc quae te quaerit? Persa 34a quid nunc vis -o? (Truc. 619). 191 quo -o is nunc? 664. Rud. 1412 quam mox mi argentum -o redditur? TER. Hec. 715 quid -o agam? (*cf.* Haut. 993 quid -o nunc faciam? [SEN. contr. 2, 3, 7 facturus es? PETRON. 13, 3 facimus. ITALA act. 2, 38 (Iren. 3, 12, 2); *om. gr.*, VVLG.]. QVEROL. p. 21, 8). Phorm. 685. CIC. Att. 4, 18, 2 dices 'tu -o haec quomodo fers?'. 15, 20, 3. BRVT. Cic. epist. 11, 1, 3 'quid -o est' inquis 'tui consilii?' CYPR. epist. 10, 2 p. 491, 3. PASS. Petr. Paul. long. 58 p. 169, 13 (οὖν).

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *peculiaria quaedam genera interrogationum* (*cf.* igitur *p. 263, 11 sqq.*): **a** *interrogatio fit ἐν ἤθει* (*e. g. mirantis l. 9. 18; dolentis l. 11; stomachantis l. 12 sq.; cf. p. 770, 28: in initio carminis l. 16; cf. l. 28*): **α** *per totam sententiam*: CIC. Quinct. 45 -o ... postulas ut, quod numquam factum esse ... defendimus, id, proinde quasi factum sit, ... confirmemus? Verr. II 3, 223 -o id volumus populum R. ... existimare *eqs.* Flacc. 90. fin. 2, 74 mene -o et Triarium dignos existimas, apud quos turpiter loquare? Tusc. 3, 26. Att. 4, 6, 2 -o erimus ὀπαδοί, qui ταγοί esse noluimus? SALL. Iug. 14, 9 numquamne -o familia nostra quieta erit? (LIV. 2, 7, 9). HOR. carm. 1, 24, 5 -o Quintilium perpetuus sopor urget? (*cf.* sat. 2, 5, 101 -o nunc Dama sodalis nusquam est?). PROP. 2, 16, 15 -o muneribus quivis mercatur amorem? OV. am. 1, 4, 3 -o ego dilectam tantum conviva puellam adspiciam? (1, 7, 11. 3, 11, 9. 11 epist. 17, 183 met. 7, 51 SEN. contr. 1, 5, 3 QVINT. decl. 270 p. 107, 26 SVET. Nero 47, 3 *al.*). 2, 7, 1 -o sufficiam reus in nova crimina semper? 3, 2, 8 met. 8, 494 trist. 2, 213 *al.* SEN. contr. 1, 1, 3. 2, 4, 6 in domum -o meam meretrix veniet? 7, 3 (18), 1 -o quisquam tam infelix fuit? -o quisquam me magis odit quam ego? 7, 8 (23), 3 *bis. al.* VAL. MAX. 7, 5, 4. SEN. Phoen. 463 -o iam numquam duos nisi sic videbo? clem. 1, 9, 4 epist. 99, 4 LVCAN. 9, 55 *al.* PETRON. 81, 3. 100, 1. 3 BVC. Eins. 2, 21 PLIN. nat. 28, 15 VAL. FL. 2, 407 *al.* STAT. silv. 3, 3, 192 Theb. 11, 429. QVINT. inst. 3, 8, 41 hoc -o praecipis et hoc fas putas? 8, 5, 19. decl. 271 p. 110, 2 -one (-o non *codd.*) omnia necesse est facere liberis, quaecumque patres imperant? (VVLG. I reg. 14, 45 III reg. 8, 27 Ier. 4, 10 *al.* AVG. in euang. Ioh. 57, 2. 67, 3 SIDON. epist. 5, 3, 1 *al. cf. p. 775, 15*). 321 p. 265, 22 *al.* IVV. 1, 3. 158. 9, 82 FRONTO p. 232, 24 N. AVSON. 418, 56. SYMM. epist. 2, 36, 1 (*in init.*). HIER. epist. 49, 21, 4 PRVD. apoth. 104. **β** *per pron. interrogativum*: TER. Phorm. 948 quid vos malum -o me sic ludificamini? CIC. Rab. Post. 31 ubi -o ille mos, ubi *eqs.* (Att. 10, 9, 2 ubi ille -o tuus amicus? 12, 42, 1). Phil. 11, 3. LIV. 27, 48, 12 quid -o praecipiti cursu tam longum iter emensi sumus? CVRT. 6, 9, 8 'qualis' inquit '-o animi vobis videtur, qui *eqs.*' PETRON. 104, 5 -o illi qui sunt, qui nocte ad lunam vadebantur *eqs.* IVV. 15, 171 quid diceret -o ... Pythagoras? APVL. met. 7, 20 quousque -o frustra pascemus ... istum? TERT. adv. Marc. 1, 11 p. 304, 1 AVG. civ. 12, 15 p. 533, 29 D. ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele rec. g 96, 4 quid -o venari tu poteris? (*desunt recc. v et W*).

b *interrogatio fere adversativa*: PLAVT. Cas. 850 pectus mi icit non cubito, verum ariete :: quid tu -o hanc ... tractas tam dura manu? (Curc. 19. Pseud. 1295 *v.* igitur *p. 263, 35*). Trin. 926 ne male loquere apsenti amico :: quid -o ille ... mihi latitabat? (MART. 9, 96, 2). CIC. Cael. 11 tot ... annos versatus in foro sine suspicione ... studuit Catilinae iterum petenti. quem -o ad finem putas custodiendam illam aetatem fuisse? ELEG. in Maecen. 1, 140 redditur arboribus florens ... aestas: -o non homini, quod fuit ante, redit? PETRON. 102, 11 finge una die vinctos posse durare: quid -o, si diutius ... tranquillitas nos tenuerit? (CELS. dig. 19, 1, 38, 2 quid -o, si nihil ... cogitaverunt? IVLIAN. dig. 35, 2, 87, 7 *et saepe apud Ictos. cf.* IVLIAN. dig. 18, 2, 10 quid -o est, si [GAIVS dig. 4, 7, 3, 5 *al.*]. TERT. pudic. 19 p. 264, 18 quid -o fiet, cum. AVG. civ. 19, 4 p. 360, 28 D. quid si -o). PLIN. nat. 36, 6 non -o ... moribus caveri utilius fuerat? (37, 15). TAC. ann. 3, 54, 3 si prohibita impune transcenderis, neque metus ultra neque pudor est. cur -o olim parsimonia pollebat? quia *eqs.* (HIER. epist. 57, 7, 2). VLP. dig. 2, 11, 4 pr. dixerit aliquis: quo -o haec exceptio damnato? TERT. idol. 5 p. 34, 16. VVLG. Matth. 15, 33 dimittere eos ieiunos nolo ... et dicunt ei discipuli: unde -o nobis in deserto panes tantos? (*gr.* οὖν *in paucis codd.*).

c *interrogatio responsum negativum expectat* (*additur* propterea *l. 74. p. 770, 8,* idcirco *l. 64*): **num** (*cf. p. 764, 25*): CIC. Phil. 5, 9 auspiciorum nos fortasse erimus interpretes, qui sumus eius collegae; num -o etiam armorum interpretes quaerimus? (*cf.* QVINT. decl. 365 p. 397, 1 etiamnum -o. MARCELL. dig. 46, 3, 72, 5 num -o et [TERT. pudic. 10 p. 239, 12 num -o et Ionas idcirco *eqs. al.*]). ac. 2, 74 nat. deor. 1, 109. div. 2, 9 numquid -o in his rebus (*sc. quas cernimus*) est, quod provisione ... mentis magis quam natura ipsa sentiamus? (CASS. SEV. or. frg. Quint. inst. 6, 3, 79 SEN. benef. 6, 4, 2 *al.* QVINT. decl. 257 p. 51, 2 TERT. spect. 20 p. 21, 17 *al. cf.* SEN. benef. 5, 10, 4 numquis). div. 2, 51 epist. 9, 22, 4 SEN. benef. 2, 19, 1. dial. 11, 12, 4 *al.* MART. 4, 27, 1 saepe meos laudare soles, Auguste, libellos. invidus ecce negat: num minus -o soles? TAC. ann. 3, 17, 3 corruptos saepe pravitatibus uxorum maritos: num -o omnis caelibes integros? PLIN. paneg. 11, 4. 73, 3 APVL. apol. 9. 32 credamus ... solere pisces etiam ad magicas potestates adiuvare. num -o propterea (*cf. p. 770, 8. 775, 25*) quicumque quaerit et ipse magus est? VVLG. IV reg. 19, 11 (*hebr.* ו). *al.* *aliae interrogationes*: CIC. Vatin. 8 quid -o ... praestantius mihi potuit accidere ... quam (de orat. 1, 169). Planc. 33 'at id ipsum ... non est ferendum'. -o ii ferendi sunt, qui *eqs.* rep. 3, 19 esse ... boni viri ... tribuere id cuique quod sit quoque dignum. ecquid -o primum mutis tribuemus beluis? (*al. v. p. 55, 35*). fin. 2, 117. 5, 92. PROP. 2, 8, 13 -o ... ecquandone tibi liber sum visus? LIV. 28, 42, 17 utrum tandem -o firmior eris in Africa solus, an hic tuo conlegaeque tui exercitu coniuncto? (*cf. p. 764, 31*). 31, 31, 6 *al.* SEN. benef. 4, 14, 2 -o et (-one *Wesenberg*) beneficium damus animalibus, quae ... nutrimus? 4, 16, 2. clem. 1, 7, 1. dial. 5, 36, 2 quicquam -o pulchrius *eqs.* (*cf.* ullus: nat. 5, 15, 4 epist. 19, 9). 5, 37, 2 *al.* CVRT. 6, 10, 6. QVINT. inst. 8, 3, 9 nullusne -o etiam frugiferis *arboribus* adhibendus est decor? TERT. nat. 2, 9 p. 111, 7 colit -o quis quod ignorat? bapt. 12 p. 211, 20 ipse dominus ... tinctus est: peccatoribus non fuit necesse? quod -o (*i. 'num idcirco, quod'; coni. alii alia*) alii tincti non sunt, non tamen comites Christi, sed ... Pharisaei? castit. 6 p. 745 Oe. -o propterea (*sc. quod patriarchae fecerunt; cf. p. 769, 74*) nobis quoque licebit innumerum nubere? VVLG. Ezech. 17, 9 -one (*ibid.* 10 AVG. civ. 22, 19 p. 598, 15 D. MART. CAP. 8, 809 [-o nec β]. *cf. p. 769, 84. 775, 15*). RVFIN. Adamant. 1, 12 p. 29, 13. SALV. gub. 6, 67 vastata est Italia tot iam cladibus: -o Italorum vitia destiterunt?

d *interrogatio iteratur ita, ut plenius vel specialius responsum poscat* (*cf. Langen, Beitr. 237*): PLAVT. Bacch. 588 quem quaeritas? :: Bacchidem :: utram -o? Epid. 22 ubist is? :: advenit simul :: ubi is -o est? (Trin. 901 [*interpol.?*]). Persa 18 quid agitur? :: vivitur :: satin -o ex sententia? 217 quo agis? :: quo tu? :: ... eo ego hinc haud longe :: et quidem ego haud longe ... :: quo -o is? Rud. 1271 quid matri eius? :: censeo :: quid -o censes? :: quod rogas, censeo :: dic (*cf. p. 768, 50*) -o quanti censes. TER. Ad. 324. 326. CIC. Verr. II 2, 127 nempe scriptum ita est: quot renuntiati erunt. quot -o, inquit, sunt renuntiati? ac. 2, 77 *v.* igitur *p. 264, 19.* HOR. sat. 2, 3, 156 'quanti emptae?' 'parvo'. 'quanti -o?' SEN. dial. 3, 8, 4.

4 *res, quam sive iam factam dictamve sive futuram esse (e. g. l. 39. 42. 44) constat, proponitur ('wird konstatiert') vel iteratur* (*cf.* igitur *p. 264, 27 sqq.; subauditur saepe* ἦθος *[cf. p. 769, 2], e. g. stomachantis l. 37. 41, lugentis l. 40. 51, ironiae l. 48. 54. 57; in initio epistulae vel carminis l. 37. 41. 44. 60; interrogatio l. 33. 34. 35. 60; irrealis l. 47. 49; in interpretatione vel paraphrasi scriptorum [cf.* igitur *p. 264, 66] infra l. 62*): PLAVT. Most. 972 Philolaches hic habitat ... :: Philolaches⌊ne⌋ (⌊ ⌋ *om. P*) -o? Trin. 988 ipsus es? :: ipsus, inquam, Charmides sum :: -o ipsusne es? CIC. Att. 2, 4, 2 Clodius -o, ut ais, ad Tigranem? 12, 5, 4 -o ei (*sc. Tulliae;* et *trad.*) in integro omnia, sic enim scribis. CAEL. Cic. epist. 8, 17, 1 (*in init.*) -o me potius in Hispania fuisse tum quam Formiis, cum tu profectus es ad Pompeium. CASS. Cic. epist. 12, 13, 1 nunc -o vivemus liberi. LVCR. 1, 72. VERG. ecl. 1, 46 fortunate senex, -o tua rura manebunt. Aen. 6, 456 infelix Dido, verus mihi nuntius -o venerat extinctam. PROP. 3, 7, 1 -o sollicitae tu causa, pecunia, vitae (es *add. DVF*[2]). 3, 21, 17 -o ego nunc rudis Adriaci vehar aequoris hospes (OV. am. 1, 12, 27 epist. 10, 119. 16, 135 LIV. 2, 40, 8). 3, 23, 1 -o tam doctae nobis periere tabellae. OV. ars 1, 213 -o erit illa dies, qua *eqs.* (STAT. silv. 3, 2, 127. PAVLA Hier. epist. 46, 13, 2 -one. *cf.* STAT. silv. 1, 2, 24 -o dies aderat). met. 10, 337 trist. 2, 87. 4, 2, 19. LIV. 3, 67, 3 -o si viri arma illa habuissent, quae in portis fuere nostris, capi Roma me consule potuit. 30, 20, 3. 38, 52, 6 habetis -o temeritatis illius mercedem. SEN. contr. 10, 4, 5 -o, si illis temporibus iste carnifex apparuisset, conditorem suum Roma non haberet. VAL. MAX. 4, 5 ext. 2. SEN. dial. 11, 15, 1 -o conplexu fili carissimi careo. epist. 104, 6 repetivi -o iam me (QVINT. decl. 250 p. 26, 15 *al.* FRONTO p. 50, 16 N. APVL. met. 5, 28. *cf. infra l. 60*). CVRT. 3, 5, 10. 6, 10, 32. 8, 7, 11 haec -o sunt Macedonum praemia. PETRON. 34, 8 eheu, inquit, -o diutius vivit vinum quam homuncio. 46, 2. 7. 83, 4 VAL. FL. 5, 540 STAT. silv. 4, 8, 20 QVINT. decl. 347 p. 368, 7. TAC. ann. 3, 17, 2 id -o fas aviae, interfectricem nepotis aspicere adloqui, eripere senatui. PLIN. paneg. 64, 2 imperator -o et Caesar ... stetit ante gremium consulis (*antea*: stupeo). 69, 5. 71, 3. 92, 2. AVR. Fronto p. 58, 17 N. (*in init.*) -o magister meus iam nobis et patronus erit? APVL. apol. 4 PANEG. 5 (8), 9, 3. CORP. IV 1840 bene -o tu fellabas. VIII 23210 -o domus aeterna nobis hic est. *al.* *nota* (*v. supra l. 32*): SCHOL. Cic. Bob. p. 134, 19 St. dicit -o fratrem suum per omnia lugubrem sustinuisse fortunam (AVG. civ. 10, 2 p. 404, 26 D. 21, 21 p. 526, 13 BOETH. herm. pr. 1, 1 p. 41, 27 *al.*). p. 138, 12 sic -o veniebat, inquit, ut solent *eqs.*

subnectendus videtur IVV. *usus insolentior, fere i. q. 'scilicet'* (*germ. vertas 'eben', 'halt'* [*sim. et* PETRON. 119 vs. 24]. *Vahlen, Opusc. I p. 234 sqq. et Bergmüller, Acta sem. Erlang. 4, 1886, 401 sqq. sequentia potius ad II B 1 referre volebant*): IVV. 1, 15 expectes eadem a summo minimoque poeta. et nos -o manum ferulae subduximus *eqs.* 3, 104 (*interpol.? cf.* MART. 2, 18, 2) non sumus -o pares. melior, qui *eqs.* 3, 281 petulans qui nullum forte cecidit, ... noctem patitur lugentis amicum Pelidae, cubat in faciem, mox deinde supinus; ⌊-o non aliter poterit dormire, quibusdam⌋ somnum rixa facit (⌊ ⌋ *del. Heinecke alii; cf. p. 759, 17*). 4, 99 profuit -o nihil misero *eqs.* 11, 21 refert -o quis haec eadem paret (*sc. cibos sumptuosos*). 11, 99 (*del. Markland, Heinrich alii*).

5 *in explicatione vel adnotatione, fere i. q. 'idest'* (*sic l. 83. p. 771, 4. 13*) *vel 'enim explicativum'* (*p. 568, 37; cf.* igitur *p. 264, 83 sqq.; haud longe distat hic usus a II B 3 b β, p. 773, 59*): CIC. fin. 5, 63 cum autem etiam exitus ab utroque (*sc. Oreste et Pylade*) datur ... regi, ambo -o se una necari cum precantur *eqs.* CELS. 7, 4, 3 si ... fistula latius patet ... latius foramen *excisa relinquit*, quod nisi

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

magna vi, utique ab interiore parte, sui non potest. -o, ubi quis ingredi ac moveri coepit, rumpitur illa sutura *eqs.* SEN. benef. 2, 33, 1 beneficium mihi dedit, accepi non aliter, quam ipse accipi voluit: iam habet quod ... petiit: -o gratus sum. PLIN. nat. 25, 1 herbarum claritas ... in admirationem curae priscorum ... animum agit. nihil -o intemptatum ... illis fuit *eqs.* APVL. met. 6, 18 PS. APVL. Ascl. 37. ITALA Rom. 8, 24 (Pelag. in *h. l.* p. 66, 21 S.); γάρ, VVLG. enim. PS. ASCON. p. 247, 8 St. (*i.* '*certe*' *St.*). VVLG. sap. 6, 16 (γάρ). AVG. serm. coll. Morin p. 247, 2 nec dicendum 'fuit, est, et erit', sed 'est'; quod -o dicitur 'fuit' iam non est, quod autem dicitur 'erit', nondum est. PS. AVG. dial. quaest. 26 p. 742[med.] ORIBAS. syn. 5, 45 (μὲν γάρ). 7, 22[med.] (γάρ; enim *rec. La*). RVF. podagr. 3. 20. 29. RVSTIC. c. aceph. p. 1217[D] sed ego tibi denuo dicam, -o id ipsum suscipiens; dico autem *eqs.* (*locus subobscurus*). *inducitur exemplum vel testimonium*: CIC. orat. 157 'sient' plenum est, 'sint' imminutum; licet utare utroque; -o ibidem: *seq. trag. inc. 194* (*antea* itaque *eodem sensu*). CELS. 1 prooem. 66 neque ... istud antiqui medici nescierunt, sed his contenti non fuerunt. -o etiam vetustissimus auctor Hippocrates dicit *eqs.* (*ibid.* 69). QVINT. inst. 2, 21, 18 an huiusmodi res ... *non* in deliberationem ... veniunt? -o cum de faciendo portu ... deliberatum est, non debuit sententiam dicere orator? TERT. resurr. 57 p. 117, 24 quasi domino non liceat et mutare naturam ... quo -o legimus: 'quae *eqs.*' VICTORIN. PETAV. in apoc. 20, 2 p. 142, 9 alio loco apostolus aliam tubam nominat. ait -o ad Corinthios: *eqs.* (*cf.* CASSIAN. c. Nest. 2, 3, 2 'ecce' -o inquit 'sanctus veniet' *eqs.* 2, 5, 5). AVG. in psalm. 122, 5[init.] *inducitur comparatio* (*aliter p. 766, 49*): SEN. nat. 3, 28, 6 *mare in terras* ut effluat, non magna mole se tollit ... -o ut solet aestus aequinoctialis ... maior undare, sic hic, qui ad occupandas terras emittitur, ... plus aquarum trahit (PLIN. nat. 2, 82. 105 SIL. 14, 620 TAC. ann. 15, 36 PANEG. 12 [2], 28, 4).

6 -o *transit ad notionem adversat., q. e.* '*autem*' (*aliter p. 774, 23. 24*), '*sed*' (*cf.* igitur *p. 265, 55*): CIC. epist. 9, 22, 3 belle 'tectoriola': dic -o etiam 'pavimenta' isto modo: non potes. HOR. epod. 2, 9 *beatus ille qui* forumque vitat et ... potentiorum limina. -o aut ... altas maritat populos aut *eqs.* ELEG. in Maecen. 1, 10 nec mihi, Maecenas, tecum fuit usus amici: Lollius hoc -o conciliavit opus. ITALA Luc. 20, 38 ([cod. ff²]; δέ, VVLG. autem. *cf.* VVLG. Matth. 6, 33 quaerite -o primum regnum dei [autem *codd. multi, gr.* δέ]. Marc. 13, 23). LACT. inst. 2, 5, 18 an Archimedes ... potuit ..., deus -o ... non potuit? VVLG. sap. 6, 19 (δέ; *cf. ALL 8, 1893, 265*). PS. AVG. dial. quaest. 26 unum ... dividi non potest *eqs.* -o duo dividi possunt, sed pars eorum unum est.

B ***usu magis ad informandam*** (*sc. concludendam, resumendam, incipiendam*) ***orationem spectante:*** **1** ***complexio fit complurium sententiarum*** (*saepe ante novi capitis initium, e. g. l. 47. 54. 58; cf.* igitur *p. 265, 70 sqq.*): RHET. Her. 1, 16, 26 -o, ut ostendi, ratio ea est quae continet defensionem. 4, 5, 8 -o ab uno sumenda fuisse docuimus exempla ... nunc *eqs.* 4, 14, 20 videte -o, quam conveniat eos impetrare (CIC. Tusc. 3, 65 vides -o [SEN. benef. 7, 5, 3 QVINT. decl. 320 p. 256, 1 IVV. 12, 126 *al.*]). 4, 56, 69 (*in fine operis*) -o amplius in arte rhetorica nihil est. *al.* CIC. inv. 1, 81. Cluent. 103 -o adhuc Iuni iudicium video esse eiusmodi, ut incursionem potius seditionis ... putem (prov. 42 fin. 4, 13). Flacc. 84 omnibus -o auctoribus (LVCR. 2, 879). Balb. 6. Lig. 4 -o haec duo tempora carent crimine ... tertium tempus *eqs.* Phil. 8, 9 -o habet Antonius quod suis polliceatur. quid nos? de orat. 1, 242. fin. 5, 58 -o hoc quidem apparet, nos ad agendum esse natos (Tusc. 2, 48. 3, 30 -o id quidem non dubium, quin *eqs.* off. 2, 42). off. 3, 49 maneat -o, quod turpe sit, id numquam esse utile ... sed *eqs.* Att. 9, 7, 2. epist. 9, 22, 2 -o in re non est *turpe*; multo minus in verbis. LVCR. 5, 1430 OV. am. 1, 9, 31. 1, 15, 41 (*in fine libri*) -o etiam cum me supremus adederit ignis vivam. VITR. 2, 8, 12. 4, 2, 3. VAL. MAX. 3, 1, 2 tenero -o animo Cato totius curiae gravitatem percepit. 3, 7, 2 *al.* SEN. clem. 1, 11, 4 CVRT. 3, 3, 27. COLVM. 3, 3, 15 sive -o pastinationis reditus seu futurarum spes vindemiarum cohortari nos debet ad positionem vinearum (QVINT. decl. 336 p. 324, 21 *al.*). PLIN. nat. 7, 162 MART. 2, 24, 7. QVINT. inst. 5, 10, 94 -o, ut breviter contraham summam, ducuntur argumenta a personis, causis *eqs.* IVV. 6, 224 imperat -o viro. sed mox *eqs.* 14, 64. 244 VLP. dig. 7, 1, 25, 1 TERT. adv. Val. 7 p. 185, 6 BENED. reg. 39, 5. *et al.*

2 ***functio anaphorica*** (*cf.* igitur *p. 266, 38*): **a** -o *accedit ad quodlibet membrum anaphorice positum post interruptam orationem*: α *post digressionem* (*v. et p. 768, 53*): TER. Eun. 401 rex semper maxumas mihi agebat quidquid feceram *eqs.* :: rex te -o in oculis ... gestare *eqs.* RHET. Her. 1, 14, 24 hoc in iudicio fere non potest usu venire *eqs.* -o in iudicium non venit. CIC. inv. 2, 172 adiunctio illa quid habeat utilitatis ... erit considerandum *eqs.* -o, ut dico, illud quod adiungitur semper ... erit considerandum (Phil. 12, 22 tres -o, ut dixi, viae [off. 2, 19 COLVM. 5, 1, 6. *cf.* ut dicebam: SEN. clem. 1, 5, 2 epist. 57, 6]. part. 46 est -o, ut supra dictum est, *eqs.* [*cf.* ITIN. [Silv.] 14, 2 superius]). CIC. de orat. 2, 334 suadere aliquid ... gravissimae mihi videtur personae esse *eqs.* -o in suadendo nihil est optabilius quam dignitas. rep. 2, 67 ac. 2, 3. Att. 15, 15, 1 si L. Fadius ... petet *eqs.* si -o petet Fadius *eqs.* PROP. 1, 1, 15 Milanion ... saevitiam durae contudit Iasidos *eqs.* -o velocem potuit domuisse puellam. OV. am. 1, 6, 34. VITR. 2, 2, 1 Democritus ... atomos *eqs.* -o Democritus *eqs.* SEN. nat. 3, 10, 5 COLVM. 5, 5, 8 PLIN. nat. 2, 44 QVINT. inst. 11, 2, 21 VLP. dig. 43, 21, 1, 2. ITIN. [Silv.] 23, 4 sed (*cf. p. 775, 39*) ut redeam ad rem, monasteria -o plurima sunt ibi *eqs.* (25, 10). PALLAD. 11, 17, 2 AVG. civ. 3, 21 p. 123, 27 D. *al.* β *post parenthesin vel anacoluthon* (*cf.* igitur *p. 266, 73. 267, 8; in figura quam* πλοκήν *vocant infra l. 29*): RHET. Her. 1, 6, 10 si oratio ... fecerit fidem auditoribus — neque enim non facile scire poterimus, quoniam *eqs.* — -o si fidem factam putabimus *eqs.* (AVG. civ. 7, 14 p. 292, 10 D. 13, 15 p. 573, 22 etiamsi -o. *al.*). CIC. fin. 2, 113 ad altiora ... nati sumus, nec id ex animi solum partibus, in quibus inest memoria *alia eqs.* — -o haec in animis, tu autem *eqs.* (ac. 2, 126 Tusc. 3, 25. 5, 73 — huic -o, ut dixi, licebit *eqs.* epist. 9, 6, 2 AVG. civ. 1, 9 p. 14, 20 D. *al.*). Tusc. 1, 14 omne pronuntiatum — sic enim *eqs.* — id -o est pronuntiatum *eqs.* (APVL. flor. 15 p. 56 — eorum -o Bracmanum *eqs.*). nat. deor. 2, 17 (vero *P, om. dett.*). Att. 15, 18, 2. epist. 15, 10, 1 quoniam id accidit *eqs.* — quoniam -o ita accidit *eqs.* (PS. APVL. Ascl. 8). CIRIS 29 OV. fast. 3, 787 PLIN. nat. 7, 97. 36, 116 cum iam ne ipse quidem Scaurus sibi par esse posset, quando *eqs.* — ingenio -o utendum suo Curioni ... fuit (*cf. p. 766, 83*). QVINT. decl. 355 p. 387, 21 PS. APVL. Ascl. 41 TERT. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 6. CYPR. sent. episc. 8 p. 441, 10 (*om. pars codd.*). ITIN. [Silv.] 3, 2. 7, 1 *al.* AVG. civ. 3, 21 p. 132, 8 D. — eodem -o ipso tempore. *al.* OROS. hist. 2, 12, 2. BOETH. herm. pr. 1, 1 p. 39, 20 quorum hae id est voces *eqs.*, quorum -o hae voces *eqs.* COD. Iust. 1, 27, 2, 13 BENED. reg. 42, 15. CORP. XI 2115 ob hoc quod fide cives suos ... gubernarit ..., pro merito -o beneficiorum universi statuam ... obtulerunt. *al.* *nota* (*v. supra l. 8*): CIC. epist. frg. VIII 11 M. (= VII 11 S.) ego cum in gratiam redierim cum Ap. Claudio, et redierim per Cn. Pompeium, [et] ego -o cum redierim.

b -o *adponitur pronominibus* (*v. et l. 13. 16*) *et adverbiis* (*exempla antiquissima [l. 54. 56. 79] paulo pleniorem habent sensum, fere i. q.* '*ipsum*'): α -o *antecedit* (*cf.* igitur *p. 268, 29 sqq.*): hic: RHET. Her. 1, 16, 26 -o hac ratione *quae antea demonstrata est*) iudicationem reperire convenit. CIC. de orat. 2, 243. 245 orat. 63. rep. 1, 67 (*Plato rep. 8, 563*[D] δή, *sed paulo aliter*). 2, 63 fin. 4, 12 ac. 2, 96 Cato 55 div. 2, 73 *al.* VITR. 5, 9, 9. SEN. contr. 9, 5 (28), 9 colore -o Latro hoc eodem usus est *eqs.* PLIN. nat. 18, 244. 19, 20. BENED. reg. 5, 9 -o hi tales (*cf. infra l. 52*) *eqs.* ille: CIC. Brut. 328 orat. 59 ac. 1, 26 Att. 11, 22, 2 SEN. nat. 3, 8. is: CIC. har. resp. 14 ad pontifices reicietur ... quid -o ii possunt aliud iudicare ac iudicaverunt? (Tusc. 5, 40). Phil. 11, 2 de orat. 2, 32. PLIN. nat. 18, 217 -o ex iis terris, quas nominavimus *eqs.* iste (*cf. l. 33*): PLAVT. Men. 242 quaeritamus mortuom; nam *eqs.* :: -o istud quaero certum qui faciat mihi ... eum esse emortuom. Mil. 891 si quid faciundum est mulieri male ..., ea sibi immortalis memoriast ..., sin bene ..., meminisse nequeunt :: -o istuc metuo, quom venit vobis faciundum utrumque. 1233. Most. 174 -o ob istuc (hoc *codd.*) verbum. CIC. de orat. 2, 143. 3, 47. ac. 2, 32 quid -o istud ad nos? uterque: CIC. fin. 4, 6 PLIN. nat. 12, 75. ita: VITR. 2, 1, 9. 7, 5, 4. item: CIC. de orat. 2, 50 leg. 1, 48. talis: AVG. civ. 8, 24 p. 361, 20 D. *cf. l. 40.* tum: CELS. 8, 3, 7. 8, 10, 1[H].

β -o *subsequitur pronomen* (*saepe plus minus abundanter, e. g. l. 67. 71. p. 773, 2. 6; pleniore notione l. 68; insolenter l. 62*): hic (*pron.*): PLAVT. Cist. 608 certe modo huius, quae locuta est, quaerere aibas filiam :: huius -o (ego *trad.*) quaero (*cf. supra l. 33*). CIC. inv. 2, 40 hoc -o in genere. Phil. 5, 16 hanc -o et reliquas eiusmodi leges (SEN. epist. 91, 13. 114, 20). div. 1, 62 Att. 7, 1, 5 OV. ars 2, 285 MANIL. 1, 369 SEN. epist. 22, 9 TERT. pudic. 19 p. 265, 21. CYPR. mort. 17 p. 307, 18 *haec exercitia* contemptu mortis praeparant ad coronam. sed fortasse aliquis ... dicat: 'hoc me -o (*fere i. q.* '*tamen*' *Watson alii*) in praesenti mortalitate contristat, quod *eqs.*' ITIN. [Silv.] 2, 2. SCHOL. Cic. Bob. p. 96, 19 St. omnis haec -o enumeratio. VVLG. gen. 37, 8 haec -o causa (*hebr. et LXX aliter*). II Macc. 4, 43 (περὶ δὲ τούτων). HIPPOCR. aer. 8 p. 19, 20 nam (*cf. p. 775, 12*) ex his -o *eqs.* (*om. gr.*). 19 p. 37, 31 (δέ). ORIBAS. syn. 7, 22 p. 158 si autem punctus non est nervus ..., his -o ... acris medicaminibus non oportet uti (*gr.* τῶν προειρημένων; *rec. La* quae praedicta sunt). SERM. Rev. Bénéd. 23, 1906, p. 362, 10 sed (*cf. p. 775, 39*) hoc -o, fratres, omnibus dico *eqs. al.* idem: CELS. 5, 27, 4 SEN. nat. 1, 2, 7 epist. 71, 20 SCRIB. LARG. 84 GRAN. LIC. p. 8, 5. POMPON. dig. 13, 6, 13, 2 (-o *om. F²*). CARM. epigr. 24, 4 (*s. III*). MART. CAP. 7, 794. ille: SEN. contr. 1 praef. 9 PLIN. epist. 5, 1, 11. PVBLIC. Aug. epist. 46, 2 p. 124, 18 si, cum illi -o iurant *eqs. v. et p. 775, 10, ubi tamen pronomen deicticum est.* is: CIC. fin. 1, 72 PETRON. 39, 2. 83, 8. 140, 1 PLIN. nat. 8, 45. 25, 7 GRAN. LIC. p. 16, 4 TERT. nat. 3 p. 182, 15 *al.* ITIN. [Silv.] 1, 2. 4, 8 et (*cf. p. 774, 73*) in eo -o loco. *al.* iste (*cf. supra l. 33*): PLAVT. Cist. 118 mihi visa amare :: istoc -o aures graviter obtundo tuas, ne quem ames. TER. Ad. 172 quin pugnus continuo in mala haereat :: istuc volo -o ipsum experiri. SEN. epist. 94, 49 PANEG. 3 (11), 4, 1 AVIEN. orb. terr. 358 AVG. civ. 4, 5 p. 151, 22 D. *al.* ipse: ITIN. [Silv.] 2, 1. talis: CIC. div. 2, 14 SEN. epist. 58, 19 FLOR. epit. 2, 8, 10 AVG. civ. 16, 2 p. 122, 26 D. SEDVL.

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

op. pasch. 2, 14 p. 218, 9 (*8° loco*). hic (*adv.*): TERT. bapt. 13 p. 212, 21 adv. Prax. 22 p. 270, 1. hinc: QVINT. inst. 2, 1, 3 FLOR. epit. 3, 12, 8 TERT. test. anim. 2 p. 137, 8 COMM. apol. 691 QVEROL. p. 3, 15 *al.* ibi: PLIN. nat. 17, 186 VICTORIN. PETAV. in apoc. 10, 3 p. 92, 16 ITIN. [Silv.] 3, 1 *al.* inde: TERT. adv. Marc. 5, 14 p. 625, 13. ita: PAVL. dig. 35, 2, 3 pr. IVL. HON. cosmogr. A 22 ITIN. [Silv.] 24, 3 FAVSTIN. trin. 5, 4 p. 72^{D} AVG. civ. 9, 13 p. 386, 15 D. MART. CAP. 4, 365. CASSIOD. Didym. in I Ioh. 2, 3—4 p. 45, 2 sicut ..., ita -o (*cf. p. 766, 83*). *al.* sic: CIC. Tim. 7 sic -o generatus *eqs.* (*gr. 29^{A} οὕτω δή*). off. 3, 56 PLIN. nat. 18, 165 STAT. Ach. 1, 339 QVINT. decl. 318 p. 251, 2 PS. APVL. Ascl. 15 TERT. spect. 21 p. 22, 3. ITIN. [Silv.] 3, 2 ac (*cf. p. 774, 70*) sic -o (3, 7 *al.*). *al.* tunc: TERT. resurr. 31 p. 70, 13 FIRM. math. 3, 1, 9 ITIN. [Silv.] 12, 2 AVG. civ. 3, 17 p. 125, 28 D. *al.*

3 ***usus inceptivus et transitorius*** (*cf.* igitur *p. 268, 45 sqq.*): **a** -o *ponitur in ipsa introducendi vel transeundi formula*: RHET. Her. 2, 2, 2 primum -o quaeremus, quemadmodum *eqs.* (CIC. orat. 174 ac. 2, 116 SEN. nat. 5, 7, 1 *al. cf.* SEN. nat. 6, 22, 1 prius -o). CIC. inv. 2, 125 -o is, qui scriptum defendet, his locis ... poterit uti (PLIN. nat. 23, 29. 35, 198. VVLG. gen. 36, 40 haec -o nomina [*hebr.* ו]). Flacc. 27 proximum est -o, ut *eqs.* de orat. 1, 260 -o, ut ad primum illud revertar, sit orator *eqs.* (TERT. adv. Marc. 1, 13 p. 306, 26 ut -o aliquid et de isto ... loquar). Brut. 158. orat. 191 sequitur -o, ut ... videndum sit (*aliter p. 763, 51. cf.* rep. 1, 67 -o illa sequuntur). Tusc. 1, 8 -o ita nascetur exordium (epist. 2, 10, 2 PLIN. nat. 14, 46. *cf.* sic: STAT. Theb. 10, 187 PALLAD. 3, 17, 1. VVLG. Matth. 6, 9 [οὖν]). SEN. contr. 3 praef. 7 omnia -o habebat, quae illum, ut bene declamaret, instruerent: phrasin *eqs.* VAL. MAX. 7, 1, 1 videamus -o (QVINT. decl. 323 p. 272, 20). SEN. nat. 3, 1, 1 quaeramus -o (6, 4, 1). epist. 120, 3 nunc -o ad id revertor, de quo desideras dici *eqs.* (PLIN. nat. 17, 9). COLVM. 10 praef. 1 superest -o (*aliter p. 763, 42*). PLIN. nat. 18, 254 -o opera: taleas olearum ponere *eqs.* 32, 62. VAL. FL. 6, 41 QVINT. inst. 2, 11, 1 APVL. met. 11, 23 QVEROL. p. 12, 26 AMM. 14, 6, 26. MARCELL. med. 20, 115 conpositio -o ... est talis: *eqs.* RVF. podagr. 8 *al.* *in interrogatione* (*cf. p. 764, 47. 768, 68*): CIC. S. Rosc. 86 quid -o horum negari potest? tenuitas ..., avaritiam *eqs.* Verr. II 3, 120 unde -o hoc intellegi potest? ex hoc maxime *eqs.* (SEN. rem. fort. 1, 2 unde -o primum incipimus?). dom. 118. leg. agr. 3, 7 quid -o ait ... tribunus plebis? (SEDVL. op. pasch. 2, 15 p. 218, 13. *cf.* SEN. nat. 6, 19, 2 dicit [AVG. civ. 17, 5 p. 216, 25 D.]. QVINT. inst. 4, 2, 109 quid -o M. Tullius? ... inquit). Sest. 97 Mil. 15. CAES. Gall. 7, 77, 12 quid -o mei consilii est? facere quod *eqs.* LIV. 29, 18, 15 quid -o evenit? SEN. clem. 1, 14, 1. nat. 2, 16 quid -o inter fulgurationem et fulmen interest? dicam: *eqs.* epist. 41, 6 PLIN. nat. 31, 38. IVV. 10, 159 exitus -o quis est? POMPON. dig. 41, 3, 30, 1. PAPIN. dig. 31, 67 pr. utrum -o (*al.*). VLP. dig. 30, 41, 12 quid -o in statuas dicendum? SORAN. p. 8, 14 ubi -o iacet orificium matricis? (*gr. p. 177, 22 δέ; sic et* 89 p. 32, 1). *al.*

b *in initio tractationis post propositionem*: α *expressam et conspicuam*: RHET. Her. 3, 12, 21 de ea parte firmitudinis ... dicendum videtur. firmam -o maxime poterimus ... vocem conservare *eqs.* (SCRIB. LARG. 163 PLIN. nat. 13, 18). CIC. inv. 1, 55 videtur eiusmodi quoque utendum exemplo ... -o in hac causa, quae *eqs.* (nat. deor. 2, 104). COLVM. 4, 23, 1 persequemur. placet -o *eqs.* (TAC. dial. 34). 7, 2, 6 ad propositum revertar. -o duo genera sunt ovilli pecoris *eqs.* (*cf.* VINCENT. LER. 17, 23 redeamus). SCRIB. LARG. 99 PLIN. nat. 6, 208. 37, 13. EDICT. imp. Diocl. I 30 sed iam etiam ipsas causas ... explicare debemus *eqs.* quis -o nesciat *eqs.* RVF. podagr. 2. *et al.* β *magis obscuram* (*cf. p. 770, 81;* igitur *p. 269, 50*): VARRO rust. 2, 4, 3 nec tamen defugio quin dicam ... de suillo pecore. agri enim *eqs.* -o qui suum gregem vult habere idoneum *eqs.* CIC. inv. 2, 53 primus -o accusatoris locus est *eqs.* (PS. APVL. Ascl. 40). 2, 65 utrisque ... ius ... considerandum est. initium -o ab natura ductum videtur *eqs.* de orat. 3, 37. 149 Tusc. 4, 14 off. 1, 134 *al.* VITR. 3, 3, 2 species ... aedium sunt quinque ... -o pycnostylos *eqs.* CELS. 2, 10, 6. 3, 25, 2 (*post descripta elephantiasis indicia*) protinus -o inter initia sanguis ... mitti debet *eqs.* (4, 18, 2). 5, 28, 2^{E} ubi primum id vitium notatum est *eqs.* (6, 7, 1^{B}). 7, 30, 1^{A} -o si (8, 4, 14 *al.*). *al.* SEN. nat. 3, 29, 6 vide ... ne terra debeat minui, ut validiori (*sc. umori*) infirma succumbat. incipiet -o putrescere, dehinc *eqs.* COLVM. 3, 15, 1 PLIN. nat. 3, 43. 9, 106 principium -o ... margaritae tenent. 21, 78 *al.* QVINT. inst. 12, 1, 1 (*antea prooem.*). IVV. 5, 15. TAC. ann. 14, 3 optulit ingenium Anicetus libertus ... -o navem posse conponi docet, cuius *eqs.* SVET. Galba 1 FLOR. epit. 2, 9, 1 PAVL. coll. Mos. 4, 3, 2. ITALA act. 10, 3 (Iren. 3, 12, 7) erat ... Cornelius *eqs.* vidit -o *eqs.* (*gr.* εἶδεν, VVLG. is vidit). SER. SAMM. 64 *al.* PALLAD. 1, 10, 1 *al.* AVG. civ. 4, 2 p. 147, 3 D. *al.* RVF. podagr. 25 *al.*

c *transitio vel initium novae partis per ipsum* -o ***significatur*** (*cf.* igitur *p. 270, 10 sqq., sed nota in voce* -o *hunc usum frequentiorem esse apud poetas quam apud historicos; in initio capitis p. 774, 21; cf. p. 764, 52. 769, 3. 770, 30*): CIC. rep. 2, 23 perge ut instituisti ... : -o ... cum ille Romuli senatus ... temptaret ... ut ipse regeret ... rem publicam, populus id non tulit *eqs.* (LVCR. 2, 624 -o cum primum. PETRON. 28, 5. SVET. Iul. 31, 1 cum -o). VERG. georg. 3, 229 *taurus victus* regnis excessit avitis. -o omni cura vires exercet *eqs.* 4, 77 -o ubi ver nanctae sudum ... erumpunt portis *apes* (Aen. 3, 238. 4, 474. 11, 799 HOR. sat. 2, 6, 15. 106 OV. ars 1, 565 met. 1, 777 *al.* LVCAN. 2, 669. *et al. cf.* ubi -o: LAMPR. Alex. 15, 1). Aen. 3, 132 et tandem antiquis Curetum adlabimur oris. -o avidus muros optatae molior urbis *eqs.* 6, 175 *al.* CVLEX 376 ego Ditis ... cogor adire lacus ... -o ⟨i⟩am causam mortis ... dicere ... cogunt ... Poenae (TAC. Germ. 45). MORET. 111 CIRIS 386. HOR. sat. 2, 6, 70 prout cuique libidost ... uvescit ... -o sermo oritur *eqs.* CELS. 1 prooem. 5 -o etiam post eos, de quibus retuli, nulli clari viri medicinam exercuerunt, donec *eqs.* 1, 3, 5 -o si *eqs.* (3, 10, 3). CVRT. 4, 2, 11 Carthaginiensium legati ... tunc venerant ... hortari -o Poeni coeperunt, ut obsidionem ... paterentur. SCRIB. LARG. 136 LVCAN. 7, 385. PETRON. 17, 3 ut -o tam ambitiosus det⟨um⟩uit imber, retexit ... caput *eqs.* (135, 5 BVC. Eins. 1, 45 STAT. Theb. 9, 602. ITIN. [Silv.] 14, 1 statim -o ut. *al.*). 67, 4 Habinnas ... coeperat surgere, nisi ... Fortunata ... esset vocata. venit -o galbino succincta cingillo *eqs.* 105, 4. 111, 6 proxima -o nocte *eqs.* *al.* PLIN. nat. 2, 122 *al.* VAL. FL. 1, 659 SIL. 4, 718 *al.* STAT. Theb. 3, 566 *al.* PLIN. epist. 1, 5, 8 APVL. met. 11, 27 CAPITOL. Aur. 17, 1 *al.* ITIN. [Silv.] 3, 1 *al.* VVLG. gen. 2, 15 (*hebr.* ו; *sic saepissime*). II Macc. 5, 13 (δέ; *sic et* Luc. 22, 36 act. 8, 9). AVG. civ. 8, 16 p. 344, 32 D. (*in init. capitis*). *al.* ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele 21, 10 rec. v (*recc. g et W* autem). 27, 18 rec. g (*rec. v* sed). VITAE patr. 3, 217 p. 808^{D} (*7, 24, 2* autem; *gr. Nau Rev. Or. chr. 1907 p. 174 n. 43 οὖν*). 6, 3, 4 p. 1007^{B} (*gr. Cotelier p. 527 καί*). *al.* (*cf. J. B. Hofmann, Indg. Forsch. 43, 1925, 114*). GREG. TVR. Franc. 1, 17 p. 42, 19 *al.* (*cf. Bonnet p. 318*). ORIBAS. syn. 1, $27^{init.}$ (μέν; *om. rec. La*). *et al.*

d *pars eius sententiae, in qua ponitur* -o, ***cohaeret vario modo*** *(sc. concludens vel iterans) c.* ***anteced.***: α ***secundaria*** (*cf. p. 766, 30*): RHET. Her. 1, 2, 3 quoniam -o demonstratum est, quas causas oratorem recipere ... conveniat, nunc *eqs.* (3, 20, 33 CIC. inv. 2, 109. 170 Brut. 201 VITR. 2, 8, 18. *cf.* -o quoniam: OV. met. 13, 159 VITR. 2, 10, 3 *al.*). CIC. top. 26 quando -o (LIV. 36, 28, 3 AVG. civ. 2, 21 p. 81, 24 D.). div. 1, 63 cum -o est somno sevocatus animus a societate ... corporis *eqs.* (VITR. 1, 1, 11. 7, 1, 7 cum -o fuerit hoc ita perstratum *eqs.* PETRON. 12, 2. 14, 5 cum primum -o. *al. cf.* -o cum: LVCR. 4, 886 VITR. 2, 1, 2 SEN. epist. 89, 14 *al.*). PETRON. 6, 2 dum -o iuvenes sententias rident ..., subduxi me *eqs.* (AVG. civ. 22, 8 p. 581, 16 D. *cf.* -o dum: TAC. ann. 15, 50). 61, 1 postquam -o (*cf.* ITIN. [Silv.] 19, 16 postea -o quam *eqs.*). VAL. FL. 7, 407 -o ut erat vultu defixus uterque silenti *eqs.* (STAT. Theb. 7, 151). AVG. civ. 8, 13 p. 339, 25 D. quamquam -o. *et al.* β ***participium***: LVCR. 5, 1136 (*antea de cupiditate regnandi et invidia*) -o regibus occisis subversa iacebat pristina maiestas *eqs.* VERG. Aen. 3, 278 stant litore puppes. -o insperata tandem tellure potiti lustramur *eqs.* LIV. 1, 27, 5 Albano non plus animi erat quam fidei. nec manere -o nec transire aperte ausus sensim ad montes succedit. 37, 32, 6 *al.* VITR. 9, 1, 9. PHAEDR. app. 7, 3 scire -o cupiens ... inquit. SEN. dial. 11, 6, 1 remoto -o iudicio plurium ... videamus, quid sit exilium. epist. 24, 6. CVRT. 3, 4, 5 -o ... proditos se rati ne conspectum quidem hostis sustinere valuerunt (PETRON. 60, 7 STAT. Theb. 9, 323). 6, 2, 7 -o interrogata, quaenam esset, neptim se Ochi ... esse respondit. 9, 8, 19 *al.* PETRON. 21, 5 nos ... perfusos oleo refecerunt. utrumque -o lassitudine abiecta cenatoria repetimus *eqs.* 25, 3. 115, 3 mirati -o ... extrahimus. *al.* PLIN. nat. 18, 327. 21, 12 VAL. FL. 3, 615 STAT. Theb. 11, 144 TAC. ann. 15, 34 SVET. Iul. 8 *al.* APVL. met. 7, 13 *al.* ITALA Rom. 7, 8 (Pelag. in *h. l.* p. 56, 18 S.); δέ, VVLG. autem. CAPITOL. Aur. 17, 3 *al.* ITIN. [Silv.] 2, 4 *al.* AMM. 30, 5, 14 *al.* GREG. TVR. Mart. 1, 32 p. 603, 25. *et al.* γ ***nomen*** (*cf.* igitur *p. 271, 53*): OV. Pont. 1, 2, 129 *rogabitur* piger ad poenas princeps, ad praemia velox, quique *eqs.* -o tam placidas orator missus ad aures ... roga. LIV. 1, 35, 6 -o virum cetera egregium *eqs.* CVRT. 8, 14, 28 *Macedones ab elephantis multum laborabant.* anceps -o pugna nunc sequentium nunc fugientium ... certamen extraxit. VAL. FL. 6, 449 (*describuntur antea Medeae artes*) -o opibus magicis ... tremendam Iuno ... quaerit. FLOR. epit. 2, 2, 9. 2, 12, 9 *rex* ut interesse non auderet, sed gerenda ducibus bella mandaverit. absens -o victus *eqs.* TREB. trig. tyr. 22, 3.

iuncturae (-o *fere* ***pleonastice*** *positum esse videtur; v. et p. 772, 54; non recepi qualia* CIC. S. Rosc. 112 -o idcirco ..., quod; *cf. Landgraf ad l.*): ac ... -o: *v. p. 773, 12.* ANTH. 11, 96 (*cento Vergilianus*) atque ita fatus -o iussa parat. VERG. georg. 4, 206 -o ipsas quamvis *eqs.* at (et *R*) genus immortale manet. HIPPOCR. aer. 22 p. 43, 13 convenit -o enim *eqs.* (γάρ). et ... -o (*v. et p. 772, 78; in sequentibus* -o *fere i. q.* 'ideo'): VLP. dig. 35, 3, 3, 10 movet quaestionem quod ea ... condici possunt et hic -o quasi plus solutum videtur *eqs.* RVFIN. Adamant. 1, 3 p. 5, 25 principatus ais esse tres et necesse est -o *eqs.* Clement. 3, 30 GREG. TVR. glor. conf. 26 p. 764, 17. *cf.* ? CELS. 6, 6, 39^{B} eorumque (*FV*, -que *om. J*) -o. iam -o: *v. vol. VII 1, 129, 37 sqq. cf. p. 767, 10. 47.* COMM. apol. 433. 787. idcirco -o: MVTIAN. Chrysost. hom. 3, $4^{fin.}$ p. 257 (*gr. p. 33* διὰ τοῦτο). 3, 5 p. $257^{fin.}$ (*gr. p.* $34^{init.}$ ὥστε). ideo -o (*cf. p. 767, 35; cf. Souter, A Study of Ambrosiaster, 1905, p. 72; idem, The Earliest Latin Comm. on the Epist. of St. Paul, 1927, p. 34*): MAR. VICTORIN. in Phil. 2, 6—8 p. 1208^{D} in Eph. 1, 21—23

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1252^C SCHOL. Cic. Gron. D p. 282, 5 St. AMBR. Iob 2, 2, 4 p. 236, 12 AMBROSIAST. in II Cor. 1, 18 p. 279^C in I Tim. 4, 10 p. 474^C MAXIMIN. c. Ambr. 11 PS. AVG. quaest. test. I 37, 2 EVGRAPH. Ter. Andr. 759 BENED. reg. 7, 55. -o ideo (*v. p. 767, 18*): IAVOL. dig. 38, 2, 36. -o igitur: PLAVT. Most. 847 -o intro eo i. Trin. 756 quo pacto -o i. clam dos depromi potest. APVL. met. (*cf. Koziol, Der Stil des Apul., 1872, p. 145*) *17^ies, e. g.*: 1, 5. 2, 18. 28. 3, 19 -o i. iam et ipse possum. CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 111, 9. 3, 11 p. 173, 8. itaque -o (*cf. p. 767, 31*): TER. Eun. 317 i. -o amantur. LIV. 1, 25, 2. 3, 31, 5. 9, 31, 16. 28, 12, 12. 39, 25, 11. TERT. anim. 18 p. 326, 28 i. rursus illum -o ait supersapere, qui *eqs.* (*v. p. 772, 75*). ARNOB. nat. 7, 12 p. 247, 16 ITIN. [Silv.] 2, 3. 5, 1. 10, 2 *al.* nam ... -o (*cf. p. 772, 66*): BOETH. herm. pr. 2, 13 p. 196, 6 (-o *om. TE*). -one: *c.* -ne *affirmativo*: ?AVG. serm. coll. Morin p. 411, 14 unde scis -one *eqs.* CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 33, 3 (*cf. Löfstedt, Eranos 10, 1910, 184*). *c.* ne *interrogativo: v. p. 764, 24. 767, 17. 24. 769, 24. 770, 10. 45.* nec ... -o (*cf. p. 774, 74; aliter p. 763, 31*): LVCR. 3, 969 ut crescant postera saecla, quae tamen omnia te vita perfuncta sequentur; nec minus -o ante haec quam tu cecidere cadentque. VLP. dig. 23, 3, 5, 9 (*interpol.?*) nec videri uxorem marito donasse rectissime -o (*del. Mommsen*) ait, ut *eqs.* nempe -o: PLAVT. Bacch. 689 Most. 491 TER. Andr. 195 PACVV. trag. 376 TERT. adv. Hermog. 37 p. 167, 20 monog. 13 p. 783 Oe. nimirum -o: AVG. civ. 4, 9 p. 156, 29 D. 11, 9 p. 473, 26. nunc -o (*aliter p. 768, 7. 773, 30*): COMM. apol. 29. 435 inst. 2, 17, 9 *al.* QVEROL. p. 6, 19. TER. Hec. 63 -o propterea te sedulo ... moneo (*cf. p. 769, 74*). *cf.* VLP. dig. 30, 49, 4 -o propter hoc. propterea -o: VVLG. Ioh. 5, 18 (διὰ τοῦτο οὖν). RVFIN. apol. Orig. 1 p. 553^C CASSIOD. hist. 1, 17 p. 916^B MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 1 p. 237^fin. (*gr. p. 15^med.* διὰ τοῦτο). 3, 4 p. 257^med. (*om. gr.*). *al.* quare -o: VICTORIN. PETAV. in apoc. 11, 4 p. 102, 10 SORAN. p. 104, 11. qui (*pron. rel.; cf.* igitur *p. 267, 36*): VARRO rust. 3, 12, 5 hos (*lepores*) ... nuper institutum ut saginarent *eqs.* quorum -o tria genera fere sunt: unum Italicum *eqs.* CHIRON 3 cuius (*detractionis*) -o tamen (*cf. infra l. 42*; iam *Buecheler*) rationem protinus reddo. *dub.*: HESYCH. in lev. 19, 35 p. 1040^A VICTOR. Alc. Avit. epist. 16 p. 48, 16. *v. et p. 767, 39.* APVL. apol. 29 utrum ... horum ad suspectandam magian valet? quodne piscatores mihi piscem quaesierunt? scilicet -o phrygionibus aut fabris negotium istud dandum fuisse *eqs.* sed -o (*cf. p. 772, 4. 70*; igitur *p. 271, 67*): ITALA II Cor. 12, 16 (Pelag. in *h. l.* p. 301, 1 S.) sed -o (*om. pars codd.*) esto (*gr.* δέ, VVLG. sed). AMBR. exc. Sat. 1, 78 sed quid -o demoror? -o tamen (*cf. supra l. 34*): ITALA Matth. 17, 26 (cod. e) -o t. liberi sunt isti (ἄρα γε, VVLG. -o). tandem -o (*cf. p. 769, 82*): PETRON. 31, 3 t. -o discubuimus. 52, 5. SIL. 11, 567 deponere curas t. -o bone da victor. PLIN. paneg. 69, 5 HIER. epist. 1, 10, 1. -o tandem: FLOR. Verg. p. 185, 14 AVG. civ. 6, 10 p. 267, 22 D. quid -o t. *eqs.* BENED. reg. prol. 18. tunc -o (*aliter p. 773, 13*): HYG. fab. 166 p. 20, 1. VVLG. Ioh. 19, 1 (τότε οὖν; *sic et* 19, 16 *al.*). ACT. Archel. 8, 3 (τότε τοίνυν).

?**2. ergo,** (-ōnis) *m.* VIRG. gramm. epitom. p. 75, 17 (= gramm. suppl. 201, 17) denique et in latinitate filosophica 'ergum' (*cf. infra l. 67*) affectus dicitur, unde et '-o' sic dicebantur a priscis, qui in sese cunctorum traherent affectum.

[**3. ergo** (*perperam quasi verb.* -āre) *v. p. 758, 67.*] *Rehm.*

ergodota, (-ae) *m.*, ἐργοδότης. *qui opera distribuit* (*de munere nescioquo classiario; cf. Fiebiger PW VI 435, 42 sqq.*): INSCR. Dessau 9219 (*Miseni*) P. Aelio Theagene veterano ex cl. ⟨p⟩r. Misen. militavit -a, vixit annis LVIII m. XI *eqs.*

ergolabus, -ī *m.*, ἐργολάβος. *qui opus faciendum conducit, redemptor operis*: COD. Iust. 4, 59, 2 (1), 1 (*a. 483*) aedificiorum ... artifices vel -i aliorumque diversorum operum professores et balneatores (*cf. et* 4, 59 tit., *restit. ex subscr.*). CORP. X 7363 T. Antonio Psorioni -o. *ad rem v. Thalheim, PW VI 436, 1 sqq.*

ergonārius, (-ī) *m.* *fort. cf. c.* ἐργώνης. GLOSS. Aynardi V 616, 41 cerdonius est [t]ergonarius *eqs.* (*corr. Heraeus in plag.; cf.* erginarius *p. 759, 1*).

ergum, -ī *n.* *vox ficta a gramm.* (*vid. retrograde derivata esse ex partic. q. e.* ergo, -o *pro abl. sg. sumpto [v. l. 77]; c. praep.* 'erga' *componitur l. 81; fort. et analogia vocis gr. q. e.* ἔργον *aliquid attribuit*). *abl. plur.* -is: *l. 83.* *cf.* SERV. Aen. 6, 396 'illius -o' (*v. p. 759, 77*) propter illum ... '-o' ... coniunctio fuit, sed per accentus mutationem in adverbium transiit. et est ... particula, quae habet in fine circumflexum. multi male putant nomen esse indeclinabile et dicunt positum esse pro 'causa' (*inde* GRAMM. suppl. 229, 15 sqq. 'ergo' ut quidam volunt, 'causam' significat, ut 'ergo illius veni' i. 'causa s. veni', a nomine quod antiqui habebant '-um', '-i' i. 'causa', cuius ablativus in usu remansit apud nos et in fine circumflectitur). *fere i. q. affectus (v. l. 80), causa (v. l. 83 sq. et cf. l. 74)*: VIRG. gramm. epitom. p. 75, 17 (= gramm. suppl. 201, 17) in latinitate filosophica -um affectus dicitur, unde et 'ergo' sic dicebantur *eqs.* (*anteced. praep.* erga; *v. l. 68 et cf.* 2. ergo, *supra l. 50*). epist. p. 117, 4 cum ablativus cassus singularis in i finit, sic ex aliis -is genetivus in ium finiri solet (*i. 'causis'; cf. l. 1*). p. 162, 7 cuius rei -um inquirenti (*i. 'causam'*). *v. s.* 1. ergo *p. 759, 35 sqq. 760, 7 sqq.*

erīca *v.* erice.

erīcaeus, -a, -um. *ab* erice (erīcēus *ab* *ἐρίκειος *Heraeus*). *i. q. ab erice oriundus, ex erice factus*: PLIN. nat. 11, 41 tertium genus mellis minime probatum silvestre, quod -um (*R*, erig- *M*; irice- *DF*, erit(h)e- *Ea*) vocant. convehitur *autumno* ..., cum erice (*M*, heri- *F²*; myri- *Rd*, in Africa *sim. rell.*) sola floret *eqs.* (*v. infra l. 23*). PLIN. med. 2, 13 p. 56, 6 -is (hederaceis [-iis] *trad.*) vasis in potione semper utendum est (*cf. Plin. nat. 24, 68* vasa ex ea [*sc.* erice] facta).

II *de iudicio vel incerto vel falso*: **A** *in imaginibus ductis a viatore recti itineris ignaro* (*incertum esse, huc illuc verti, titubare, falsam viam persequi*): PLAVT. Rud. 177 evasit ex aqua *naufraga* ... sed dextrovorsum avorsa it in malam crucem. hem, -bit illaec hodie ... si ad saxum quo capessit ..., errationis fecerit compendium. ENN. scaen. 241 *milites*: imus huc hinc illuc: cum illuc ventum est, ire illuc lubet: incerte -at animus (3, 92 a. aeger semper -at [*v. Vahlen in adnot.*]. LVCR. 3, 463 morbis in corporis avius -at saepe a. SEN. contr. 7, 7, 15). TER. Ad. 579 *Syrus, viam seni describens*: hac pergito .... -avi: in porticum rursum redi. sane hac ... minor est erratio. RHET. Her. 4, 11, 16 qui in mediocre genus orationis profecti sunt, si pervenire eo non potuerunt, -antes perveniunt ad confinii genus eius generis. CIC. Balb. 64 honestius ... illis ducibus -are, quam hoc magistro erudiri. Phil. 12, 7. Brut. 263 quasdam -are in dicendo non patientes vias. leg. 1, 20 *natura* duce -ari nullo pacto potest. ac. 1, 9. 2, 66 eo (*i. rationibus non ad tenue elimatis*) fit, ut -em et vager latius *in opinando*. epist. 5, 20, 6 tot vestigiis impressa, ut in eis -ari non posset. LVCR. 2, 10 (*syn.* palari). 2, 740 procul avius -as (*cf.* 3, 105). *nota* OV. fast. 3, 543 quae ... haec dea sit, quoniam rumoribus -at (*i. incerta est*), fabula proposito nulla tegenda meo. SEN. contr. 1 pr. 4 per omnia studia. *dub.* suas. 5, 1 *Xerxes devictus* -at (haeret *Cornelissen al.*) circa damna sua. SEN. Herc. O. 365 -vit vagus *Hercules per diversos amores*. epist. 45, 1 non per multas *vias* vagetur: non ire istuc, sed -are est. 50, 3 sine duce. 104, 16 (*opp.* peregrinari). *al.* STAT. silv. 2, 2, 132 QVINT. inst. 6, 4, 17. TAC. dial. 10 cum natura ⟨te⟩ tua in ipsam arcem eloquentiae ferat, -are (*sc. poeta, non orator*) mavis. 40 nostra civitas donec -vit (*sc. sine duce modo hoc modo illud secuta*). MIN. FEL. 29, 2 ITALA deut. 11, 27 (Tert. scorp. 2 p. 148, 6). 13, 5 (Cypr. epist. 43, 5) ut -are te faceret a domino (πλανῆσαί σε. VVLG. vos averteret). TERT. apol. 8, 3 nota diligenter, *ubi mater*, ut ... non -es *in tenebris eam captans* (nat. 1, 7 p. 71, 5). CYPR. epist. 30, 2 p. 549, 19 FIRM. math. 2, 30, 10. OPTAT. 7, 1 p. 159, 8 fratres a fratribus -batis. VVLG. Iob 12, 25 -are eos faciet quasi ebrios. psalm. 118, 110 de mandatis tuis. 118, 176 *v. p. 811, 65*. prov. 10, 17. 21, 16 a via doctrinae (sap. 5, 6 veritatis). sap. 12, 24 in erroris via. AVG. civ. 12, 15 p. 533, 11 D. in his circuitibus -antes nec aditum nec exitum inveniunt (*v. psalm. 11, 9* [*cf. ibid.* 12, 14 p. 533, 4]). 19, 23 p. 395, 5 (*ex Porphyrio*) anima ... a sapientia ... abscisa semper -at. conf. 4, 12, 18 cor -vit ab eo (*deo*). COMM. apol. 3 GREG. M. moral. 11, 30. *hinc de hominum actibus, affectibus sim. pro hominibus ipsis*: CIC. de orat. 1, 209 ne vagari et -are cogatur oratio, si *eqs.* 3, 184 oratio ... sic est vere soluta, non ut fugiat tamen aut -et, sed ut. fin. 2, 71 -antem opinionem (*opp.* stabilem conscientiam). Tusc. 5, 36 (*cf. Plat. Menex. 248^a*). nat. deor. 2, 2 non -antem et vagam ..., sed ... stabilem certamque sententiam (MIN. FEL. 16, 1). PANEG. in Mess. 106. OV. am. 2, 10, 9 amor (epist. 16, 191; *opp.* certus ... est. 18, 96. ars 2, 339; *opp.* firmus erit. 3, 436. MART. 12, 96, 8 vagus a thalamis). LIV. 41, 20, 2 animus *Antiochi* per omnia genera vitae -ans (*aliter v. infra l. 66. cf. etiam* FIRM. err. 12, 7. BOETH. herm. sec. 1, 3 p. 74, 27 [*ibid.* vertitur]). GRATT. 115 (*cf.* 114). SEN. benef. 1, 14, 2 *liberalitas* in quantum libet exeat, sed eat, non -et. epist. 114, 3 *eloquentia*. PLIN. nat. 28, 11. QVINT. inst. 12, 2, 20 ignara ... loquacitas -et ..., quae nullos ... duces habeat. FIRM. math. 8, 1, 5 -antibus gressibus ... sempiternis erroribus. VVLG. prov. 14, 8 imprudentia stultorum -ans (*opp.* intellegere). BOETH. arithm. 1, 32 p. 66, 13. *similiter de ipsa natura, variis naturae condicionibus*: LVCR. 3, 676 si tanto opere est animi mutata potestas, ... ut ..., non ... id a leto iam longiter (*Char. et Non.*, -ius *codd.*) -at (*i. abest; cf. Heinze ad h. l.*). OV. fast. 3, 155 -bant ... tempora (*i. fasti*), donec Caesaris ... cura fuit. LIV. 31, 12, 8 -antis ... in alienos fetus naturae (MANIL. 2, 709 in pecudes -at [-ant *al.*] natura [in peius deerrat n. *Housman*]).

B *translate tam de incerto iudicio quam de opinione falsa (non pauca sunt exempla, quae utrum huic an illi significatui addicas dubitari potest)*: **1** *de iudicio incerto, significatione propria circumerrandi adhuc tamquam pellucente (i. q. titubare, in incerto esse, huc illuc dubitantem ferri)*: CIC. carm. frg. 47 ignaris homines in vita mentibus -ant. Brut. 219 ita totus -at, ut in eodem sermone dicat ..., sed ... dicat (*sc. sibi ipse dissentiens*). fin. 5, 63. LVCR. 6, 67 *homines* -antes caeca ratione feruntur. HOR. carm. 1, 34, 3 insanientis dum sapientiae consultus -o. OV. met. 8, 473 Thestias ... dubiis affectibus -at (*v. q. seq.*). fast. 4, 261 obscurae sortis patres ambagibus -ant. 4, 669. SEN. Ag. 144 ubi animus -at, optimum est casum sequi (*cf.* 138 fluctibus variis agor). nat. 6, 5, 2 circa verum adhuc -batur (*supra*: opiniones ... parum exactas). epist. 87, 5 insanitis, -atis, stupetis ad supervacua, *homines*. LVCAN. 8, 804 (*cf.* ADNOT.). TAC. hist. 4, 58 inter recens et vetus sacramentum ... -bitis? FIRM. math. 5, 2, 11 VVLG. apoc. 18, 23. AVG. c. acad. 1, 4, 10 -are est ... semper quaerere, numquam invenire. *similiter de dementia*: PAVL. FEST. p. 187 oblucuviasse dicebant antiqui mente -asse. SEN. nat. 6, 1, 3 *mota mente*. 6, 29, 3 inter bella -avere lymphatici (*supra*: timor ... in dementiam transfert). CALP. decl. 31 p. 27, 22 quasi furiosus. VVLG. Is. 29, 24 -antes spiritu (*cf.* psalm. 94, 10). *sim.* SEN. benef. 5, 6, 3 *Archelaum* regem in luce media -antem (*i. a philosophia alienum*). PLAVT. Mil. 793 *v. p. 813, 11*.

2 *de opinione falsa, quam quis pro veritate sequitur (i. q. non rectum sentire, falli, decipi, perversum amplecti)*: **a** *generatim* (*cf.* AVG. enchir. 17 cum aliud nihil sit -are, quam verum putare, quod falsum est, falsumque, quod verum est, vel certum habere pro incerto, incertumve pro certo *eqs. ibid. alia; cf.* epist. 199, 52): PLAVT. Amph. 975 frustra sunt duo, qui me Amphitruonem rentur

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

esse: -ant probe. Bacch. 473 -as, Lyde: ego omnem rem scio quemadmodumst. tu Pistoclerum falso ... arguis. 677. Capt. 14 ego me tua causa, ne -es, non rupturus sum (957 TER. Andr. 704 LIV. 1, 53, 7 SEN. dial. 7, 22, 3). Cist. 366 Men. 47. 482. Merc. 928 mane, Charine. :: -as, me decipere haud potes. Most. 187 te ... stulte facere. :: quin mone ..., si quid -o. :: (188) tu ... -as, quae ... expectes. *al.* Poen. 733 ibi extemplo leno -bit. :: qua de re? :: ... quia ... dicetur. TER. Andr. 498 (*cf.* 495 se ipsus fallit). 838 Haut. 610 *al.* Eun. 16 (*cf.* 14 ne frustretur ipse se). *nota* 245 tu his rebus credis fieri? tota -as via. TRAG. inc. 125. RHET. Her. 4, 37, 49 -atis et falsa spe ... detinemini. SVEIVS carm. frg. 1, 8 VARRO ling. 7, 11. 9, 8 quod aiunt ..., -ant (erat *cod.*). 9, 43 *al.* Men. 418. CIC. inv. 1, 74 ambiguitate nominis videntur -are. 2, 47 S. Rosc. 128 Q. Rosc. 43 Verr. II 1, 82 *al.* Font. 2 utrum ipse -et an vos in errorem inducere velit. Cael. 14 (*ibid.* error). 32 cum istius mulieris viro — fratre volui dicere; semper hic -o. har. resp. 41 ut prudentes -rent. Pis. 58 Planc. 41 *al.* Phil. 8, 16; *opp.* videre. 12, 1 falli, decipi, -are eum, cui. 12, 5 (*opp.* perseverare in errore. *sim.* HIER. epist. 57, 12, 3 adv. Rufin. 3, 36 AVG. serm. 164, 10, 14. *cf.* CIC. epist. 10, 20, 2 *et Otto, Sprichw. p. 165 n. 821*). *nota* de orat. 1, 179 Buculeius ... simili in re quodam modo ... -vit (*i. se decipi passus est;* in re *del. aliq.*). 2, 77 *al.* orat. 42 una cum Socrate et cum Platone -are (-are cum *aliquo*: CIC. Tusc. 1, 39 -are ... malo cum Platone ... quam cum istis vera sentire. Att. 6, 1, 18 PLIN. epist. 5, 3, 4 HIER. epist. 3, 1, 2 *al.* APVL. apol. 89 *v. infra l. 48*). fin. 4, 57 si aut res ignoratur aut -atur in nomine. nat. deor. 2, 12 in his (*signis interpretandis*) si qui -verunt, ... hominum coniectura peccavit. div. 1, 35 *Etruscam* gentem in fulgoribus -are (*opp.* fallaciter portenta interpretari). 1, 53 (*opp.* alios vult -are). off. 1, 18 labi ..., -are, nescire, decipi (1, 94). Att. 9, 13, 6 de Lanuvino Phameae -vi; Troianum somniaveram. epist. 3, 10, 9. 10, 20, 2 (*opp.* decipi). ad Q. fr. 3, 8, 3. LVCR. 1, 332 -antem dubitare (*opp.* cognosse). CAES. Gall. 5, 41, 5 *al.* HOR. sat. 1, 3, 41 in amicitia sic (*cf. ibid.* 39 decipiunt. PORPH. errorem ... pateremur vitia illorum non intellegentes). epist. 2, 1, 65 *volgus* (*opp.* sapit). PRIAP. 15, 6 PROP. 2, 15, 29. OV. am. 3, 14, 29 sine nescius -em (met. 14, 131 *al.*). trist. 2, 277. LIV. 3, 71, 3. 8, 16, 5. 9, 15, 11 *al.* VITR. 1, 1, 15 *al.* SEN. contr. 7, 1, 5 facile -amus homines. CELS. 5, 28, 17 B in temporibus. SEN. Thy. 306 *al.* dial. 3, 14, 2 non est ... prudentis -antis odisse (*v. quae praecedunt*). 4, 10, 1 necessitas -andi (*opp.* errorum amor). 12, 9, 8 -as: non perdidit lucem (epist. 21, 2). nat. 2, 45, 2. CVRT. 3, 12, 17 *al.* COLVM. 3, 3, 7. 4, 11, 1 PLIN. nat. 3, 17. 4, 115 STAT. Theb. 8, 452 silv. 1, 2, 120 MART. 4, 80, 5 *al.* QVINT. inst. 2, 17, 28 imperiti ... iudicant et qui ... in hoc ipsum fallendi sint, ne -ent. 6, 3, 112 in quibus ut -verim, legentes tamen non decepi. decl. 280 p. 144, 2 *al.* TAC. Germ. 22. hist. 1, 35 consensu -antium. PLIN. epist. 8, 14, 1 *al.* IMPP. Sev. et Antonin. Paul. dig. 22, 6, 9, 5. IAVOL. dig. 24, 3, 66, 4 *et al.* Icti. *nota* POMPON. dig. 39, 3, 20 si non per errorem aut imperitiam deceptus fuerit: nulla enim voluntas -antis est. APVL. apol. 19. *nota lusum sane frigidum* 89 decem annos cum Vlixe (*i. sicut V.*) -vit *accusator*. MIN. FEL. 22, 10 TERT. spect. 20 p. 21, 21 anim. 4 p. 303, 29. adv. Val. 2 p. 178, 21 (*syn.* peius sapere, *opp.* fallere). ITALA Matth. 24, 24 (cod. e) ut -ent ... etiam electi (πλανῆσαι [*cf.* GLOSS. II 408, 42 πλανῶ: -o]. VVLG. in errorem inducantur). PORPH. Hor. epist. 2, 1, 237 (*opp.* diligentem esse). SPART. Hadr. 20, 9 ut nomenclatores ... -antes emendarit. LACT. inst. 1, 11, 38 (*opp.* viderunt ... verum). FIRM. err. 6, 8 AVSON. 61, 1 *al.* AMM. 23, 5, 11 HIER. epist. 57, 12, 3. VVLG. Iob 34, 32 *al.* AVG. civ. 2, 7 p. 60, 27 D. *de philosophis.* 14, 11 p. 29, 33 credulum ... -ando ... decipi. epist. 199, 52 c. acad. 2, 5, 11. 3, 16, 35 non fortasse omnis qui -at peccat (*v. quae seq.*). BOETH. mus. 5, 2 p. 353, 6 (*opp.* vere atque integre aestimat. *ibid. l.* 8 integre iudicasset).

b *speciatim apud scriptores eccles. de paganis et de haereticis, i. q. dogmata falsa vel superstitionem ethnicam sequi. quod ad haeresin attinet, videtur haec significatio tracta maxime a parabola ovis erraticae, de qua vide* VVLG. Matth. 18, 12. 13 ITALA Ezech. 34, 4 (Cypr. epist. 57, 4). VVLG. Is. 53, 6. *adde* VVLG. psalm. 118, 176 -vi sicut ovis quae periit (ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός). I Petr. 2, 25. TERT. pudic. 7 p. 231, 8 pastor bonus Christus et ideo Christianus in ove intelligendus, qui ab ecclesiae grege -verit. CYPR. epist. 45, 3 p. 602, 20 (*app.* balabundus. 49, 2 p. 611, 3; *app.* palabundus). HIER. epist. 11, 3. 21, 38, 1 RVFIN. Adamant. 1, 26 AVG. un. eccl. 12, 32. bapt. 6, 1, 1 foris -bat. epist. 93, 10. *generaliter*: TERT. pudic. 7 p. 231, 15 quis magis perit a deo quam ethnicus, quamdiu -atur (-at *Gelen., edd.*). CYPR. domin. orat. 1 p. 267, 11 in tenebris mortis -antes caeci. FIRM. err. 2, 7 -antibus hominibus (*sc. cultu Osyridis*) et simpliciter peccare cupientibus. 2, 8 *al.* HIL. ad Const. 2, 5, 1 incerto ... doctrinarum vento vagamur et aut dum docemus, perturbamus, aut dum docemur, -amus. OPTAT. 1, 11 p. 14, 5. FILASTR. 9, 1 (*opp.* bene sentire). 92, 2 *al.* 125, 3 (*syn.* a veritate dissentire). HIER. epist. 61, 2, 1 Origenes haereticus ... -vit de resurrectione corporis, -vit de animarum statu *eqs.* VVLG. sap. 11, 16 (πλανηθέντες. *cf.* 11, 17 peccat). I Tim. 6, 10 -verunt a fide. II Tim. 3, 13 seductores ... -antes et in errorem mittentes. Tit. 3, 3 eramus ... insipientes, increduli, -antes. AVG. civ. 8, 24 p. 359, 20 D. animi -antis atque infidelis a divina religione aversionem (*ibid.* p. 361, 9 *v. p. 812, 5*).

serm. 164, 10, 14 humanum fuit -are, diabolicum est ... in errore manere. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 132, 9 in qua (*haeresi*) ante -bam. *sic partic.* -ans *pro haeretico*: LVCIF. non conv. 15 haereses omnium vestrorum -antium. Athan. 1, 29 HIER. epist. 62, 2, 1. AVG. civ. 8, 24 p. 361, 9 D. ab -antibus et incredulis et a cultu divinae religionis aversis (*opp.* a prudentibus et fidelibus et religiosis. *cf.* p. 362, 1 *al.*). vera relig. 6, 10 *al.* CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 144, 14. *sim. saepius.*

ad **a** *et* **b**: *res pro subi.*: *subiciuntur personis ipsis*: PROP. 3, 14, 27 nec Tyriae vestes -antia lumina fallunt. PETRON. 128, 6 cum somnia ludunt -antes oculos. *aliter de oculis: v. p. 808, 31 sqq.* MART. 1, 21, 8 maior deceptae ... est ... gloria dextrae (*sc. Mucii*): si non -asset, fecerat illa minus. HIER. epist. 3, 1, 2 illud os (*Rufini*), quod mecum vel -vit aliquando vel sapuit. VVLG. prov. 16, 10 in iudicio non -bit os *regis*. OV. fast. 1, 468 ipsa (*Carmentis*) ... proposito ... fave, ne tuus -et honor. MANIL. 3, 389 ne falsus dubia ratione horoscopos -et. SEN. epist. 71, 3 -ant consilia nostra quia non habent, quo derigantur (*sc. ut sagitta*). QVINT. inst. 2, 21, 2 opinio non qualitate, sed modo -vit. TAC. Agr. 9 fama. TERT. apol. 4, 5 lex tua. HIER. epist. 61, 3, 4 iudicium. AVG. civ. 16, 8 p. 137, 22 D. serm. 225, 2, 3 MART. CAP. 8, 832. -ans *i. q. falsus, perversus*: VITR. 7, 5, 7 corrigeret hanc amentiam tectoriorumque -antia instituta. FIRM. math. 6, 40, 3 -antium tractatuum. BOETH. mus. 5, 3 p. 354, 11 sensum. *singulariter de re corporali*: CORP. VIII 2728, 25 apparuit fossuras a rigorem (*sic*) -asse adeo, ut *eqs.* *infra*: duo ... partes relicto rigore -bant. *subiciuntur res tamquam personae*: SEN. dial. 7, 24, 3 *pecunia* ita defatigata -at, ut *eqs.* AVG. civ. 22, 11 p. 585, 17 D.

3 *de perperam factis e falsa ratione natis; hinc etiam de culpa leviore absque dolo malo commissa, i. q. peccare, delinquere* (*saepius distinguere nequeas utrum verbum magis ad solam opinionem an ad actionem pertineat; itaque et sub 2 sunt, quae hic inserere licebit*): PLAVT. Most. 188 *v. p. 811, 6.* Trin. 666 scio te sponte non tuapte -asse, sed amorem tibi pectus opscurasse. MET. MAC. or. frg. Gell. 1, 6, 2 parentes, si pergunt liberi -are, bonis exheredant. VERS. auct. inc. Rhet. Her. 2, 25, 39 -vi; post cognovi et fugio cognitum. VARRO rust. 3, 9, 11 qui, ut hoc intellegant, concutiant *ova*, -are, quod ... confundant. CIC. Flacc. 25 in quo, etiam si quid -asset, omnes boni conivendum esse arbitrarentur. Lig. 30 ignoscite, iudices: -vit, lapsus est, non putavit. *ibid.* -vi⟨t⟩, temere feci⟨t⟩, paenitet. epist. 14, 4, 1. MAT. Cic. epist. 11, 28, 5 -are cum excusatione. SALL. Iug. 104, 4 *legati* -asse regem et Iugurthae scelere lapsum deprecati sunt. TIB. 1, 4, 27. OV. epist. 16, 49 illa (*Leda*) bene -vit vitiumque auctore (*Iove*) redemit (16, 50 culpa). EPICED. Drusi 49. LIV. 10, 11, 12 Lucano populo satis superque -tum. 24, 8, 2 cum ... numquam ab ullo duce sine ingenti nostra clade -tum sit. SEN. contr. 10, 2, 7 ignosce ..., -vi. PHAEDR. 3 pr. 45 SEN. Herc. O. 888 (*cf.* 885). Phoen. 515 benef. 6, 8, 4 dial. 4, 10, 3. 4, 28, 8. 6, 10, 6 poenis. epist. 81, 17. 114, 21 QVINT. inst. 1, 1, 32. 11, 2, 38 *in lusu duodecim scriptorum.* decl. 286 p. 152, 23 FRONTIN. aq. 130. TAC. ann. 2, 8 -tum in eo quod non subvexit ... militem. hist. 1, 18 PLIN. epist. 1, 20, 15 CALP. decl. 18 p. 17, 17 *al.* ITALA Ezech. 33, 12 (Ps. Cypr. ad Novat. 13) iustitia iusti non liberabit eum in die qua -verit (πλανηθῇ. VVLG. peccaverit). TERT. anim. 3 p. 303, 10 -vit ... Christus piscatores ... emittens (*antecedit*: deliquit ... divina doctrina ... oriens). GALLICAN. Avid. 5, 6. VOPISC. Aurelian. 41, 2 qui vel -arunt vel male fecerunt. FIRM. math. 6, 9, 9 peccatorum genere. AVR. VICT. Caes. 13, 9 (*opp.* recte agere). OPTAT. 2, 2 p. 36, 11 scientem -are peccatum est. 2, 5 p. 40, 4 VEG. mil. 3, 9 p. 89, 4 VVLG. num. 5, 12 *al.* AVG. civ. 1, 26 p. 41, 22 D. *part.* -ans: CIC. Att. 1, 5, 2 *fratrem* obiurgarem ut -antem. CAES. civ. 3, 57, 3 -antem *Pompeium* regere. SALL. Iug. 102, 5 pariter te -antem atque illum sceleratissimum persequi. SEN. dial. 3, 16, 1 coercitionem -antium sceleratorumque. PLIN. epist. 1, 10, 7 insectatur vitia, non homines, nec castigat -antes, sed emendat. PAVL. dig. 23, 2, 68 palam delinquentes ut -antes ... excusantur, clam committentes ut contumaces plectuntur. TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 357, 26. FIRM. math. 6, 26, 6 (*de adulterio*:) mariti -antis peccata. err. 8, 5 p. 25, 15 lapsos erigat, ... -antes corrigat. AMM. 22, 10, 6 -ans aliquotiens *Iulianus*. VEG. mil. 3, 10 p. 90, 18 nulli -antium ... ignoscere (*ibid.* culpas militares). ROMVL. fab. Aesop. 27, 11 rectorem qui -antes corrigeret (*cf.* PHAEDR. 1, 2, 12 qui dissolutos mores vi compesceret). COD. Theod. 16, 5, 54 (*a. 414*). 16, 7, 4, 1 (*a. 391*); *opp.* perditi. PROSP. epigr. 67, 4 naturam -antum dividere a vitiis. *res pro subi.*: STAT. Theb. 1, 690 nostro ... sanguine multum -vit pietas nec culpa nepotibus obstat. VEG. mil. 3, 8 p. 84, 7 opus ... centuriones ... metiuntur, ne minus foderit aut -verit alicuius ignavia. AVG. civ. 21, 17 p. 521, 27 D. -ans *i. culpabilis*: FIRM. math. 1, 2, 7 -antis animi vitia (6, 37, 1). 3, 1, 13 *al.*

syntactica: -are *transitive*: *de loco* (*pererrare, pervagari, lustrare*): PRISC. gramm. II 561, 17 '-tus' *inter* participia quorum quamvis deficiant verba in usu, ratio tamen analogiae quod dici possunt ostendit (*exemplo Vergiliano, Aen. 3, 691, addito*). VERG. Aen. 3, 691 relegens -ta retrorsus litora Achaemenides (*cf.* SERV. *ad l.*). OV. fast. 3, 655 -tis laeti vescuntur in agris. 4, 573 VAL. FL. 4, 446. ANTH. 291, 4 roscidi ... amnis -ans (*piscis*) hinc et inde margines (-e *edd.; sed cf. Stowasser, Wien. Stud. 32, 1910, 98*). PAVL.

[*Hey*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

NOL. carm. 16, 21. *obscurius* ITALA prov. 9, 12 (Cypr. sent. episc. 5) semitas . . . agelli sui -vit *stultus* (τοὺς . . . ἄξονας τοῦ ἰδίου γεωργίου πεπλάνηται, *quod interpretatur H. Stephanus in Thes. l. gr.: 'a sulcis suae segetis aberravit'. an: vias per proprium fundum non novit? deest in* VVLG.). *de falsa opinione, peccato*: GELL. 10, 16 tit. errores . . . in Romana historia -tos. TERT. praescr. 28, 3 HIER. epist. 130, 15, 2. si quid -o *et sim.*: PLAVT. Epid. 577 scio quid -es. Most. 187 si quid -o. TER. Andr. 498 VARRO ling. 9, 9 CIC. Flacc. 25 SEN. epist. 66, 52 *al.* *cum infinitivo* (*i. q. falso putare*): COMM. apol. 55 unde nunc -atur, ordinasse talia Summum. 773 instr. 2, 33, 2. *c. quaestione obliqua* (*i. q. incertus sum*): PLAVT. Mil. 793 -o, quam insistas viam (*cf. Langen, Plaut. Stud. p. 328*). *nota iuncturam* errare facere *pro decipere, fallere: p. 809, 38. 810, 23. 27. sim.* in errorem mittere: *p. 811, 82.*

ad II: accedunt adverbia, ut: PLAVT. Amph. 975 probe. Most. 952 perverse. TER. Ad. 65 longe. CIC. Verr. II 3, 159 (*al.*) vehementer. de orat. 2, 83 valde. LVCR. 3, 105 magnopere. SALL. Iug. 85, 37 procul. SEN. dial. 10, 7, 1 speciose. MART. 7, 31, 7 diligenter. QVINT. inst. 2, 5, 26 tutius. *ad I et II: status errantis per adi. designatur*: CIC. Cluent. 175 vagus. LVCR. 2, 740 (*al.*) avius. 3, 103 diversus. OV. am. 3, 14, 24 nescius. met. 14, 422 vesana. MANIL. 3, 389 falsus. *al.*

deriv.: errabilis, -bundus, -ntia, -tic(i)us, -tilis, -tio, -tor (-trix), -tus. erro *subst.*, errolus, erroneus, error.

compos.: ab-, ad-, circum-, co-, de-, ex-, in-, inter-, ob-, per-, suberrare. inerrans.

part. perf. pass. neutr. pro subst. ***errātum**, -ī. GLOSS.[L] I Ansil. ER 32 -a errores, ut illud: et sua -a emendent. *i. q. error, peccatum*: I *de intellectu et arte* (*falsa opinio, perversitas*): RHET. Her. 2, 30, 48 -um iudic[i]um corrigere. CIC. har. resp. 23 ludi sunt non rite facti eaque -a expiantur. fin. 1, 28 Democriti -a ab Epicuro reprehensa et correcta. nat. deor. 1, 31. div. 1, 33 confessione -i (*sc. tabernaculi in augurio vitio capti*). Att. 6, 1, 17 -um fabrile *in subscriptione imaginis.* 6, 1, 18. 13, 44, 3 quod appelletur L. Corfidius..., -um esse meum, sed, ut aiunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα. 16, 6, 4. epist. 5, 20, 8 (*ibid.* peccatum). RVT. LVP. 2, 18 vitium aut -um *iudicis* . . . reprehendendum. GELL. 2, 16, 8 *grammatici* quasi -um (*ibid.* error). 6, 2, 1 turpe -um. AMM. 22, 7, 2 -o obnoxium.

II *de moribus* (*i. q. peccatum, culpa*): PLAVT. Trin. 649 te hoc pacto credis posse optegere -a (*cf.* 647 culpa. 639 mens officio migrat). RHET. Her. 4, 36, 48 eos . . . aliquo in -o vere reprehendere (*cf. infra*: id tribuite vestrae culpae). 4, 37, 49. CIC. inv. 1, 84 ab -o recedet. Verr. II 4, 40 ab . . . minimi -i suspicione remotissimum (*opp.* facinus). Cluent. 133 nullam . . . ob turpitudinem, nullum ob totius vitae non dicam vitium, sed -um. leg. agr. 2, 5 -o nulla venia, recte facto exigua laus . . . proponitur (*sim.* Cael. 43). Sulla 64 -o . . . communi. Lig. 1. Tusc. 5, 62 se . . . inretierat -is. epist. frg. 7, 1 tolerabile -um. CIC. fil. Cic. epist. 16, 21, 2 -a aetatis meae. SALL. Iug. 102, 10 quo facilius -a officiis superes. PROP. 1, 9, 33 OV. Pont. 2, 3, 66 ITIN. Alex. 38. IVVENC. 3, 433 fratri -a remittat (*cf.* VVLG. Matth. 18, 21). AMM. 14, 11, 7. 19, 12, 9 nec peccatum pietati (-ari *Langen*) dederat nec -um. 28, 4, 6. 30, 9, 1 levia puniret -a. AVG. serm. 47, 6, 7 in conscientia -i atque peccati. COD. Theod. 9, 13, 1 (= Iust. 9, 15, 11; *ca. a. 370*). AVELL. p. 89, 1 (*opp.* recte facta, *syn.* error). SIDON. epist. 8, 11, 4 veniabilibus -is. EVGIPP. Sev. 2, 1 *al.* *de falsis dogmatibus*: AVG. retract. 1 pr. 1 mea -a reprehendo. 1 pr. 3. c. Pelag. 21, 45 confessionem praeterita -a damnantem. CONST. Sirmond. 6 p. 912, 17 (*a. 425*) nisi . . . -a correxerint seseque catholicae fidei reddiderint. *de bestiae peccato*: SVLP. SEV. dial. 1, 14, 7 *lupa* pudorem gessit -i (*ibid.* furti crimen. 1, 14, 3 perpetrato scelere. 1, 14, 4 audacis facti).

structura verbalis: FRONTO p. 215, 7 N. -is neglegentiā venia paratior datur.

comp.: inerratum.

***2. erro**, -ōnis *comm.* *ab* errare. SCHOL. Hor. sat. 2, 7, 113 hic -o sicut popino vel ganeo. *fem. v. infra l. 66 et p. 814, 12 sqq.*

I *adiective substantivo additum*: VARRO (*ex Nigid.*) Gell. 3, 10, 2 stellas . . . -es (*v. p. 805, 27.* GELL. 14, 1, 11). *ex coni.* SEN. nat. 7, 21, 4 -bus (omnibus *codd., corr. Gercke*) . . . stellis . . . cursus est . . . contrarius mundo. COLVM. 9, 10, 3 quadam compede retinebimus -em ducem (*i. regem apium*).

II *substantive*: A *masc.*: 1 *de personis errantibus*: a *in re militari, fere i. q. emansor: latiore sensu* DIRAE 70 nec nostros servire sinant -bus (erroribus *codd.*) agros (*de militibus veteranis, quibus agri assignabantur*). *translate de amore*: TIB. 2, 6, 6 -em *Macrum* sub tua signa voca, *Amor. sim.* EPIST. Sapph. 53 vos, *Nisiades*, -em *Phaonem* tellure remittite vestra. b *in vita servili*: *proprie*: VLP. dig. 21, 1, 17, 14 -em ita definit Labeo: pusillum fugitivum esse, et ex diverso fugitivum magnum -em esse. sed proprie -em sic definimus: qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur et temporibus in res nugatorias consumptis serius domum redit. TRYPH. dig. 50, 16, 225. SEN. contr. 7, 6, 23 fugitivum, -em non esse *servum, de quo agitur. sim. ibid. infra.* EDICT. aed. cur. Gell. 4, 2, 1. POMPON. dig. 21, 2, 16, 2 sanum esse *servum*, -em non esse. 24, 1, 31, 5 fugitivum aut -em. MEN. dig. 49, 16, 4, 14 (*opp.* desertio *et* fugitivus). VLP. dig. 11, 3, 1, 5 amator . . . vel -o *servus.* 21, 1, 25, 6 aleator . . . vel vinarius vel -o. COD. Iust. 4, 49, 14 (*a. 294*). *al. v. vol. VI 1, 1496, 36 sqq.* *translationes*: HOR. sat. 2, 7, 113 teque ipsum vitas fugitivus et -o (*cf.* 2, 7, 115 fugacem. SCHOL. -es dicuntur qui inopes sunt consilii).

c *latiore sensu de quovis vagabundo*: HYMN. Ambr. I 1, 11 hoc (*gallo praecone diei*) . . . omnis -um chorus vias nocendi deserit. AVELL. p. 330, 8 quicumque . . . episcopus aut presbyter sive . . . clericus sine nostra epistola venerit . . ., similis erro⟨ni⟩ iudicetur. 2 *de bestiis*: COLVM. 9, 10, 3 *v. p. 813, 68.* POMPON. dig. 21, 1, 64, 2 *Labeo* ait errare et fugere iumentum posse nec tamen -em aut fugitivum esse agi posse. 3 *de re*: PLIN. epist. 2, 10, 3 hos (*versus tuos*) nisi retrahis in corpus, quandoque ut -es aliquem cuius dicantur invenient.

B *fem.*: *de serva*: TAB. cer. Dac. (Corp. III p. 937) 7 puellam sanam esse, a furtis nox⌊isque⌋ (-aque *ext.*) solutam, fugit⌊ivam⌋ (-ium *int.*) -em non esse. *de energumena?*: VITAE patr. 5, 18, 19 virgo stultam esse ac daemonem se habere simulabat. quae usque adeo ab omnibus aliis pro -e (*Salonius*, errore *trad.*) habebatur, ita ut nec cibum quidem cum ea caperent (*cf. gr. p. 98, 3 B.*).

errolus, -ī *m.* *ab* errare. *qui errat*: EVAGR. alterc. p. 45, 13 ut rem manifestam -us (*C*, errulus *R*, errollus *V. cf.* ἐρρούλλους LYD. mens. 4, 110. *an* errullus *ut* homullus?) non intellegas. *cf. ?* errusalus (LYD. *ibid.* ἐρρουσάλους *i.* ἐρρούλους?).

***errōneus**, -a, -um. *ab* erro, -onis. erraneus: GLOSS. IV 508, 50 *al.* GLOSS.[L] I Ansil. ER 4 *v. l. 24.* FVLG. aet. mund. p. 141, 20 *codd. praeter S.* GLOSS. ἀλήτης, πλάνος. -i: errantes. GLOSS.[L] I Ansil. ER 4 errabunda bovis: erranea vacca. [*dub. trad.* SEN. benef. 6, 11, 2 *puer* vagus atque -us (*sic G*, error *rell.*, erro *vg.*) vernaculis congregatur.] NOT. Tir. 90, 76[a].

I *de loco* (*vagus, vagabundus*): A *de hominibus*: SEN. benef. 6, 11, 2? (*v. supra l. 25*). ITALA Sirach 26, 8 (Ps. Aug. spec. 52 p. 527, 5) mulier ebriosa et -a (*deest LXX et* VVLG.). FVLG. aet. mund. p. 141, 20 *Abraham* iubetur . . . -aneus quaeritare, quae non novit. LEO M. epist. 42 p. 16, 12 Petronianum quemdam vagum et semper -um . . . ecclesias circuire. B *de bestiis*: COLVM. 7, 12, 5 *canes* vigilantes . . . nec -i, sed assidui et circumspecti *eqs.* GLOSS.[L] I Ansil. ER 4 *v. supra l. 24.* ovis -a *proprie et translate* (*de peccatore vel haeretico*): TERT. patient. 12 p. 19, 5 -am ovem patientia pastoris requirit. HIER. tract. in psalm. 143 p. 280, 27 adv. Iovin. 2, 23. in Is. 40, 9 *sqq.* p. 485 ovem -am et a grege solito remanentem. in Matth. 15, 24 (*ad*: missus . . . ad oves, quae perierunt domus Israel). *al.* C *de rebus*: APVL. Plat. 1, 10 stellas, quas nos non recte -as et vagas dicimus. AVG. serm. ed. Mai 1, 1 unda . . . -is lapsibus fugitiva.

II *de falsa opinione*: A *de hominibus errantibus, maxime de haereticis*: LVCIF. Athan. 1, 41 se fuisse filium irae -um, quando . . . negabat . . . dei filium. RVFIN. Ios. antiq. 8, 8 p. 238 ossa . . . horum populorum seducentium et -orum et impiorum (*gr. 8, 232* τῶν λαοπλάνων τούτων καὶ ἀπατεώνων καὶ ἀσεβῶν). MAR. MERC. contrad. 1, 5 magister -us (*Nestorius haereticus*). CHROMAT. beat. 8 mundanis hominibus et -is. VINCENT. LER. 31, 6 *ecclesia* ignaros -osque doctores secuta. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 100, 1. I 5 p. 72, 5 magister. CASSIOD. hist. 6, 36 *imperatorem* -um (τὸν ἀλάστορα). *ibid.* 6, 44 de isto . . . -o (*sc. filio in haeresin demerso.* τοῦ ἀλάστορος). NICET. symb. 4 p. 42, 29 quidam -i (errant *al.*, erranei?) haeretici . . . dicunt. *al.* CASSIOD. in psalm. 131, 5 *viduam* (*i. ecclesiam*) fecit . . . de -a rectam. *subst.* CONC.[S] I 3 p. 147, 6 maligni et -i. QVODV. adv. haer. Migne 42, 1114[med.] B *de daemonibus in errorem inducentibus*: HIER. in Zach. 10, 1 p. 871 *haeretici* attendunt spiritibus -is. CASSIOD. hist. 7, 35 daemon quidam -us (δαίμων τις ἀλάστωρ). 12, 9 *al.* C *de incorporalibus*: CONC.[S] I 2 p. 75, 32 -as dimisit voces contra . . . Christum (ἀλιτηρίους). SIDON. epist. 5, 11, 1 dilectionis . . . -us aut fortuitus affectus.

errōnicus, -a, -um. *ab* erro, -onis. GLOSS. III 335, 49 πλάνος.

***error**, -ōris *m.* *ab* errare (GRAMM. suppl. 74, 12. VARRO ling. 6, 96 ab ἔρρειν). 'per duas r': GRAMM. suppl. 297, 22. *masc.*: DVB. NOM. gramm. V 578, 9. *fem.*: SERM. Arrian. 17 p. 626[A] *schedae.* GREG. TVR. virt. Iul. 32 p. 578, 6. *plur. non ante aetatem Cic. occurrit* (CIC. de orat. 2, 30 fin. 1, 14 ac. 2, 45 *al.* CATVLL. 63, 18 LVCR. 4, 996 VERG. Aen. 1, 755 *al.* HOR. epist. 2, 1, 212. *inde saepius*). *de significatione*: AVG. c. acad. 1, 4, 11 -r mihi videtur falsi pro vero approbatio (*cf. sub* erro, *p. 810, 81*). lib. arb. 2, 9, 26 -r est . . . cum sequimur aliquid, quod non ad id ducit, quo volumus pervenire. trin. 9, 11, 16 -r . . . est pro alio alterius approbatio. *cf. etiam* PS. PROSP. carm. de prov. 561. CASSIOD. in psalm. 1, 1 tribus . . . modis provenire constat -es: cogitatione, facto et dicto. CHAR. gramm. p. 398, 25 B. *v. s.* erratio. p. 451, 13 πλάνη (*sic gloss. passim*). SYNON. Cic. Char. gramm. p. 440, 28 B. peccatum. culpa. crimen. vitia. -r. DON. Ter. Ad. 580. *v. p. 806, 33.* *floruit per totam latinitatem.* [*corrupte traditur*: DIRAE 70 (*v. p. 813, 71*). FIRM. math. 1, 7, 5. *dub. trad.*: PACVV. trag. 275 *et* ACC. trag. 349 *v. vol. I 953, 60 et p. 816, 31 sq.* CIC. Sest. 22. Att. 7, 12, 2? (*v. p. 816, 35*). PETRON. 93, 1. *loco mutilo*: AVR. Fronto p. 49, 30 N. COMM. instr. 1, 8, 6. *corrupto*: CAPITOL. Aur. 16, 4. *interdum in* terror *corruptum est, ut* CIC. Brut. 7 LVCR. 4, 996 OV. met. 14, 484 LIV. 21, 35, 4 *al.*]

I *de corpore et loco*: A *de animantibus* (*vagatio, maxime propter ignorationem viae vel inopiam certae sedis*): 1 *de homini-*

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bus: *proprie*: PLAVT. Rud. 215 *v. p. 816, 29.* CIC. Verr. II 1, 48 Latonam ex longo -e et fuga ... confugisse Delum. II 4, 108 in illo -e *Cereris.* off. 1, 113 in illo -e diuturno *Vlixis.* CATVLL. 63, 18 citatis -bus *Gallorum.* VERG. Aen. 1, 755 casus ... tuorum -esque tuos. 6, 532 pelagi ... -bus actus *Aeneas* (OV. epist. 2, 107 met. 4, 567 trist. 4, 10, 109. VELL. 1, 4, 4 longissimis ... acti -bus). 7, 199 sive -e viae seu tempestatibus acti. TIB. 1, 4, 69. PANEG. in Mess. 78 finis ... -is miseri Phaeacia tellus. PRIAP. 68, 19 -r fallentis Vlixei. *nota* PROP. 1, 20, 15 quae miser ignotis -r perpessus in oris Herculis ... fleverat (*i. quae ... in misero -e H. fleverat; cf. Rothstein ad l.*). 2, 14, 3 OV. epist. 15, 39. met. 2, 79 ut ... viam teneas, *Phaethon*, nulloque -e traharis. 14, 484. fast. 3, 555 diffugiunt ..., quo quemque agit -r (*cf.* 556 vagantur). LIV. 1, 1, 5 ab immenso ... -e. 1, 1, 10 finiendi -is. 21, 35, 4 per invia ... et -es (terr- *codd.*). 23, 17, 6. 33, 7, 2 -e nocturno (43, 10, 4). 44, 43, 4. MANIL. 2, 4 ducis (*Vlixis*). SEN. contr. 2, 7, 8. SEN. Tro. 563 -e avio ... arva lustras. dial. 11, 7, 3 longo -e iactati. LVCAN. 5, 126 Phemonoen -e vagam ... corripuit. 8, 5 implicitas ... -e vias (*ibid.* incerta fugae vestigia. *cf. infra l. 26 et 51*). PETRON. 79, 4. VAL. FL. 3, 579 *Hylae.* 5, 574 Alciden infando -e relictum. SIL. 15, 619 actas -e vias. STAT. Theb. 1, 230 -es ... feros nemorum (*Athamantis, v.* SCHOL.). 11, 378 tua (*Polynicis*) ... exilia -esque fleo. TAC. Germ. 3 longo ... et fabuloso -e *Vlixis.* hist. 3, 84 fessus misero -e *Vitellius.* ann. 13, 56 *Ampsivariorum.* APVL. met. 9, 11 ut ... mea recalcans vestigia vagarer -e certo (*cf.* 4, 12). MIN. FEL. 23, 2 *de Cerere.* TERT. anim. 2 p. 300, 23 CYPR. unit. eccl. 3 p. 211, 19. *in imagine* PANEG. 12 (2), 7, 4. 12 (2), 38, 1 *Maximus* ipsos viae implicabat -es (*cf. ibid.* ancipite ambage). ARNOB. nat. 5, 25. IVST. 22, 8, 10 noctis -e. AVSON. 453, 2 (457, 2 in multiplici -e). AMM. 14, 8, 3. 27, 4, 13 (*Aeneae*). CLAVD. carm. min. 27, 107 Phaethonteis -bus. 28, 624. COD. Theod. 10, 19, 7 (*a. 370*) qui ibidem auri metallum vago -e sectantur. ENNOD. dict. 24, 3 p. 498, 15 -em *Diomedis.* CORIPP. Ioh. 1, 278 nocturnus ... -r. *sim. de exercitu*: LVCAN. 7, 546 quod (*bellum vel robur*) totos -e vago perfuderat agros. *de navibus*: BELL. Afr. 7, 4 navium -em. 11, 1. *metonymice de labyrinthi ambagibus utpote -em ingressis facientibus*: CATVLL. 64, 115 tecti ... inobservabilis -r (*cf. ibid.* labyrintheis e flexibus). VERG. Aen. 5, 591 indeprensus et inremeabilis -r. 6, 27 inextricabilis. OV. met. 8, 161 *et* 167 *v. p. 817, 20. 22.* MELA 1, 56 *labyrinthus* magno et explicabili ... -e perplexus. PLIN. nat. 36, 85. 36, 87 viarum illum inexplicabilem -em. ENNOD. carm. 1, 1, 33 artificis laudandus -r. *hinc potissimum -r pro argumento comoediae scilicet ex erroribus consutae*: DON. Ter. Andr. 904 hic omnis -r aperietur fabulae (*cf.* Ad. 221 comicum -em). *in imaginibus*: PLAVT. Pseud. 668 suo viatico redduxit me usque ex -e in viam (*cf. Jachmann, Philol. 88, 1933, 455*). CIC. Verr. I 17 aperto suspicionis introitu ad omnia intima istorum consilia sine ullo -e pervenimus (*cf.* top. 2). rep. 2, 7. CIRIS 16 *arx*, unde hominum -es longe lateque per orbem dispicere (desp- *al.*) ... possem. GRATT. 4 vita ... erat -r in omni. SEN. Herc. f. 1072 *Somne*, pax -um (pater o rerum *codd.*), portus vitae. PERS. 5, 34 cum ... iter ambiguum est et vitae nescius -r deducit ... in compita mentes. VAL. FL. 3, 31 nocte ... bella conserat et saevis -bus implicet urbem. CYPR. unit. eccl. 23 p. 231, 6 itinera -is. HIL. trin. 11, 24 devii itineris -r. VVLG. sap. 1, 12 *al.* AVG. civ. 9, 18 p. 393, 21 D. *similia sub II.* *generatim de instabilitate totius vitae*: FIRM. math. 5, 3, 36 *stellae* eosdem assiduis -bus turbant. 8, 17, 10. ENNOD. opusc. 3, 71 p. 349, 2 *v. infra l. 83.*

2 *de bestiis* (*proprie et tropice*): HOR. sat. 2, 3, 49 passim palantis *pecudes* -r certo de tramite pellit (2, 3, 51). CVRT. 5, 13, 23 iumenta decesserant ... via et -e delata ... constiterant. SIL. 10, 78 canis ... -es ... ferae ... mersa nare legit. STAT. Theb. 11, 450 avertit bonus -r equos. VEG. mil. 3, 23 *camelus* confusas ... vias absque -e dirigere memoratur. *nota* TERT. pudic. 7 p. 232, 10 et ovi et drachmae (*in parabolis*) unus -r adscribitur (*i. semel tantum abisse dicuntur*). IREN. 1, 16, 1 -em ovis (πλάνην). AVG. anim. 4, 1, 1.

B *de rebus* (*corporalibus*): 1 *quae vi naturali moventur*: *de stellis*: CIC. Tim. 33 siderum -es (*Plato 39*[D] τὰς ... πλάνας). PS. QVINT. decl. 4, 13 *sidera* vagos cursus certis emetiuntur -bus. 4, 16 vagi numinis (*i. sideris*) -e. APVL. mund. 2 stellae ... nullis ... -bus vagae (*Ps. Aristot. p. 392*[a]*, 17* τὸ ... τῶν ἀπλανῶν πλῆθος). FIRM. err. 17, 1. math. 1 pr. 5 p. 2, 22 quinque stellarum sempiternus -r. CHALC. transl. 40[B] ignes siderei ... nullos -es ... patiuntur (*gr.* ἀπλανῆ. *opp.* vagi palantesque). 87[B]. AVIEN. Arat. 63 vaga palanti (palenti, pallenti *codd.*) cur signa -e ferantur. SERV. georg. 1, 337 FAV. EVL. p. 5, 28 *al.* AMBR. hex. 4, 4, 16. CLAVD. 17, 129 certus in astris -r. MACR. somn. 1, 14, 25. *sim. de atomis*: LVCR. 2, 132 hic a principiis est omnibus *corporibus* -r. *de materia*: CHALC. comm. 271 alio silvam -is nomine appellat *Plato* (*Tim. 48*[a]*, ubi* CHALC. erraticae causae) propter inordinatam eius antiquam iactationem. *de fluentibus*: OV. met. 1, 582 amnes ... in mare deducunt fessas -bus undas. APVL. mund. 4 *terra* fluminum frigidos lapsus ... -bus terrenis vehit (*Ps. Aristot. p. 392*[b]*, 15* ποταμοῖς ... ἑλιττομένοις). MIN. FEL. 3, 3 crispis tortuosisque -bus *undarum maris* (*opp.* fluctibus). CLAVD. 1, 257 tardatus ... suis -bus Vfens. ENNOD. opusc. 3, 71 p. 349, 2 in incertis procellarum -bus navem ... flectamus. *sim. de crinibus non ordine compositis*: CLAVD. 10, 106 plus -r decuit *Venerem.* *sim. de animis tamquam rebus fluidis*: CHALC. transl. 42[C] inconsultis et immoderatis -bus *animae* (*cf. gr.* τὸν πολὺν ὄχλον ... θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα. comm. 199). comm. 31.

2 *quae ab hominibus moventur*: *sic maxime de corporis partibus*: *de manu*: OV. met. 5, 89 intorquet iaculum: quod detulit -r in Idan (HOMER. 512 iaculum ... detulit [dep- *codd.*] -r ab illo [*cf. Θ 119* τοῦ ... ἀφάμαρτε]). 12, 83 certa nullus fuit -r in hasta. CLAVD. rapt. Pros. 2, 134 disci te, *Hyacinthe*, perculit -r. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 21 manuum vano -e (*in phreniti*). *aliter* SEN. benef. 4, 34, 2 telum ... in commilitonem manus dirigat aliquo -e (*sc. mittentis*) decepta. *de manu scribentis*: OV. Pont. 4, 1, 13 alii cum vellem scribere, nomen rettulit in ceras inscia dextra tuum: ipse mihi placuit mendis in talibus -r. *cf.* PALLAD. 3, 9, 10 is qui pacturus est ... sarmenta, sine ullo -e (*i. recto loco*) deponet. *de motu oculorum*: PHAEDR. app. 21, 7 circumspectans -e. VAL. FL. 6, 277 extremus cum lumina corripit -r. STAT. Theb. 12, 777. silv. 5, 1, 170 cadunt vultus oculisque novissimus -r. *aliter de oculis falsa specie deceptis*: STAT. Theb. 5, 437 ambiguo visus -e lacessunt Oebalidae gemini. 7, 294 -e videndi falleris. PS. QVINT. decl. 8, 3. *de peccato* IVVENC. 1, 523 si te forte oculi dextri laqueaverit -r (*cf.* VVLG. Matth. 5, 29 si oculus ... dexter scandalizat te). *de dente*: CLAVD. carm. min. 9, 32 *de hystrice*: -r abest, certum sollertia destinat ictum nil spatio fallente modum.

II ***de animo*:** **A** (*significatu motus etiam pellucente*) *nutatio, dubitatio, incertitudo*: 1 *generatim* (*cf. Langen ad Val. Fl. 5, 455*: *-is substantivo ea condicio animi designatur, qua quis affectus nescit quid faciat vel iudicet vel dicat, cum animus huc illuc erret*): PLAVT. Merc. 25 (*versu spurio*). 347 tantus cum cura meost -r animo, dum ... perplacet ..., dum rursus haud placet *eqs.* Rud. 215 hac an illac eam, incerta sum consili ... algor -r pavor, me omnia tenent. PACVV. trag. 275 corpus ... maerore -e (aegrore *Lachm.*) macore senet. ACC. trag. 349 persuasit maeror anxitudo -r (aegror *Lachm.*) dolor. VOLCAC. carm. frg. 3 multos incertos certare ... vidimus .... eum meo iudicio -em dissolvam tibi. CIC. div. in Caec. 45 qui tibi aestus, qui -r, quae tenebrae ... erunt. Att. 7, 12, 2 plena timoris et -is omnia (<t>erroris *Manutius*). off. 2, 7 quorum vagetur animus -e. LVCR. 3, 1052 urgeris ... undique curis atque animi incerto fluitans -e vagaris. 4, 1077. OV. met. 2, 39 pignora da ..., per quae tua vera propago credar, et hunc animis -em detrahe nostris. fast. 5, 362. LIV. 1, 24, 1 nominum -r manet, utrius populi Horatii, utrius Curiatii fuerint. 9, 15, 11 alius -r, Cursorne Papirius ... creatus sit an L. Papirius *eqs.* 26, 10, 12. VELL. 1, 7, 2 incidi in rem ... maximi ... -is et multum discrepantem auctorum opinionibus. VAL. MAX. 3, 4 ext. 1 SEN. Oed. 773. VAL. FL. 5, 455 Minyas operum defixerat -r (*v. supra l. 25*). PS. APVL. Ascl. 18 SOL. 1, 81 FIRM. math. 4, 7, 3. *nota* AVR. VICT. Caes. 33, 22 auctoris necis -e (*i. de auctore necis.* necis nec rore *codd.*) ... inulta caedes fuit. CHIRON 5. 712. 2 *de gravioribus animi motibus* (*dementia, furor, nimius amor*): TRABEA com. 6 voluptatem animi nimiam summum esse -em (*cf.* CIC. epist. 2, 9, 2). CIC. Att. 3, 13, 2 me ... mentis -e ex dolore affici (*opp.* mens integra est). Att. 12, 25, 2 (*cf. Boot ad l. et p. 817, 12*). 12, 43, 1. VERG. ecl. 8, 41 ut vidi, ut perii: ut me malus abstulit -r (SERV. definitio amoris. *idem versus* CIRIS 430). HOR. epist. 2, 1, 118 scribimus ... poemata passim. hic -r ... et levis haec insania quantas virtutes habeat *eqs.* ars 454 quem ... urget ... fanaticus -r (*cf.* PORPH.). PROP. 1, 13, 35 novus incidit -r (*de amore*). OV. am. 1, 10, 9 animi ... resanuit -r. SEN. Herc. f. 1096 (*cf.* 1098 furor). dial. 11, 10, 6 furor et ultimus mentium -r. QVINT. inst. 6 pr. 11 alienatae mentis -em circa scholas ... habuit. SER. SAMM. 506 lymphaticus -r *hydropici.* CLAVD. 3, 76 insani fremitus animique profanus -r et ... irae *Megaerae.* SVLP. SEV. chron. 1, 35, 3 *al.* *sic etiam de bestiis*: VERG. georg. 3, 513 di meliora piis -emque (ardoremque *R*) hostibus illum (SERV. auct. -em hic pro furore posuit. *cf.* VERG. georg. 3, 511 furiis ... ardebant). COLVM. 6, 35, 1 mentis -r *equarum.* *de ebrietate*: FLOR. epit. 2, 10, 3 rex ... cum subinde crapula et capitis -e lapsaret. *huc maxime pertinere videtur* Error *personatus*: OV. am. 1, 2, 35 *de triumpho Amoris*: Blanditiae comites tibi erunt -rque Furorque. met. 12, 59 temerarius -r (*app.* Credulitas, Laetitia, *al.*). SEN. Herc. f. 98 veniet *ex Tartaro* Scelus ... Impietas ... -rque et ... Furor. SIL. 13, 586 (*inter monstra Orci*). *alio modo corporaliter v. p. 817, 54.*

B *opinio falsa, ignoratio veri*: 1 *proprie de opinione ipsa*: PLAVT. Amph. 470 *Mercurius*: -is ambo illos (*Amphitruonem et Sosiam*) et dementiae complebo. TER. Hec. 792 illas (*sc. mulieres, quae crimini falso crediderant, v. 779*) -e et te ... suspicione exsolves. LVCIL. 380 's' nostrum ... nil -is habet. PACVV. trag. 78. 211. VARRO ling. 6, 14 *Quinquatrus* dies ... ab nominis -e observatus. 6, 75 propter similitudinem ... quidam -r (errant *F*[1]) his qui putant *eqs.* rust. 1, 2, 21. CIC. inv. 1, 2 propter -em atque inscientiam caeca ... cupiditas ... viribus corporis abutebatur. 2, 109 Cluent. 93. CIC. Flacc. 15 locupletes metu, tenues praemio, stultos -e (*i. decipiendo*) permovit. Sest. 122 -em senatus (*opp.* populi ... temeritatem). har. resp. 40. Mil. 7 -e sublato rem plane ... videre. Phil. 11, 34 (*opp.* recta sententia). de orat. 2, 30 *res*, quae opiniones hominum et saepe -es aucupetur. 2, 178 plura ... homines iudicant odio aut amore ... aut timore aut -e aut

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aliqua permotione mentis. 3, 205 *inter lumina orationis*: personarum ficta inductio ... descriptio, -is inductio (*i. q. aversio, quae a proposita quaestione abducit audientem, cf. Quint. inst. 9, 2, 38*), ad hilaritatem impulsio *eqs.* rep. 1, 51 -e vulgi (*cf. supra*: pravis hominum opinionibus). 3, 27 si in eo sit -e civitas, ut ... putet, contra autem ... existimet. fin. 1, 14 *Epicurum* maximis ... -bus animos hominum liberavisse. ac. 1, 42 *inter* 'aliena firmae et constantis assensionis' (*sec. Zenonem Citieum*). 2, 147 -e ... philosophorum. Tusc. 3, 2 (*syn.* opinionum perversitas). *talia saepius.* nat. deor. 3, 76 -i deorum (*cf. ibid.* deus falli qui potuit?). off. 3, 55 per -em in ... fraudem incurrere (LIV. 27, 16, 6. *et passim. aliter* SEN. contr. 2, 7, 8). Att. 4, 1, 1 -is nostri aut potius furoris. 12, 25, 2 (*ibid.* τετυφῶσθαι. *cf. p. 816, 51*). PLANC. Cic. epist. 10, 23, 1 credulitas ... -r est magis quam culpa. CATVLL. 22, 20 suus cuique attributus est -r (*cf.* 22, 18 omnes fallimur). LVCR. 4, 996. VERG. Aen. 10, 110 -e malo (*opp.* fatis. *cf.* 10, 31 *sqq., ubi* peccata). HOR. sat. 1, 3, 42 vellem in amicitia sic erraremus et isti -i nomen virtus posuisset honestum. epist. 2, 2, 140 mentis gratissimus -r (*cf.* PORPH.). OV. epist. 7, 109 (*ibid.* errare). 16, 46 matris (*Ledae*) in admisso falsa sub imagine lusae -r inest. 16, 48 -r, qui facti crimen obumbret. 18, 114 rem. 323. met. 3, 142 quod ... scelus -r habebat? 8, 161 *Daedalus* ponit opus ... et lumina flexum (-u *al.*) ducit in -em variarum ambage viarum (8, 167 Daedalus implet innumeras -e vias. *cf.* 168 fallacia tecti). Pont. 3, 9, 11. LIV. 2, 13, 2 -em insidiatoris (*Scaevolae*). 10, 14, 20 (*supra*: vero ... metu). 10, 41, 7 (*ibid.* fefellit). 45, 8, 5 haec sive -e humano seu casu seu necessitate inciderunt. VAL. MAX. 2, 2, 1 *al. nota brevitatem* 6, 5 ext. 4 culpam vel dissimulare vel -e (*i. allegatione, excusatione -is*) defendere. SEN. Herc. O. 885 -is est hic omne quodcumque est nefas. benef. 4, 34, 5. epist. 16, 9 nullus ... terminus falso est. viam eunti aliquid extremum est: -r immensus est. 94, 21 (*ibid.* opiniones ... falsas). CVRT. 3, 12, 6 *al.* COLVM. 3, 10, 1 (*ibid.* falli). LVCAN. 1, 459 *al.* 7, 59 -bus addere crimen. PLIN. nat. 4, 83 quidam ... tradunt ..., tanto -e eorum, qui ... prodidere (*sim. saepius*). 4, 114 (115 erratum). SIL. 9, 148 STAT. Theb. 6, 942 MART. 5, 49, 8. QVINT. inst. 1, 1, 8 (*supra*: falsam ... persuasionem). 1, 4, 12 *al.* TAC. hist. 5, 22 ann. 6, 30 *al.* PLIN. epist. 5, 6, 42 (*opp.* iudicium). NERAT. dig. 41, 10, 5 (*ibid.* falsa existimatio). POMPON. dig. 44, 7, 57 *al.* GAIVS inst. 1, 67 *al.* SCAEV. dig. 46, 3, 102, 3 per -em et ignorantiam. VLP. dig. 21, 1, 23, 2 si quis -e, si quis casu fecerit (*opp.* dolo malo et per nequitiam). 21, 2, 51 pr. (*adp.* imprudentia). PAVL. dig. 4, 1, 2 *al.* GELL. 11, 15, 3 MIN. FEL. 5, 6. TERT. nat. 1, 16 p. 87, 6 ut *natura alicuius* neque ignorantiae neque -i neque casui opposita sit. ARNOB. nat. 3, 15 p. 122, 19. 6, 14 p. 226, 18 (*adp.* amentia). AMM. 26, 1, 11. 31, 12, 3 *al.* AMBR. in psalm. 37, 6 *al.* HIER. epist. 29, 3, 4 *al.* 57, 1, 2 (*opp.* crimen). VVLG. gen. 43, 12 *al.* lev. 5, 19 orabit pro eo quia nesciens fecerit et dimittetur ei quia per -em deliquit in dominum. I Thess. 2, 3 *al.* AVG. civ. 4, 30 p. 184, 7 D. 22, 22 p. 603, 26 profunditas ignorantiae, ex qua omnis -r existit. lib. arb. 3, 18, 52 ex ignorantia dehonestat -r *animam.* mus. 6, 11, 32 opinabilis vita ..., constituta in ipso -is introitu. epist. 177, 18 c. Secundin. 2 p. 907, 10. MART. CAP. 5, 458 quae pars (*imprudentia*) -r dicitur atque ei subduntur ignoratio vinulentia oblivio fatuitas dementia ceteraque quae -em admittentis excusant. 8, 849. COD. Theod. 2, 11 *rubr. al.* *de bestia*: VAL. MAX. 8, 11 ext. 4 -r equi, qui visa pictura equae hinnitum edere coactus est. *quasi corporaliter*: OV. met. 4, 502 *Tisiphone* attulerat secum ... monstra veneni, oris Cerberei spumas et virus Echidnae -esque vagos caecaeque oblivia mentis *eqs.* *de -e scribentis v. p. 816, 12.*

2 *metonymice de actione perversa ex ignoratione recti orta (culpa, peccatum, interdum prorsus i. q. crimen)*: *de definitione cf.* VAL. MAX. 9, 9 (de errore) pr. temeritati proximus est -r, quemadmodum ad laedendum par, ita cui facilius quis ignoverit, quia non sua sponte, sed vanis concitatus imaginibus culpae se implicat. CIC. Marcell. 13 etsi aliqua culpa teneremur -is humani, ab scelere certe liberati sumus (*de culpa syn. cf. infra l. 68 sqq. et vol. IV 1298, 71. scelus: v. l. 66 sqq.*). Lig. 17 alii -em appellant *Ligarii causam*, alii timorem ..., qui gravissime, temeritatem: scelus ... adhuc nemo. Deiot. 13. 36; *opp.* furor (*cf. l. 76 sqq.*). orat. 35 iudicii ... -em laus ... muneris compensabit (*supra*: crimen [*cf. l. 73 sqq.*] *et* culpa). NEP. Epam. 7, 1 -e *ducis imperiti.* CIRIS 240 laedere utrumque uno ... -e parentem (*sc. incesto cum patre*). LYDIA 62. OV. trist. 1, 2, 99 me meus abstulit -r stultaque mens nobis, non scelerata fuit (*cf.* 1, 2, 98) a culpa facinus (*cf. l. 74*) ... abesse. 1, 3, 37 (*ibid.* culpa, *opp.* scelus). 2, 207 perdiderint cum me duo crimina, carmen et -r, alterius facti (*sc. erroris*) culpa silenda mihi. 3, 1, 32 (*opp.* facinus). 3, 6, 26 (*ibid.* stultitia). *talia saepius.* LIV. 2, 18, 10. 3, 12, 8. 6, 22, 6 *al.* 36, 22, 1 seu furoris seu -is venia. 37, 49, 1. VELL. 2, 6, 1 (*ibid.* furor). VAL. MAX. 1, 6, 9 *al.* 3, 8 extr. 3 iniquissimo ac truculentissimo -e (furore *Wenski*). CELS. 3, 8, 2 sub ... curantis -e ... moriuntur. SEN. Herc. f. 1237 quis nomen usquam sceleris -i addidit? :: saepe -r ingens sceleris obtinuit locum (Herc. O. 885 *v. supra l. 27.* 940). Herc. O. 983 -r a culpa vacat. clem. 1, 7, 1 inexorabilia peccatis (*cf. p. 818, 1 sqq.*) atque -bus numina. benef. 1, 1, 1 dial. 5, 25, 2 *al.* VAL. FL. 3, 407 SIL. 7, 518 *al.* STAT. Theb. 12, 508 scelerum ... -e nocentes. silv. 2, 2, 137 iuvenile calens plectrique -e superbus (*i.* '*nugis poeticis*'. *Klotz*). 5, 4, 2 (*adp.* crimen). 5, 5, 7. MART. 2, 8, 3 (*ibid.* peccasse). QVINT. inst. 8, 3, 48. decl. 290 p. 159, 2 -r adulescentiae ⟨se⟩nectutis natura. IVV. 8, 165. 13, 188 (*adp.* vitia). TAC. dial. 29? hist. 3, 37 -em imprudentiamque ... culpantes. PLIN. epist. 1, 2, 5 *al.* 10, 96, 7 fuisse summam vel culpae ... vel -is *Christianorum*, quod. SVET. Nero 26, 1. CALP. decl. 33 p. 28, 21 (*adp.* crimen). GELL. 7 (6), 2, 8 (*ex Chrysippo, frg. 1000 Arnim*) *ingenia mala* sua ... scaevitate ... in ... delicta et in -es se ruunt. *ibid.* 10 (*adp.* peccata). APVL. met. 9, 15. flor. 16 p. 64 rarae apud illum (*Philemonem*) corruptelae, [e] tuti -es, concessi amores. MIN. FEL. 1, 4. TERT. pudic. 9 p. 237, 25 inter -es et illecebras et libidines saeculi. apol. 22, 6 (*adp.* furores). CAPITOL. Ver. 3, 6. FIRM. math. 1, 7, 24 (*ibid.* furor). 6, 10, 3 vario -e peccare. PRISCILL. tract. 1, 5 p. 7, 8 crudescente -e peccati. AVSON. 153, 52 (*opp.* scelus). 393, 26 (*opp.* crimen). VEG. mil. 1, 13 p. 17, 19 proeliorum delicta emendationem non recipiunt, cum poena statim sequatur -em. HIER. epist. 22, 8, 5 (*adp.* culpa, *opp.* crimen). VVLG. num. 15, 25 (*adp.* peccatum). *saepe.*

B *latiore sensu de rebus naturalibus, corporalibus sim. alqd. quovis modo edentibus* (*saepius cogitatur de angustiis, orificiis sim., unde quid erumpat; v. ex. gr. de Aetna monte l. 46 sq. 49. 52. 73. al.*): **1** *transit.: i. q. eicere, effundere, emittere* (*fere i. q. exhalare infra l. 44. 45. 66*): **a** *in universum*: VARRO rust. 3, 14, 2 mammillas ... tenues, quae -ent aquam. PLIN. nat. 34, 101 tenuissima est *cadmea* in ... fornacium ore, quam flammae -antur (*v. p. 825, 40*). CANDID. gen. div. 4 p. 6, 24 W. a substantia ... luminali quasi fugiens aut -tus splendor. AVIEN. orb. terr. 452 densa pruinosos -ant nubila nimbos. *in similit.*: VICTORIN. PETAV. in apoc. 5 p. 152, 23 (rec. Hier.) creatio universa ... recondita in se bona ... -bit. **b** *potiora quaedam*: **α** *de terra, solo, montibus sim.* (*cf. et l. 74. p. 825, 65*): VARRO rust. 1, 4, 4 si propter terram aut aquam odore[m], quem aliquo loco -at, pestilentior est fundus (*i.* '*exhalat*'. *cf.* LVCR. 3, 1012 Tartarus horriferos -ans faucibus aestus). PLIN. nat. 2, 234 ut *Aetna* quinquagena ... milia passuum harenas flammarum globo -et (*cf.* SIL. 14, 58 Aetna -at [*v. p. 825, 61*] tremefactis cautibus ignis ... gemitus [GELL. 17, 10, 13 *Pindarus* fontes imitus ignis -ari (-uari *II*) *ab Aetna* ... dixit; *cf. P. 1, 21* ἐρεύγονται]. IVST. 4, 1, 4 *solum* ... flammas, ... vaporem [*cf. l. 61*], ... fumum [*aliter p. 827, 7*] -et [OROS. hist. 4, 4, 4; -ua- *l. v.*]. AVG. civ. 22, 11 p. 587, 18 D. *ignem* vertices montium [OROS. hist. 5, 6, 2 Aetna uastos ignes; *syn.* fudit]). SIL. 13, 425 specus ... -at acerbam Cocyti ... suspirans ore paludem (*sim.* SOL. 5, 24 ager Agrigentinus ... limosas scaturrigines. PALLAD. 2, 13, 7 ager uliginosus ... umores altius fossus. AVIEN. orb. terr. 862 *Tanaim* Caucasus). GELL. 17, 10, 19 *Vergilius* (*Aen. 3, 576*; *v. infra l. 74*) saxa ... et scopulos *ab Aetna* -ari et erigi ... dixit (*cf.* CASSIOD. var. 4, 50, 6 *Vesuvius* quasdam moles -uat [-at *E*; erupt- *F*]). ITALA psalm. 104, 30 (Veron.) -uabit terra eorum ranas (ἐξῆρψεν, VVLG. edidit). SOL. 5, 9 per quos (*sc. Aetnae crateres*) -tus erumpit vapor ([*v. supra l. 50*]. *cf.* GREG. TVR. stell. 13 *Aetna* sulphor -uat [*syn.* evomens]). GREG. TVR. glor. mart. 29 *sepulcrum Iohannis* mannam in modum farinae. *et al.* **β** *de mari, fluviis, aquis*: VERG. Aen. 6, 297 turbidus ... gurges aestuat atque omnem Cocyto -at harenam (SIL. 13, 572). COLVM. 1, 5, 6 *palus* caloribus noxium virus (*i. fere* '*exhalat*'). 8, 17, 10 algarum congerie, quam tempestatibus -at pelagi violentia. VAL. FL. 4, 345 aequora, qua rigidos -at Bosporus amnes (*cf.* RVT. NAM. 1, 640 *maris* -to vertice rura tegi). ITALA exod. 8, 3 (Aug. loc. hept. 2, 40 p. 548, 8) -uabit flumen ranas ([VVLG. ebulliet]. *cf.* VVLG. sap. 19, 10 fluvius multitudinem ranarum [*syn.* eduxit]). PANEG. 9 (12), 18, 2 (*de Tiberi*; *opp.* sorbuisti). **2** *intrans., fere i. q. erumpere* (*c. notione superabundandi, acced.* in: *l. 83*): VERG. Aen. 3, 576 *Aetna* scopulos avolsaque viscera montis erigit -ans ([*an trans.* ἀπὸ κοινοῦ? *cf. supra l. 57*]. *cf.* PASCH. Camp. chron. I p. 330, 505 mons Besubius -uavit v id. Novembres). SEN. nat. 6, 8, 5 habeant *fontes Nili* ... oportet ... umorem ... in ⟨imo⟩ coactum, ut -are (-ua- λ ϱ) tanto impetu possint (*cf.* AVIEN. orb. terr. 213 strictis -et faucibus aequor. HYG. fab. 125, 15 p. 108, 24 *Charybdis* ter die obsorbebat terque -bat. OROS. hist. 1, 2, 33 *fluvius* occulto meatu in alveum *fluvii* ... -at [erup- *V*]). TERT. apol. 48, 14 *ignis* de terra per vertices montium -ans ([-uans *F*]. *al.*). VVLG. psalm. 143, 13 promptuaria ... plena -antia ex hoc in illud (*v. supra l. 73*). THEOD. PRISC. log. 66 quo (*i. unde*; *v. app. crit.*) sanguis poterit -are (*antea*: eruperit). **3** *refl.*:

[Groth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVIEN. orb. terr. 117 *Ausonis* qua se flabra trucis boreae per inhospita terrae -ant caelo. 345 inclyta . . . undique se totis -ent flumina terris. **II** *vi ructandi aut debilitata aut plane abolita: i. q. edere, proferre, promere sim.*: **A** *generatim: varias res* (*de ruminatione v. ex. seq.*): ITALA lev. 11, 3 (Lugd.) *pecus* quod -uat rumigationem in pecoribus (ἀνάγον μηρυκισμόν, VVLG. ruminat). FVLG. myth. 2, 3 p. 42, 5 (*ad Caci fab.*) si fumum fures -uant *eqs.* ([-ta- *G*]. *ibid. l.* 11 omnis malitia f. -ruptuat [*v. p. 825, 47*]). HIER. epist. 147, 2, 1 quasi ex arvina . . . et . . . adipe -ans (-ua- *l. v.*) verba mortifera (*cf. infra l. 24*). PETR. CHRYS. serm. 118 p. 523^B (*de morte personata*) effundit putredinem, -at saniem, spargit fetores. SEDVL. op. pasch. 2, 10 p. 211, 1 quos fremitus -bas (-ua- *R*) accensus, *Herodes*, cum . . . pelagus lacrimarum cerneres (*cf. carm. pasch. 2, 128* dabas). CASSIOD. var. 1, 30, 1 querela populorum . . . graves -vit excessus. **B** *peculiariter ap. christ.: i. q. loquendo, dicendo sim. proferre* (*hoc illud exemplum prope accedit ad eum usum, qui est p. 826, 6 sqq. cf.* HIL. in psalm. 118 tau 2 p. 541, 12 omne prophetiae eloquium sub -andi significatione meminimus ostendi. p. 541, 21. AVG. in psalm. 144, 9 p. 1874 manduca ut -es [*v. p. 826, 7*]; . . . manducas cum discis; -as cum doces; manducas cum audis; -as cum praedicas. CASSIOD. in psalm. 118, 171 *al. v. et p. 825, 57*): **1** *c. obi.* (*acced. inf. infra l. 45*): *cf. loc. bibl., quales eccles. hoc illo modo deflexos saepius laudant* (*v. p. 825, 30 sqq.*): VVLG. psalm. 18, 3 dies diei -at verbum (**44, 2** -vit cor meum v. bonum. *inde eccl.*: VICTORIN. PETAV. fabr. mund. 7 p. 7, 6 -tum est cor *eqs.* [ZENO 2, 5 p. 399^A. AMBR. epist. 22, 6 p. 1021^B v. dei . . . intimo corde. patr. **11**, 51 p. 153, 16 -uavit. *al. saepe*]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 6, 1 p. 209, 17 aperire os et adtrahere spiritum atque -are v. VEREC. in cant. 2, 1 [*i. Christum. cf. p. 825, 11*]. *et passim*). psalm. 118, 171 -bunt labia mea hymnum (*cf.* AVG. in psalm. 118 serm. 32, 3 *al.*). 144, 7 memoriam abundantiae suavitatis tuae (*al.*). ITALA psalm. 77, 2 (Hil. in psalm. 118 nun 12 p. 482, 3 *al.*) aperiam in parabolis os meum, -bo absconsa a constitutione mundi ([φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς, VVLG. loquar propositiones]. VVLG. Matth. 13, 35). FILASTR. 38, 1 *Valentinus* perniciosam doctrinam -ans. HIER. adv. Pelag. 1, 32 p. 526^B quod . . . de bono conscientiae thesauro -are credaris, *Pelagi*. AVG. epist. 27, 4 p. 100, 11 quae . . . de . . . fermento -avi (-ua- *l. v.*; *syn.* dixi). conf. 9, 9, 21 qualia solet -uare (-are *l. v.*) . . . discordia. civ. 18, 32 p. 301, 30 D. *phantasiam* (*opp.* operuit). MAR. MERC. Conc.^S I 5 p. 9, 21 *tu, Iuliane*, insanus effectus haec (*sc. falsa dogmata*) -uares, haec evomeres, haec exhalares. p. 144, 29 infandos . . . sermones (CONC.^S I 2 p. 105, 25 malignos contra me [I 3 vers. Tur. p. 189, 15]). RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 9, 26 ille -uavit uesaniam manifestam contra . . . Iohannem (*gr.* κατεσκέδασε). p. 94, 29 Nestorio . . . abominandissimas -uante uoces contra . . . Christum. *et al.* *acced. inf.*: CONC.^S I 5 p. 322, 12 (coll. Q) quis infernus -uavit omousion dicere corpus ex Maria verbo deitatis *eqs.* **2** *absol.* (*intrans.; indicatur 'quo' per praep.* in: *infra l. 57*): HIER. epist. 57, 3, 3 audet . . . adducto supercilio et concrepantibus digitis -are (-ua- *l. v.*) et dicere (*cf.* CASSIOD. in psalm. 12, 1 p. 101^B plenus propheta . . . domini caritate . . . confidenter -ans dicit *eqs. v. p. 826, 20*). AVG. gen. ad litt. 9, 19, 36 p. 294, 6 *Adam* tamquam prophetia plenus . . . -uavit (-avit *l. v.*) continuo. in psalm. 146, 11 ineffabiliter. DRAC. laud. dei 2, 66 deum deus auctor ovans -uat ore (*an* ἀπὸ κοινοῦ?). APON. 10 p. 196 verbum domini . . . proprio ore patris, non factum, sed -ando genitum. VITA Caes. Arel. 2, 34 p. 496, 20 spiritus sanctus cum coepisset per ipsum *Caesarium* -uari, . . . vitia ita replicabat, ut *eqs. et al.* -are in *aliquid* (*cf. et p. 826, 26*): HIER. in Matth. prol. p. 19^A *Iohannes* in illud prooemium . . -vit (*seq. Ioh. 1, 1*). AVG. trin. 4 prooem. *ut* nihil ex eis figmentis pro solido vero -uem in has litteras (*i. 'scribendo proferam'*).

ēructuātio, ēructuo *v.* eruct-. **ērūcum** *v.* eruca. *Groth.*

?**erudala** res GLOSS. V 661, 54 (*cf. ibid. l.* 71 frivola res?).

ērūdero, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ex *et* rudus. *W.*] -dir-: GREG. TVR. *l. 81.* -astis: *p. 828, 5.* *imp.* -ato: *l. 75.* *inde a* VARRONE, VITR. (*sing. locis*).

1 *technice de ruderatione sternenda*: VARRO rust. 2, 2, 7 ubi stent *oves*, solum oportet esse -tum et proclivum, ut everri facile possit ac fieri purum (*cf. geopon. 18, 2, 1* τὰ ἐδάφη . . . κεκλιμένα, λίθοις τε καταστορεσθέντας ὁμαλιστέον). VITR. 7, 1, 1 (*de ruderatione*) si plano pede erit -andum, quaeratur solum si sit . . . solidum et . . . exaequetur (*seq.* rudus). **2** *i. q. ruderibus expurgare* (*cf.* GLOSS.^L III Abol. ER 6 -ans purgans rudera. I Ansil. ER 257 -ans expurgans. 258 -at purgat, ru⟨du⟩s tollet. *acced.* de: *l. 84*; a: *l. 81* [*nota abundantiam*]): **a** *proprie*: AMBR. epist. 22, 2 p. 1019^B -ari terram eo loci, qui *eqs.* Nab. 1, 2 redoperi terram . . . -ato . . . tumulum. obit. Theod. 44 Isaac obstructos ab alienigenis puteos -vit nec latere aquam passus est (*cf. gen. 26, 18* fodit . . . puteos). SIDON. epist. 5, 13, 1 Euanthius . . . operas cogit -are, si quid . . . deiectu caducae frondis agger insorduit. RVRIC. epist. 1, 3 p. 356, 15 obductum terra fluenti alveum. GREG. TVR. vit. patr. 15, 1 p. 721, 13 *parietes antiquos* -irans a ruinis. **b** *per imag. et transl., i. q. purgare, emundare*: SIDON. epist. 5, 7, 7 aures mariti virosa susurronum faece completas oportunitate salsi (f- *MT*) sermonis -at. 5, 15, 1 volumen . . . prophetarum . . . sua . . . cura manuque de supervacuis sententiis -tum. 7, 6, 3 stercora (*i. sordes haereticae meae*) . . . mysticis orationum tuarum rastris -buntur. ENNOD. opusc. 10, 3 p. 420, 3 penetralia cordis nostri (*opp.* obstruantur). dict. 3, 8 p. 435, 12 monita discipulorum conscientiam -ant (-dier- *A R T*[2]). 12, 12 p. 464, 12 mundum . . . -astis concessae a deo *litterae*. *K.-M.*

ērudībilis, -e. *ab* erudire. *qui erudiri potest*: FVLG. Virg. cont. p. 90, 5 neque . . . eruditur nisi quod -e nascitur.

ērudīmentum, -ī *n.* *ab* erudire (*cf.* rudimentum). *i. q. rudimentum* (*cf. gr. l. 10*): IREN. 2, 19, 2 opus . . . esse animali sensibilibus -is (*cf. 1, 6, 1* sensibilibus disciplinis [αἰσθητῶν παιδευμάτων]).

ērudio, -īvī (-iī), -ītum, -īre. [*ab* ex *et* rudis. *W.*] *scribitur* her-: APRING. in apoc. 21, 21. *p. p. p.* erodit-: CARM. epigr. 55 (*s. I a. Chr. p. med.*) praescr., *v. p. 832, 68. ibid.* 9 CORP. VI 10127, 3, *v. p. 451, 50.* GRAMM. suppl. 178, 17 'erudis' amphimacrus est, ut Virgilius: sublatum -iit (*Aen. 9, 203*). *de formis: imperf.*: -ibam: PETRON. 68, 6 (*Bücheler*, audibāt *trad.*, *v. infra l. 67*). -ibat: AMBR. hex. 6, 4, 17 p. 214, 6 (*l. v.* -iebat; *v. p. 830, 11*). *formae stirpis perf. breviores*: -iit: CIC. Q. Rosc. 31 rep. 2, 37 *et al.*, *ap. poetas dactylicos inde a* VERG. Aen. 9, 203. -isse: PLIN. nat. 34, 56. *et al.* -iisse: AVSON. 419, 31. -ierunt, -iere *et al.* -turus: HIER. in Gal. 3 praef. p. 399^C. *mediopass.*: *v. p. 830, 35.* -ire: VVLG. Ier. 6, 8. -imini: *v. p. 830, 7.* VVLG. psalm. 2, 10. *refl.*: *v. p. 829, 26. 830, 14.* *gerundium vi passiva*: *v. infra l. 72.* *inter verba act. coniug. IV*^ae: CHAR. gramm. p. 478, 17 B. *de notione*: CLAVD. DON. Aen. 9, 203 p. 213, 20 -ire est novitatem indoctam hoc est rudem facere docendo meliorem. tractum est hoc a vestibus *eqs.* CASSIOD. in psalm. 2, 10 p. 41^B -ire docere est . . .: rudis enim dicitur novus. -tus quasi a rure (a rude *ed.*) sublatus, id est ab ignorantia divisus et in doctrinae finibus collocatus (GLOSS. V 359, 29 [aure *trad.*]. *cf.* LVCVLENT. 16 p. 849^D). 89, 12 p. 643^C -tus . . . dicitur quasi ex omni rude elicitus (*cf.* ISID. orig. 10, 81). GLOSS.^L II Philox. ER 19 -imus: παιδεύομεν, ἀσκοῦμεν. GLOSS. -ire docere. *in Graecis respondent*: παιδεύειν: *v. p. 829, 38. 45. 66 al.* παιδαγωγεῖν: *v. p. 830, 6.* μυσταγωγεῖν: *v. p. 829, 23.* κατηχεῖν: *v. p. 830, 48.* σοφίζειν: PSALT. Cas. 118, 98 (VVLG. prudentem . . . facere). VVLG. Sirach 47, 15. συνετίζειν: PSALT. Cas. 118, 125. 130. 169 (VVLG. *ubique* intellectum dare). -tus sum: συνῆκα: PSALT. Cas. 118, 104 (VVLG. intellexi). -tus: μαθητευθείς: ITALA Matth. 13, 52 (codd. k, e. *al.*), VVLG. doctus. *pro hebr. part. pu.* מְלֻמָּדִים (*i. 'qui exercentur in discendo'*) *ponitur* VVLG. I par. 25, 7 qui -bant canticum domini. *legitur inde a* RHET. Her. (*p. p. p. v. p. 831, 68. 832, 2. 46*), CIC., *raro ap. poetas* (VERG. *semel*, OV. 8^ies, VAL. FL. *semel*, SIL. *bis*, STAT. Theb. *semel*). *deest e. g.* CAES. [*loco lacunoso*: CIC. rep. 2, 34; *spurio*: TERT. praescr. 30, 3. *variat c.* edere: OV. fast. 3, 294, *v. p. 90, 82.* enutrire: *v. p. 624, 60.* eruere: *v. p. 830, 39.* *falso trad.*: HIER. epist. 5, 2, 4 (*v. adn.*).]

I *i. q. e rudi* ***doctum, aptum, peritum facere, expolire, instituere***: **A** *animantia* ([*indolem sim.*]. *ecclesiam p. 829, 62. acced. dat. eth. infra p. 829, 4. 60.* -*unt res: libri sim.*: *p. 829, 41. 830, 4.* OV. trist. 2, 244 HIER. epist. 52, 4, 4. *philosophia*: *p. 829, 84. pericula sim.*: *p. 829, 82.* LIV. 30, 30, 10. *flagellum dei*: *p. 830, 12*): **1** *docendo, demonstrando sim.*: **a** *non indicata re, qua quis -itur*: **α** *litteris, artibus sim.*: (I) *variis liberos, iuvenes* (*personate agriculturam*: *infra l. 66. aves*: *infra l. 61. 72*): CIC. inv. 1, 103 si qua *crudeliter facta* proferantur . . . in eos, apud quos educatus sis, in eos, a quibus -tus (2, 29. *cf.* parad. 25). Lig. 21 de orat. 2, 1. 2. 3, 35 hoc est eis, qui instituunt aliquos atque -unt, videndum, quo sua quemque natura maxime ferre videatur (QVINT. inst. 2, 8, 1). fin. 3, 8. Att. 4, 15, 10. ad Q. fr. 2, 4, 2 *puerum* egregie. NEP. Epam. 1, 2 -tus *est* . . . sic ut nemo Thebanus magis. nam et citharizare et cantare . . . doctus est *eqs. al.* OV. ars 2, 66 *Daedalus* (*cf. p. 830, 84*) monstrat *puero* . . . moveri, -it infirmas ut sua mater aves (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 8, 3 p. 949^A aliae *aves* naturaliter aemulatrices sunt, vel ex hominum traditionibus -tae [*gr. p. 172*^C τὸ μιμεῖσθαι . . . ἐξ ἀσκήσεως προσλαβόντα). LIV. 5, 27, 1 principum liberos. COLVM. 1, 1, 12 *Cato* eam (*sc. agriculturam*) latine loqui primus instituit . . ., *duo Sasernae* eam diligentius -erunt (*l. v.* -ierunt). PETRON. 68, 6 ad circulatores eum (*sc. servum*) mittendo -ibam ([*v. supra l. 15*]. *cf.* PAVL. dig. 19, 1, 43 *al.*). QVINT. inst. 1 prooem. 1 *studia*, quae . . . -endis iuvenibus impenderam (*cf.* COD. Theod. 13, 3, 6 [*a. 364*]. *al.*). 1, 2, 9 qui in scholis -itur (TERT. pall. 4 p. 934, 2 Oe., *v. p. 834, 80. et al.*). APVL. flor. 15 p. 59. Socr. 6 p. 134 est cuique (*praeposito*) . . . provincia . . . oscinibus -endis. IVST. 17, 3, 11 Athenas . . . -endi (*v. supra l. 22*) gratia missus. RVFIN. hist. 2, 18, 2 *liber Philonis* de his, quae congregari debeant ad -endum (*gr.* περὶ τῆς πρὸς τὰ παιδεύματα συνόδου). MART. CAP. 8, 813. *et al.* *in Gnosticorum doctrina*: TERT. adv. Val. 26 p. 202, 14 spiritalem *hominem* emitti in animalis comparationem, ut -iri cum eo et exerceri in conversationibus possit ([potuit *codd.*]. *de re cf. p. 835, 30*). (II) *certis artifices, disciplinae certae deditos* (*milites v. p. 829, 4*): CIC. Q. Rosc. **31** *Panurgum* (*cf. p. 831, 60*) summo cum labore . . . -iit *Roscius comoedus* (*aliter v. p. 829, 16*). CARM. epigr. 55, 9 docta, -ta (*v. supra l. 12*) paene Musarum manu. OV. ars 3, 48 illos (*viros*) artifices gemini fecere libelli: haec quoque pars (*i. puellae*) monitis -enda tuis (*cf.* trist. 2, 244). VITR. 6 praef. 6 artifices . . . suos liberos aut cognatos (*syn.* insti-

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tuebant. *cf.* COD. Theod. 13, 4, 2 [= COD. Iust. 10, 66, 1; *a. 337*]). AVSON. 459, 3. AMM. 22, 16, 18 Alexandriae ⟨si⟩ se dixerit -tum *medicus.* HIER. epist. 54, 13, 6 *soror tua* has docet psaltrias Christo, has fidicinas -it salvatori. *et al.* *milites sim.*: QVINT. inst. 2, 17, 33 gladiatores sub eodem magistro. SVET. Iul. 26, 3 tirones ... per senatores armorum peritos -bat. FRONTO p. 121, 20 N. (*in imag.*) gloriosum militem. β *praeceptis philosophiae, legum, doctrinae christianae (v. infra l. 18) ad rationem honeste vivendi*: CIC. ac. 1, 11 (*de philosophia*) ad nostros cives -endos nihil utilius (*cf.* off. 1, 155). off. 1, 156 *al.* VERG. Aen. 9, 203 solum te in tanta pericula mittam? non ita me genitor ... inter Troiae ... labores sublatum -iit. SEN. epist. 90, 46 in optimis ..., antequam -as, virtutis materia, non virtus est. 94, 51 animus ... -itur ad praescriptum (*syn.* discunt. *cf.* TERT. anim. 54 p. 387, 13 cum illas [*sc. imprudentes animas*] a sapientibus *animis* ... -iri affirment). CYPR. epist. 2, 1 p. 467, 16 *histrio*, doctor non -endorum sed perdendorum puerorum (*aliter v. p. 828, 80*). AVSON. 419, 31 Seneca ... indolem Neronis (*opp.* armasse saevitiam). *et al.*
ap. Eccl.: TERT. adv. Iud. 2 p. 704, 2 Oe. ipsius (*dei*) est -ire postea qui antea iustos formare instituerat. VVLG. II par. 17, 9 *principes* habentes librum legis domini ... -bant populum ([*syn.* docebant]. PS. BOETH. fid. cath. 160 *al.* *cf.* GREG. M. in Ezech. 1, 6, 10 p. 833A). psalm. 93, 12 *al.* CONC.S I 5 p. 349, 30 docente aliquando et quosdam -ente Christo (*gr. I 1, 4 p. 57, 4* μυσταγωγοῦντος, *spectat ad Matth. 12, 46*). *et al.*

b *indicatur res, qua quis -itur, per abl. instr.* (in *c. abl. l. 29. 35. 41. al.; refl. infra l. 37*): CIC. p. red. in sen. 15 horum ille artibus (*sc. pravis*) -tus (Cael. 9 epist. 1, 7, 11 *al.* LIV. 1, 39, 4 VITR. 6 praef. 3. 4. CARM. epigr. 995A, 6 [*aevi Tiberii*]. *et saepe*). de orat. 1, 253 oratorem ... ⟨in⟩ (*add. Manutius*) iure civili. Tusc. 2, 34 Cretum ... leges ... laboribus -unt iuventutem, venando currendo *eqs. al.* NEP. Epam. 1, 4 quibus disciplinis (Iph. 2, 4 militari. VELL. 2, 59, 4 liberalibus. *et al.*). Att. 1, 2. LIV. 9, 36, 3 Romanos pueros, sicut ... Graecis ita Etruscis litteris (VAL. MAX. 8, 7, 1). TAC. dial. 34, 11 *iuvenis,* oratorum discipulus, ... -tus et adsuefactus alienis experimentis (PLIN. epist. 1, 5, 16). ITIN. [Silv.] 25, 1 *populum* in scripturis et in dei dilectione. VEG. mil. 1, 28 p. 30, 12 armis (*al.*). AMBR. obit. Valent. 12 p. 1362D (*refl.*) plena se perfectione virtutis -at. VVLG. act. 7, 22 -tus est Moyses omni sapientia Aegyptiorum ([ἐπαιδεύϑη]. *inde* AMBR. hex. 6, 2, 8 *al. cf.* HIER. epist. 18 A, 15, 9 saecularibus ... disciplinis). II Tim. 3, 16 scriptura ... utilis est ad docendum ..., ad -endum in iustitia ([πρὸς παιδείαν]. AVG. civ. 2, 7 p. 61, 12 D.). LIB. pontif. p. 126, 4 *clerum* psalmis (psalmos *E*1). MAR. MERC. Conc.S I 5 p. 23, 40 in ecclesiasticis ... dogmatibus liquido cognoscendis (*cf. p. 97, 31* quisquis ... instituitur ecclesiasticorum dogmatum scientia [*gr. I 1, 7 p. 97, 26* τοὺς ... παιδευομένους τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων τὴν ἀκρίβειαν]). CARM. epigr. 1353, 8 (*ca. a. 427*). *et al.*

2 *aliis modis*: **a** *errore corrigendo, fere i. q. edocere*: CIC. Balb. 64 videte *iudices,* ne ... vobis ... honestius sit illis ducibus errare quam hoc magistro -iri (PLIN. epist. 8, 14, 1). de orat. 2, 10 nec ... te ... rhetoricis ... quibusdam libris ... insequor ut -am; quid enim *eqs.* fin. 3, 6. GREG. M. in Ezech. 1, 1, 17 p. 794A *prophetae* hoc (*sc. quod falso dixerunt*) ... per spiritum sanctum -ti ... corrigunt (*cf. 1, 1, 16* per prophetiae spiritum edoctus).

b *castigando, vituperando* (*acced. abl. instr. l. 61 al.* *inde mera notione corripiendi l. 64 sqq.*): TERT. cult. fem. 2, 9 p. 728, 5 Oe. castigando et castrando ... saeculo -imur a deo. HERM. vulg. vis. 2, 2 p. 9, 7 -etur *coniunx tua ...,* postquam improperaveris haec verba illi. PRISCILL. tract. 10, 132 p. 97, 11. HIER. epist. 21, 34, 6 dum mihi (*sc. deo*) et in captivitatibus -iris. RVFIN. hist. 3, 36, 7 eorum (*sc. leopardorum*) nequitiis magis -or (μαϑητεύομαι). AVG. civ. 10, 17 p. 430, 14 D. (*cf.* 10, 18 p. 431, 2). 18, 49 p. 333, 10 ecclesia ... laborum molestiis, temptationum periculis -itur (*cf.* 19, 9 p. 369, 15. in epist. Ioh. 7, 1 p. 2029p. med. [*syn.* exercemur]). in psalm. 54, 2 *al.* *praevalet ipsa corripiendi, castigandi notio* (*in* ITALAE *locis ubique gr.* παιδεύειν, VVLG. corripere): ITALA psalm. 38, 12 (Aug. in psalm. 122, 6. 7) pro iniquitate -isti hominem. 89, 10 (Sangerm. Veron.) quoniam supervenit mansuetudo super nos, et -emur (*cf.* AVG. in psalm. 89, 10 p. 1145med.). PSALT. Cas. 140, 5 *al.* VVLG. psalm. 104, 22. prov. 13, 24 qui parcit virgae, odit filium suum; qui autem diligit illum, instanter -it (19, 18. 29, 17. Sirach 7, 25 [*gr.* παίδευσον]). Ier. 31, 18 castigasti me et -tus (castigatus *Hier.*) sum, quasi iuvenculus indomitus (*cf.* HIER. in Ier. 6, 20, 3 p. 392, 15). *al.* AVG. in euang. Ioh. 12, 14 p. 1492a. med.

ad I A: acced. ad, in (*p. 830, 1. 2 al.*) *aliquam rem* (*mediopass. p. 830, 7. refl. p. 830, 14.* *abit hic illic in notionem q. e. adducere, permovere ad alqd.* [*v. e. g. p. 830, 11*]): CIC. Verr. II 3, 161 eos instituere atque -ire ad maiorum instituta, ad civitatis disciplinam, non ad tua flagitia neque ad tuas turpitudines debuisti. Font. 43 non litteris ... ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis ac victoriis (Manil. 28. *cf.* VEG. mil. 1, 10 p. 15, 1 *Romanos* tot bella et ... pericula ad omnem rei militaris -verant artem). rep. 2, 37. Tusc. 1, 64 *philosophia* nos ... ad illorum (*sc. deorum*) cultum, ... ad ius hominum, ... ad modestiam magnitudinemque animi -vit (-unt *K*1 *V*1*H*). OV. epist. 1, 112 *natum* in patrias artes. SEN. epist. 95, 33. 121, 5 *animalia* membra apte ... movent non aliter quam in hoc -ta (ITIN. Alex. 8 priusquam suos in hoc [*i. in pugnam Persarum*] -isset *Alexander.* CONC.S I 5 p. 261, 20 -ente nos ad hoc sancta ... scriptura [*cf. p. 149, 37* in hanc ... scientiam nos ... deducit. *gr. I 1, 6 p. 120, 17* παιδαγωγούσης ἡμᾶς εἰς τοῦτο]). PLIN. epist. 8, 18, 11 TERT. spect. 1 p. 1, 19. CLEM. ad Cor. 57 -imini ad paenitentiam (παιδεύϑητε εἰς μετάνοιαν). CYPR. ad Donat. 1 p. 3, 10 in divina praecepta. *al.* LACT. inst. 1, 1, 8 non ad virtutem, sed ... ad argutam malitiam iuvenes (4, 23, 9. *cf.* IVST. 16, 5, 13). 3, 27, 11. *al.* AMBR. hex. 6, 4, 17 p. 214, 6 ad relationem gratiae -ibat (*v. p. 828, 16*) adfectum. AVG. civ. 1, 8 p. 12, 29 D. flagellum dei ad patientiam ... bonos. *al.* PALLAD. hist. mon. I 17 p. 295A Dorotheus in monasterio ad ... pacem ... sorores -ens (*gr. p. 86, 6* τὴν ἀμαχίαν αὐταῖς μνηστευόμενος). *et talia saepe.* *refl.*: LACT. epit. 68, 4 -at se quisque ad iustitiam. ira 24, 1 nemo ... ad contemptum se dei -at.

B *res* (*urbes infra l. 34*): *i. q. instruere, docere* (*per meram transl.*): OV. am. 1, 14, 30 -it admotas ipse capillus acus. rem. 690 ut flerent, oculos -iere *puellae* suos. *i. q. excolere, limare*: PLIN. nat. 34, 56 *Polyclitus* consummasse hanc scientiam iudicatur et toreuticen sic -isse, ut Phidias aperuisse. *fere i. q. formare: exercendo*: TERT. ieiun. 5 p. 279, 28 ingratis ... esculentiora quaedam detracta sunt, puniendae simul gulae et exercendae continentiae causa, ut illa damnaretur, ista -retur. GREG. M. moral. 9, 34 p. 878A ut eorum (*iustorum*) vires certamen plenae probationis -at. LEANDER reg. 16 p. 889D carnales *virgines* spiritualium patientiam. *docendo*: TERT. patient. 12 p. 19, 15 dilectio ... cuius nisi patientiae disciplinis -itur? pudic. 1 p. 219, 9 *pudicitia* aliquatenus in saeculo morabitur, ... siquidem omne animi bonum aut nascitur aut -itur aut cogitur (p. 219, 11. *cf.* p. 219, 16). *fere i. q. cultiorem facere* (*sc. cura extrinsecus adhibita*): COD. Iust. 11, 63, 1 pr. (*a. 319*) quos (*agros*) nullis culturis *coloni* -ierunt. EPIST. imp. Const. (Corp. III 7000; *a. 323—26*) 14 quibus ... studium est urbes vel novas condere vel longaevas -ire vel intermortuas reparare. *acced.* in: *fere i. q. vertere in aliquem statum* (*ubique mediopass. praeter l. 42*): TERT. virg. vel. 1 p. 884, 24 Oe. *fructus* rudis aliquamdiu et informis ... -itur in mansuetudinem saporis ([*seq.: iustitia* componitur in maturitatem]. carn. 21 p. 460, 11 Oe. per florem et ex flore omnis fructus -itur [eruitur *plerique codd.*] in fructum). adv. Marc. 2, 17 p. 359, 10. PRISCILL. tract. 5, 90 p. 67, 23 *Christianus* illud quod in se fuerit sterile verbo domini fecundatum ... in omnem gratiam catholicae professionis -it.

II *i. q. docere* (*alqm., alqd.*): **A** *aliquem* (*civitatem infra l. 58; suppl. obi. l. 63 sqq.*): **1** de *aliqua re* (*de aliquo l. 52*): CIC. epist. 2, 12, 1 tuae litterae, quae me -ant de omni re publica (*i. certiorem faciant*). HIER. epist. 65, 1, 6 Aquila et Priscilla -unt et instruunt eum de via domini. VVLG. Luc. 1, 4 ut cognoscas eorum verborum, de quibus -tus es, veritatem (περὶ ὧν κατηχήϑης λόγων). HESYCH. in lev. 27, 16 p. 1168C. CASSIAN. inst. 12, 29, 1 qui de perfectione sitiunt -iri. CONC.S IV 2 p. 98, 2 *confiteor* unum eundemque filium ..., sicut olim prophetae de eo vel ipse nos Christus per semet ipsum dominus -vit (*sim.* IOH. MAXENT. Conc.S IV 2 p. 5, 11. EPIST. pontif. 937 Conc.S IV 2 p. 141, 3 [*gr. Mansi 7 p. 116C* ἐξεπαίδευσε]). GREG. M. moral. 3, 46 p. 623A de aeternitate. PASS. Max. 2, 1.
2 *quo quis doceatur, indicatur*: **a** *per inf.* (*nom. c. inf. l. 60; acc. c. inf. l. 61 sqq. 67*): CIC. ad Q. fr. 1, 1, 10 te usus ipse profecto -vit nequaquam satis esse ipsum has te habere virtutes. PLIN. nat. 33, 149 -ta civitate amare ... opulentiam externam. SIL. 7, 387 si factis nondum ... te cauta probare -iit Fortuna meis. HIER. hom. Orig. in Ezech. 13, 1 p. 442, 30 B. aliud quiddam -or intelligere 'Pharaonem' (*syn.* doceor). CASSIAN. conl. 17, 25, 9. *acc. c. inf.*: TERT. pudic. 13, 21 p. 245, 26 *ceteri* -iri haberent blasphemandum non esse (*cf. I Tim. 1, 20*). paenit. 3, 2 SVLP. SEV. epist. 1, 7. *supplendo obi.* (*in acc. c. inf. l. 67*): OV. fast. 3, 820 *Pallas* stantis radio percurrere telas -it. ANTH. 415, 54 spes hamis pisces, laqueo captare volucres -it. EPIPHAN. in cant. 81 p. 46 (*ad cant. 3, 7*) Abel ... pinguetudinem rationabilium eius (*ecclesiae*) ovium deo -vit offerri (*praeced.*: docentes eam [*sc. ecclesiam*] suam unusquisque virtutem). **b** *per enunt. interrog.*: POLLIO Cic. epist. 10, 31, 3 invidia -ire me potuit, quam iucunda libertas ... esset. *cf.* CIC. Tusc. 1, 107 (*coniunct.* docuerit). **3** *c. dupl. acc.*: *alqm. alqd.* (*personam: infra l. 80; pass. l. 75 sqq.*): VAL. FL. 2, 50 me (*sc. Tiphyn*) ... Tritonia cursus -iit. STAT. Theb. 10, 507. VVLG. Is. 40, 14 (*syn.* docuit, ostendit). EPIST. pontif. 286 p. 471A CASSIOD. hist. 7, 34 p. 1094B. IORD. Get. 39 eos sapientiam (sapientia *A*). 69 ethicam eos -ens. *passive* (*cf. p. 832, 67 sqq.; audacius l. 77*): GELL. 19, 12, 9 *homo imperitus* mala mercede doctus audaciam fiduciamque peccandi imitatione falsa -tus. TERT. patient. 3 p. 3, 16 cum de deo fit magister docens hominem evadere mortem, ob salutem scilicet veniam offensae patientiae -tus. adv. Marc. 2, 16 p. 356, 15 deum nos a prophetis ... -imur. pall. 3 p. 931, 9 Oe. AMM. 23, 6, 33 *Hystaspes* puros ... sacrorum ritus quantum colligere potuit -tus. CONC.S I 5 p. 207, 16. ALC. AVIT. epist. 7 p. 39, 3 vides ..., quod illic pariter -imur *eqs.* *et al.*
B *aliquid*: OV. met. 8, 215 *Daedalus* damnosas ... -it artes

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*sc. volandi; cf. p. 828, 61*). SIL. 11, 350. PRISCILL. tract. 1, 27 p. 23, 15 quidquid ... Patrepassiana *heresis* -iit. *-itur (i. 'docetur') ipsa res*: MART. CAP. 3, 231 oratio ... tribus gradibus -itur, id est ex litteris, syllabis et ex verbis (*alludit ad Manil. 2, 755* rudibus pueris monstratur littera primum *eqs.*).

part. perf. pass. **ˣērudītus,** -a, -um *pro adi.* (*vi verbali plus minus debilitata* [*cf. e. g. p. 832, 46 sqq.*]). erodit-: *v. p. 828, 12. compar.* -ior: *inde a* CIC. Pis. (*v. infra l. 21*) *saepe. superl.* -issimus: *inde a* CIC. Verr. (*v. infra l. 44*) *saepe.* SYNON. Cic. Char. gramm. p. 421, 6 B. doctus. litteratus. studiosus. -us. peritus. p. 442, 32. *de notione v. p. 828, 27 sqq.* GLOSS.^L II Philox. ER 22 πεπαιδευμένος, εὐπαίδευτος. III Abol. ER 10 doctus, litteratus. *al. legitur inde a* RHET. Her., CIC.

i. q. ***doctus, institutus;*** *artibus, litteris excultus*: **I** *c. certa in homines vel res relatione*: **A** *ponitur nude*: **1** *de hominibus* (*personate de sapientia v. infra l. 23. de feris v. infra l. 35*): **a** *adi.*: *α spectat ad homines variis disciplinis, litteris sim. imbutos (ad philosophos e. g. infra l. 21. 27. 45 al.), i. q.* πεπαιδευμένος (*ironice infra l. 21.* APVL. apol. 25 *al. vergit ad notionem q. e. callidus, versutus infra l. 36 sqq.*): *c. variis subst.*: CIC. Mur. 62 M. Cato auctoribus -issimis (*i. Stoicis*) inductus. Pis. 62 tu -ior quam Piso, prudentior quam Cotta. Phil. 13, 6 ne ego Sapientiam istam, quamvis sit -a, non audiam. Brut. 37 Phalereus ... adulescens -issimus (ad Q. fr. 3, 2, 3. *cf.* PLIN. epist. 2, 9, 3 iuvenem [GELL. 15, 9, 2 CORP. XIII 5006 *al.*]). Brut. 124 *civitas* (*cf.* APVL. flor. 20 p. 98 *Carthago*, ubi tota civitas -issimi estis). Tusc. 3, 22 quibus (*sc. Peripateticis*) nihil est uberius, nihil -ius, nihil gravius (MART. 4, 86, 4). Att. 14, 20, 3 epist. 13, 61. *saepe.* PRIAP. 41, 3 (*obscaene*) inter -os ficosissimus ambulet poetas (*cf. p. 835, 27*). LIV. 39, 8, 3 *de Graecis*: -issima omnium gens (SEN. dial. 6, 7, 3 [*opp.* barbari]). MART. 12, 97, 3. QVINT. inst. 4, 2, 45 cum ... lector ... sit ... -us, iudicem rura plerumque in decurias mittant. PLIN. epist. 5, 16, 8 est ... ille (*sc. Fundanius*) -us et sapiens (VVLG. II par. 2, 12). *al.* TERT. anim. 33 p. 356, 21 *iudicia humana* sicarium variis et exquisitis et iam praeter naturam -is feris dissipant. AVSON. 350, 3 *al.* QVEROL. p. 18, 6 ratiocinator -e, possessor rudis (*i. q. callidus, versutus. cf.* AMM. 31, 4, 4 -is [-us *trad.*] adulatoribus in maius fortunam principis extollentibus. PS. CYPR. aleat. 5, 2 p. 97, 1 sollicitos esse iussit *dominus* et providos atque -os, quoniam hostis ille antiquus circuit). ENNOD. opusc. 5, 18 p. 398, 14 felix et -us peccator. CORP. VIII 23243 INSCR. christ. Diehl 738. *et saepe. ?c. acc. gr.*: DIG. de conc. dig. 2, 9 cum oportet prius animas (animos? *Mommsen*) et postea linguas fieri -os. *acced. homo*: CIC. Verr. II 2, 126 h. elegantissimus atque -issimus, Verres (*cf.* II 4, 127). Mur. 66 *Panaetius* (leg. 3, 14 a magno h. et in primis -o, Panaetio [rep. 3, 4]). Arch. 3 pro summo poeta atque -issimo h. (18 QVINT. inst. 11, 1, 5). 4. Pis. 68 ingeniosum h. atque -um (SEN. suas. 6, 27). de orat. 3, 24 (*opp.* vulgus). Att. 12, 38, 4 epist. 13, 16, 4. *saepe.* SEN. dial. 5, 4, 5 (*opp.* pessimi). epist. 24, 5. 78, 28 Posidonius ait 'unus dies h. -orum plus patet, quam imperitis longissima aetas'. QVINT. inst. 1, 6, 9 *al.* AMM. 14, 6, 15. *et al. vir*: CIC. Mur. 75 fuit eodem ex studio v. -us ... et honestus homo et nobilis, Q. Tubero (*cf.* PLIN. epist. 94, 1 HIER. epist. 50, 3, 4). Tusc. 1, 6 *al.* VAL. MAX. 1, 8 ext. 2 *al.* SEN. dial. 12, 6, 3 perfecti et -i v. *professio.* nat. 6, 31, 3 -issimo et gravissimo v. cognitum (PLIN. epist. 9, 25, 2). COLVM. 1, 3, 9 PLIN. nat. 2, 162 QVINT. inst. 10, 1, 95. *al. et saepe. in compellatione*: HIER. epist. 49, 13, 1 o -issimi viri. *cf.* CLAVD. MAM. anim. praef. p. 20, 11 -issime virorum. *β ad artifices, certae cuiusdam disciplinae peritos* (*de militibus l. 63*): CIC. Q. Rosc. 29 illum (*Panurgum histrionem*) -um et perfectum existimabant (*cf. p. 828, 80*). Tusc. 1, 5 oratorem ... complexi sumus, nec eum primo -um, aptum tamen ad dicendum, post autem -um. 1, 41. HIER. epist. 57, 5, 5 Horatius ... -o interpreti praecipit (*Hor. ars 134* fidus interpres). *et al. de militibus*: VEG. mil. 1, 13 p. 17, 13. 2, 23 p. 57, 2 (*opp.* novi).

b *subst.* (*cf.* CIC. fin. 1, 26 *Epicurus* non satis politus *est* iis artibus, quas qui tenent -i appellantur. *-i distinguuntur a 'grammaticis'*: QVINT. inst. 1, 5, 25): *positivo*: RHET. Her. 4, 4, 7 facere (*sc. quae ex arte dicentur*) nemo poterit nisi -us (*opp.* rudis). CIC. de orat. 3, 60 omnium -orum testimonio. Lael. 6 (7); *opp.* vulgus. off. 2, 7 (*syn.* docti). *al.* VAL. MAX. 8, 7 ext. 9 SEN. nat. 2, 59, 2. epist. 94, 11 (*syn.* sciens). PLIN. nat. praef. 7. *saepe.* QVINT. inst. 1, 6, 45 consuetudinem sermonis vocabo consensum -orum ([*opp.* imperiti]. 10, 1, 130 *al.*). 10, 7, 21 (*de declamatoribus; opp.* stulti). 12, 10, 49 plurimi -orum (*cf.* SVET. Tib. 70, 2 plerique). PLIN. epist. 3, 13, 3 (*opp.* barbari). SVET. gramm. 4. APVL. flor. 3 p. 13 (*opp.* agrestis). *et saepe. compar.*: SEN. epist. 79, 15 (*opp.* imperitorum turba). PLIN. nat. 15, 46. 19, 25 CHAR. gramm. p. 129, 19 B. *superl.*: QVINT. inst. 9, 4, 9 -issimo cuique persuasum est (PLIN. epist. 2, 19, 9). PS. AVR. VICT. epit. 13, 8 *Traianus* magis ... -issimos quamvis ipse parcae esset scientiae ... diligebat.

2 *de rebus* (*fere de iis, quae ad hominum [praeter p. 832, 27] animos, mores, facultates [v. e. g. p. 832, 26], studia artesque [operaque inde oriunda] sim. pertinent; meton. de temporibus p. 832, 37*): *i. q. doctus, excultus* (*strictius fere i. q. subtilis, exquisitus infra l. 12. 30*): RHET. Her. 4, 27, 37 nihil Corinthis (*v. infra l. 46*) -a calliditas praesidii tulit. CIC. Flacc. frg. 2 (*de Graecis*) ingenita levitas et -a vanitas. de orat. 3, 96 ut *oratio* gravis, ... suavis, ... -a sit, ut liberalis ... polita *eqs.* (parad. 4 [*opp.* popularis]. QVINT. inst. 8, 3, 18. *cf.* Brut. 133. orat. 95 disputationes [117]. Att. 1, 19, 10 [*opp.* barbara quaedam et soloeca]. SEN. epist. 26, 6 sermo [QVINT. inst. 8, 6, 24 *al.* PLIN. epist. 9, 23, 2]. CHAR. gramm. p. 62, 21 B. *lingua* [*opp.* barbara. VVLG. Is. 50, 4]. AVSON. 419, 46 *de sententia*: vox [*aliter infra l. 12*]. *et al.*). orat. 119 *res digna* auribus -is (rep. 2, 69. QVINT. inst. 10, 1, 32 [*opp.* iudex ineruditus]. HIER. epist. 57, 1, 2. *sim. de subtilibus sensibus natural.*: CIC. parad. 38 *oculi.* COLVM. 8, 16, 4 docta ... et -a palata. *cf.* CIC. Brut. 6 voce -a et Romanis Graecisque auribus digna [HIER. epist. 47, 1, 2. *aliter supra l. 8*]). nat. deor. 2, 48 numquam -um illum pulverem (*sc. mathematicorum*) attigistis ([*cf.* MART. CAP. 6, 706]. *cf.* COD. Theod. 2, 26, 4 [*a. 385*] -a arte [*i. agrimensoria*]. 3, 36, 1 [= COD. Iust. 12, 30, 1; *a. 320*] *intenti* -is studiis). ad Q. fr. 1, 1, 42 theatrum (*i. 'spectatores'*) totius Asiae virtutibus tuis est datum (*v. app. crit.*) celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum, iudicio -issimum. 3, 3, 4 nostrum instituendi genus ... paulo -ius et θετικώτερον. LVCC. Cic. epist. 5, 14, 1 *animus* (*cf.* VAL. MAX. 3, 3 ext. 7 e pectoribus altis et -is [*opp.* servilis animus. 8, 12 ext. 1]. PETRON. 99, 3 feras ... mentes *ira* obsidet, -as praelabitur [*praeced.*: incultae ... regiones, ... aratro domefacta tellus]. PS. AVR. VICT. epit. 48, 9 ingenia [*opp.* simplicia]. AVG. adult. coniug. 1, 22, 28 p. 376, 10 corde [*al.*]. *et sim. al.*). SEN. epist. 47, 6 per pectus *avis* ... certis ductibus circumferens -am manum frusta excutit. PLIN. nat. 11, 80 tertium ... *araneorum* genus -a operatione conspicuum (*cf. Aristot. hist. an. 9, 39 p. 623ª, 8* τρίτον τούτων σοφώτατον). TAC. ann. 16, 18 habebatur *Petronius* ... non ganeo et profligator, ut plerique sua haurientium, sed -o luxu. PLIN. epist. 3, 5, 6 *de Plinii maioris libris*: opus diffusum, -um (*cf.* 5, 17, 2 recitabat *Piso* καταστερισμῶν -am ... materiam. SVET. Claud. 41, 3 HIER. epist. 134, 1). AVG. civ. 19, 1 p. 349, 10 D. partim -o otio, partim necessario negotio. MART. CAP. 9, 888 vs. 16 si -a placent ... sponsalia ..., docta ferat carmina Calliope. ENNOD. opusc. 6, 19 p. 409, 1 est in illis (*sc. Festo et Symmacho*) et magistra taciturnitas et -i forma silentii.

de temporibus (*v. p. 831, 83*): CIC. rep. 2, 18 ceteri qui dii ex hominibus facti dicuntur, minus -is hominum saeculis fuerunt, ... Romuli (*cf. l. 40*) autem aetatem ... iam inveteratis litteris ... fuisse cernimus. 2, 19 *de Romuli actate*: iam doctis hominibus ac temporibus ipsis -is ([*seq.* aetas ... exculta. *citat* AVG. civ. 22, 6 p. 561, 25 D. *et adnotat ibid.* p. 562, 4. 18, 24 p. 288, 29; *syn.* expolitis, *opp.* rudibus et indoctis. *al.*]. Tusc. 4, 4 Att. 12, 18, 1).

B *c. additamentis*: **1** *c. casu*: **a** *abl. instr.* (*v. etiam supra l. 19*): RHET. Her. 4, 53, 66 dolis malitiosa Kartago, viribus probata Numantia, disciplinis -a Corinthus ([*cf. etiam supra l. 2*]. CIC. de orat. 1, 180 BELL. Alex. 24, 3. *et al.*). CIC. Arch. 15 istā ... doctrinā, quam tu effers laudibus (Brut. 236 Graecis doctrinis [ac. 1, 4]. *al.*). Balb. 47 stipendiis, ... legationibus bellicis (*opp.* imperitum, rudem, ignarum). Planc. 22 *vicinitas* non fallax, non -a artificio simulationis. de orat. 1, 191 hominem acutissimum ... ingenio sed minime ceteris artibus -um (*al.* NEP. Att. 12, 4 optimis [APVL. Socr. 23 p. 175 bonis. *al.*]. CARM. epigr. 1570, 2. *et al.*). 2, 28 Graecis litteris (Brut. 107 cum ... Latinis tum etiam Graecis [SALL. Iug. 95, 3 CORP. IX 2340. *et al.*]. *al. cf.* Brut. 283 *Calvus* litteris ⟨erat⟩ -ior quam Curio. Att. 4, 16, 7 HIER. epist. 53, 3, 3 sacris [*al.*]. AVG. civ. 8, 10 p. 334, 23 D. ecclesiasticis [*opp.* surdus ... in rebus humanis]. *et al.*). ad Q. fr. 1, 1, 22 doctrina (*v. supra l. 47*) atque optimarum artium studiis -i (COD. Theod. 15, 7, 10 [*a. 385*] -a feminea musicae artis studio ... mancipia. *cf.* VENVL. dig. 21, 1, 65, 2 liberalibus [CORP. II 4465. *et al.*]. FIRM. math. 6, 24, 5. *et al.*). *al.* VITR. 1, 1, 3 ut litteratus sit *architectus*, peritus graphidos, -us geometria. *al.* COLVM. 11, 3, 65. MART. 5, 24, 2 Hermes omnibus -us armis (VEG. mil. 3, 1 p. 66, 20. *cf.* TERT. spect. 12 p. 14, 17 [*v. adn.*]). ARNOB. nat. 3, 31. COD. Theod. 9, 38, 6 (*a. 381*) sacrilegio (*i. in adulterina moneta facienda*). CASSIOD. var. 4, 51, 9 pantomimo ... assistunt ... chori diversis organis -i. *et al.* **b** *c. acc.* (*cf. p. 830, 75 sqq.*): CARM. epigr. 55 praescr. Eucharis ... docta, -a (*v. p. 828, 12*) omnes artes. GELL. 2, 21, 3 Graecas res -i erant. ORIBAS. syn. 1 praef. medicinam (*gr.* τοῖς ... τὴν ἰατρικὴν ἐκμαθοῦσιν). **c** *c. genet.* (*cf.* peritus; *syn. infra l. 74*): CORP. VIII 8500 (*a. 229*) artium liberalium, ... utriusq(ue) linguae perfecte -us, ... facundia praeditus (VI 10127, 3; *v. p. 451, 50*). HIER. epist. 20, 4, 4 Lucas ... Graeci sermonis -issimus ([*inde* ISID. orig. 6, 2, 37]. *cf. infra l. 81*). 52, 8, 1 (*syn.* peritus). *al.* PS. ARNOB. confl. 2, 14 p. 290ᴮ PS. BOETH. fid. cath. 129. **2** *c. praep.*: **a** *qua re* (*praep.* in): CIC. de orat. 1, 67 cum Sex. Pompeio -o homine in philosophia. PLIN. epist. 2, 13, 7 ingenium excelsum ..., -um in causis agendis. ITIN. [Silv.] 8, 4 in scripturis dei (9, 2 HIER. epist. 49, 18, 2). AMM. 28, 1, 33 Maximinum -iorem iam in sceleribus (CLAVD. DON. Aen. 2, 122 p. 163, 19 *al.*). HIER. epist. 126, 3 in lege domini. RVFIN. hist. 3, 24, 4 *Paulus* inter omnes apostolos -ior etiam in verbis videtur et in sensibus praepotens (ἐν παρασκευῇ λόγων δυνατώτατος νοήμασίν τε ἱκανώτατος. *cf. supra l. 73*). *et al.* **b** *ad quid* (*praep.* ad, in *c. acc.*): CIC. ad Q. fr. 1, 1, 16 fallaces sunt permulti

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Graeci et leves et diuturna servitute ad nimiam adsentationem -i (AMM. 15, 8, 2). TREB. trig. tyr. 18, 4 *Ballista* -us ad gerendam rem publicam. AMM. 14, 1, 2 -iores ... ad nocendum (*cf.* 29, 1, 27. OROS. hist. 1, 21, 21 exercitatioribus ... ad nequitiam atque -ioribus hominibus). 18, 6, 22. 23, 6, 83 *natio* audax et ad pulveres Martios -a (*cf.* VVLG. I par. 5, 18 ad proelia). CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 38, 28 (*gr.* ἔχομεν ἱκανῶς εἰς *eqs.*). **c** *ex aliqua re*: ITIN. Alex. 13 -io⟨r⟩ (*coni. Heraeus*, ardentior *al.*) fit audacia e confidentia praeiudicii. **3** *pendet infinit.*: TAC. Agr. 8 *Agricola* peritus obsequi (obsequii *Ritter*) -usque utilia honestis miscere. TERT. anim. 2 p. 300, 28 eloquii quidvis struere atque destruere -i.

II *indefinite* (*sc. neutr.* -um *c. verbo q. e.* esse): QVINT. inst. 6, 3, 98 ex historia ... ducere (*P*, docere *rell.*) urbanitatem -um est. 9, 2, 97 -issimum longe, si per aliam rem alia indicetur. TERT. apol. 45, 3 quid -ius, de maleficio an de maliloquio interdicere? quid instructius *eqs.*?

adv. ˣ**ērudītē**. *compar.* -ius: *l. 21. 23. al. superl.* -issime: *l. 20. 23.* [*ex coni.*: TERT. pudic. 8 p. 234, 4 (*si recte, fere i. q.* 'fabre').]

i. q. docte: CIC. orat. 40 Isocrates ... laudatur ... a nobis ... leniter et -e repugnante te. 174 litteris tuis -issime scriptis (*cf.* AVG. civ. 20, 23 p. 465, 6 D.). Cato 3 *M. Cato* si -ius videbitur disputare, quam consuevit ipse in suis libris. COLVM. 1, 1, 14. QVINT. inst. 1, 5, 36 illud -ius quaeritur, an *eqs.* PLIN. epist. 1, 9, 8 -issime ... et facetissime dixit (GELL. 18, 5, 12 [*NOX*; eludit(a)e *ΠZ*; lucide *Q, Hertz, Hosius*]. DIOM. gramm. I 395, 17). CHAR. gramm. p. 109, 14 B. DON. Ter. Ad. 31 'quam illa quae parentes' -e: non addidit in quem dicat *eqs.* MART. CAP. 3, 230. *et al.* *fere i. q. prudenter*: AVG. anim. 3, 14, 20 p. 376, 24 te ... *a rationis tramite* minus -e parumque consulte lubrico aetatis averteras. APRING. in apoc. 1, 3.

deriv.: erudibilis, eruditio, eruditor, eruditulus, eruditus, (-ūs). *compos.*: in-, co-, pereruditus.

[? **erudis**: GLOSS. II 232, 36 ἀπαίδευτος indoctus inrudis -is (ineruditus rudis *e*). NOT. Tir. 75, 68.]

ˣ**ērudītio**, -ōnis *f.* *ab* erudire. GLOSS.[L] II Abav. ER 19 disciplina doctrina. Philox. ER 21 παιδεία. GLOSS. διδασκαλία, παίδευσις. *in Graecis respondent*: ἐμπειρία: *v. p. 834, 37.* ἐπιστήμη: HIER. interpr. Iob 32, 6 (VVLG. sententia). παιδεία: *v. l. 55. 82. p. 834, 2. 4.* ITALA Is. 50, 5 (Rufin. Orig. in exod. 3, 2 p. 164, 2 B.) -o ... domini (VVLG. dominus deus). PRISC. rhet. 7, 24 p. 557, 17 *al.* παίδευσις: *v. p. 834, 14.* *legitur inde a* CIC., *deest poetis.* [*dub.*: GELL. praef. 3 *annotationes*, quas ... ⟨ex⟩ -bus (auditionibus *Gronovius*) lectionibusque ... fecera-mus. *corrupte*: *v. l. 8.* *recte trad.*: COD. Theod. 8, 4, 8, 1 (*a. 364*) suscribendarii ... exercitatione quantulacumque -is (*R, Krueger*; eruditi *Mommsen*).]

I *i. q. actio erudiendi, fere i. q. institutio, tam de ipsa actione erudiendi quam de statu et condicione, qualem -o parat* (*huc pertinere possunt nonnulla exempla quae sub II dedimus*): **A** *sensu latiore*:

1 *in universum* (*per pleonasmum l. 57*): CIC. ad Q. fr. 3, 1, 14 de eius -e quod labores, nihil est, quoniam ingenium eius nosti, studium ego video. QVINT. inst. 2, 3, 10 potiorem in scholis -em esse quam domi. 8 prooem. 3. MARCIAN. dig. 30, 117 puerorum (*cf.* DIG. de conc. dig. 2 pr. iuventutis). GELL. 11, 7, 3 vitium ... serae -is, quam Graeci ὀψιμαθίαν appellant (*cf.* TERT. anim. 54 p. 387, 17 postumae). 13, 17, 1 'humanitatem' appellaverunt id propemodum, quod Graeci παιδείαν vocant, nos -em institutionemque in bonas artis dicimus. TERT. idol. 10 p. 40, 24. PRISCILL. tract. 10, 138 p. 101, 4 ad doctrinam nostrae -is. AVSON. 419, 22. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 105, 23 B. interior visus nisi -e et industria ... exercitatus (*al.*). Orig. princ. 2, 11, 6 p. 190, 3 *de paradiso*: velut in quodam -is loco et ... auditorio vel schola animarum. *al.* COD. Iust. 1, 17, 2, 11 totius -is prima fundamenta atque elementa ponere. *al.* ORIG. in I reg. 7 p. 13, 7 B. (*coniunct.* emendationi). *et al.*

epitheta selecta: prima: RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 91, 11 B. puerilis: SCHOL. Cic. Bob. p. 345, 9 St. postuma: *v. supra l. 53.* rationabilis: RVFIN. Orig. in exod. 2, 2 p. 156, 19 B. scolaris: RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 119, 12 B. sera: *v. l. 52.*

2 *c. indicatione generis -is: per genet. obi.* (*attributum l. 73*): TERT. paenit. 6, 3 -em non delinquendi. anim. 24 p. 338, 6 obliviscetur feritatis leo mansuetudinis -e praeventus. LACT. inst. 4, 26, 11 iustitiae. HIL. myst. 32, 2 p. 24, 27 ad veram spei nostrae ac fidei -em (*antea*: ad f. confirmationem). PRISCILL. tract. 1, 2 p. 4, 10 credendi. COD. Iust. 2, 7, 22, 4 legum -i ... inhaesisse (INST. Iust. de inst. promulg. 3. *cf.* DIG. de conc. dig. 2 pr. viam -is legitimae ... ambulare). *et al.* *per inf.*: PRISCILL. tract. 1, 34 p. 28, 25 illis ... confusio sit omne quod legerint, nobis -o intellegere quod scribtum est. 3, 61 p. 48, 1 ut mihi apostolum sequi non -o fidei (*v. l. 71*) fuerit.

B *sensu strictiore ap. Christ. de ea -e quae puniendo, castigando, increpando paratur* (*acced. genet. obi. l. 82. p. 834, 3; subi. l. 84.* *cf.* RVFIN. Basil. hom. 5, 5 p. 1765[D] disciplina vel -o est institutio quaedam cum labore adhibita animae. AVG. in psalm. 118 serm. 17, 2 p. 1548[init.] per molestias -o): ITALA Iob 20, 3 (Aug. in Iob p. 550, 12) -em confusionis meae audiam ([παιδείαν ἐντροπῆς, VVLG. doctrinam, qua me arguis]. *aliter c. genet. subi.*: GREG. M. moral. 2, 78 p. 593[C] intima confusione vastamur; ... eiusdem confusionis -e discimus, ne nostris viribus consilia nostra tribuamus). ITALA psalm. 49, 17 (Aug. in psalm. 49, 24 p. 580[fin.], Veron.) odisti -em (παιδείαν, VVLG. disciplinam). Is. 53, 5 (Aug. civ. 18, 29 p. 295, 10 D.) -o pacis nostrae in eo (*sc. in Christo*); livore eius nos sanati sumus (παιδεία, VVLG. disciplina). FILASTR. 79, 6 *al.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 2 p. 322, 9 B. *al.* AVG. civ. 22, 22 p. 604, 24 D. in euang. Ioh. 7, 7 p. 1441[med.] *al.* VITA Caes. Arel. 2, 34 p. 496, 21 flagellis -is suae caedebat. *et al.*

II *metonymice*: **A** *de doctrina quae -e acquiritur* (*spectat ad certam certae rei scientiam e. g. l. 30. 34 sqq.* *personate l. 41. in allocut. honorifica infra l. 42*): CIC. de orat. 1, 17 accedat eodem (*sc. ad artem dicendi*) oportet lepos quidam facetiaeque et -o libero digna (*cf.* TAC. dial. 30, 10). 2, 1 (*syn.* doctrina). ac. 1, 4 sine -e Graeca (AVIAN. fab. praef. p. 4. VITAE patr. 5, 15, 7 [*gr. Cot. p. 354* παίδευσις]). Tusc. 2, 27 nos ... hanc -em liberalem et doctrinam putamus ([*sc. cognitionem poetarum*]. off. 1, 119. *et al. v. vol. V 1, 1800, 68*). div. 2, 130 ad haec (*sc. ad somniorum coniectionem*) mediocri opus est prudentia an et ingenio praestanti et -e perfecta? (PLIN. nat. 2, 93 TAC. dial. 16, 1 *al.* PLIN. epist. 4, 15, 7). *al.* SEN. dial. 2, 14, 1 aeque inprudens animal est *mulier*, et nisi scientia accessit ac multa -o, ferum (QVINT. inst. 1, 4, 6 HIER. epist. 64, 22, 1. *et al.*). 5, 17, 2 quos (*barbaros reges*) nulla -o, nullus litterarum cultus imbuerat (TAC. dial. 14, 7). epist. 47, 1 (*antea*: prudentiam). COLVM. 11, 1, 1. PLIN. nat. praef. 11 te (*sc. Titum imperatorem*) ... summa eloquentia, summa -e praeditum (SVET. Cal. 53, 1 ex disciplinis liberalibus minimum -i, eloquentiae plurimum attendit. APVL. apol. 58). 35, 134 ut in ipsa pictura -o eluceat. *al.* QVINT. inst. 1, 6, 31 *etymologia* continet ... in se multam -em. *al.* TAC. dial. 26, 8 *al.* SVET. gramm. 6 variae -is aliquot volumina. TERT. idol. 10 p. 40, 17 videamus ... necessitatem litteratoriae -is (*cf.* CASSIOD. var. 10, 3, 4 litterarum; *seq.* notitia. *aliter v. infra l. 55*). AVR. VICT. Caes. 8, 8 *bonus quisque* elegantiae ... atque -is sumat auctoritatem ([*v. adn.*]. 40, 13). *al.* AVSON. 419, 17 -em ... naturae, quam deo et patri et tibi debes *eqs.* HIER. epist. 64, 21, 2 omnium rerum ([*opp.* dei scientia]. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 103, 2 B.). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 50, 2 p. 41, 20 quod ad climatam pertineat -em (*sc. in citharizando. gr. p. 460*[B] ἐμπειρία). MART. CAP. 4, 335 Varronis ... -o industriaque. *al.* COD. Theod. 11, 16, 15 (= COD. Iust. 10, 48, 12, 1; *a. 382*) rhetores atque grammaticos -is utriusque (*i. Atticae Romanaeque linguae*). *et saepe.* *personate*: INSCR. Riv. Indo-greco-ital. 8 (1924) p. 153 (*Baiis; s. I ex.*) -i publicae r⟨eligio⟩num compte⟨m⟩trici gymnasia ⟨coll⟩egia. *in allocutione honorifica*: PLIN. epist. 4, 14, 4 erit -is tuae cogitare *eqs.* 7, 27, 14. SYMM. epist. 1, 105 committo -i tuae ... libellum. AVG. in psalm. 149, 14 p. 1957[p. med.] scit charitas vestra et -o ..., quoniam *eqs.* serm. coll. Morin p. 334, 25 christiana mecum -o vestra consideret. serm. 351, 2, 2.

B *de artibus, disciplinis, praeceptis, quae in -e docentur*:

TERT. bapt. 5 p. 205, 22 nam et **esiētōs** (*B* [*i. ed. Mesnartii, vulgo Gagneiana*; et scetos *T*]. *an* hes-? *gr.* ἐσιήτας [*syn.* ποταμοφορήτους, *v. l. 20 sq.*]) et lymphaticos et hydrophobas vocant, quos aquae necaverunt aut amentia vel formidine exercuerunt (*v. Borleffs ad l., ubi plura; ad rem cf. Dölger, Antike u. Christentum I p. 174 sqq.*).

1. ēs(s)ito, -āvi, -ātum, -āre. [*ab* edere, esus. *W.*] *scribitur* ess-: PLAVT. Capt. 188 Pseud. 830 CATO agr. 157, 10 APVL. met. 1, 19 *v. infra l. 39.* 9, 36 *v. l. 41 sq. v. et l. 27. 45.* GELL. 9, 6, 3 ab eo quod est 'edo' et 'iungo' ... '-o' et 'iunctito', quae sunt eorum frequentativa. GLOSS. comedit (frequenter). essetabant comedebant. *fere i. q. comedere* (*acced.* ex: *l. 37*; de: *l. 38*; *absol. infra l. 39. 40. 42*; *de bestiis* [*i. q. devorare*]: *infra l. 41*): ENN. frg. var. 113 (*ex Euhemero*) *v. infra l. 43.* PLAVT. Capt. 188 sentisne -as? Pseud. 830 *v. p. 854, 22.* Sat. frg. 1 (Paul. Fest. p. 45) catulinam carnem (*v. infra l. 44*) -visse Romanos Plautus in Saturione refert. CATO agr. 157, 10 lotium conservato eius qui brassicam -arit (*inde* PLIN. nat. 20, 83 -verit [*F²*, hesit- *d*, aestim- *E*]). VARRO Men. 250 dulcem aquam bibat salubrem et flebile -et (*Iunius*, set *codd.*) cepe. PLIN. nat. 31, 89 salem cum pane -asse eos (*sc. veteres*) proverbio apparet. GELL. 4, 11, 1 Pythagoram philosophum non -visse ex animalibus. 4, 11, 9 de κνάμῳ non -to. 11, 7, 3 furfureum panem. APVL. met. 1, 19 eum ... avide -antem (essi-, s *altera add. ead. m. F*; esi- *φ*) aspiciens *eqs.* 7, 27 nunc iste ... insatiabilem ... ventrem semper -ando distendit. 9, 36 canes ... feros ... adsuetos abiecta per agros -are (essic- *F*, exsicc- *φ*) cadavera. 10, 16 securus -bam. LACT. inst. 1, 13, 2 (*ex Ennio, v. l. 29 sq.*) scriptum ... in sacra historia: Saturnum et Opem ceterosque tunc homines humanam carnem (*v. l. 32*) solitos -are (*PV*, ess- *R¹S*, vescitare *H*, *sim.*). HYG. astr. 2, 30 postea Syros ... destitisse pisces -are ([*HPD¹*, h(a)es- *M¹R*, edere *D²M²*]. 2, 41).

2. ēsito *v.* haes-. [*?* pilopus est **esmauldum** GLOSS. V 622, 51.]

esocīna, -ae *f.* *cf.* esox *et* piscina. NOT. TIR. 112, 96.

ēsor, -ōris *m.* *ab* edere (esus). *is qui edit*: FRONTO p. 226, 10 N. avum ... prandiorum opimorum -em optimum fuisse.

esōtericus, -a, -um, ἐσωτερικός. AVG. epist. 135, 1 p. 90, 15 philosophiam ... quam ipse Aristoteleo more tamquam -am (soteri- *TDKP¹*, socrati- *C* [iso- *m. 2*], esocrati- *rell.*) fovere consueveras.

esox (-ō-?), -ocis *m.* [*vocab. gall., i. q. hibern.* eo, *corn.* ehoc '*Lachs*'. *W.* (*cf. gr.* ἴσοξ).]. *scribitur* is-: *infra l. 64* (ix-). *l. 67. 72. 74. 75.* ISID. orig. 20, 2, 30 -em (ysucem *BK*) piscem quendam dictum, ex quo primum isicia facta sunt. *de prosodia*: PS. PRISC. gramm. III 526, 3 ox syllaba finita breviantur ut ... -x, atrox, celox et in obliquis producuntur ... -is, atrocis *eqs. at* -ōcem PAVL. PETRIC. *infra l. 68.* VEN. FORT. Mart. 4, 300. NOT. Tir. 112, 95 -x. [*vix huc pertinet*: PLIN. VAL. 5, 1 ysices et pectines *eqs.*] *genus maioris cuiusdam piscis in Rheno* (*v. l. 65*) *flumine viventis, salmonis specie* (*cf. l. 70*): PLIN. nat. 9, 44 fiunt et in quibusdam amnium haut minores *pisces*, silurus in Nilo, -x (*Gel.*, ixox *DFR¹E¹*, exos *R²*, esos *E²*) in Rheno ... inertia pinguescens ad mille aliquando libras. SVLP. SEV. dial. 3, 10, 4 ad primum iactum in rete permodico immanem (*v. l. 71*) -em (esohascem *in ras. F*, isocem *M*) diaconus extraxit (*cf.* PAVL. PETRIC. Mart. 5, 676 ad litora traxit congaudens -em. VEN. FORT. *v. l. 60*). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 15 (*inter natantia*) -x, salmo. GREG. TVR. glor. conf. 5 p. 752, 17 invenit *piscator* ... immanem (*v. l. 67*) -em in lapsum suum. ANTHIM. 41 p. 18, 11 cutem ... -is (esoci *P*, isoce *ex* isice *g*, isici *H*, isicii *GB*, sicci *Al*) ipsius ... frixum ... non manducetur. *ibid. l.* 12 de -e (essoce *l*, esociis *P?*, isoci *g*, isice *H*, aesece *G*) vero ... comedatur. 45 p. 19, 10 teccones dicuntur esse filii -um (*GAP*, isocum *gH*).

espectara *v.* spectrum. **espio** *v.* spio. **espīritus** *v.* spiritus.

espuo *v.* exsp-. **esquilentum** *v.* esculent- *p. 859, 37.*

esquilis NOT. Tir. 102, 88 (esculis *L²*, *cf. adn.* '*fort. ad* aesculus' [*v. l. 4 sq. et vol. I 1082, 68 sqq.*], *ubi confertur et* 102, 89 esquilis et aquila; *an* Esqui-?, *v. Onom.*).

[**esebon** (*nomen bibl.*) cogitatio maerorum GLOSS.ᴸ Corp. E 308. *v. Onom. s.* Hesebon.]

esseda, -ae *f.*, *v.* essedum *p. 861, 65.*

essedāria *v.* essedarius *p. 861, 56.*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

***essedārius**, -ī *m.* (-a, -ae *f. v. infra l. 56*). *ab* essedum. *voc.* (-ari): *v. l. 8.* *de scriptura: notatur in tit.* (*audi nom. sg., nisi compendia soluta habes*): essed: CORP. IV 2508[7] (⟨I⟩I⟨SSI⟩ID). 4334 VI 33952 INSCR. *infra l. 52.* essd: IV 4386. 4393. esse: IV 4280 IISSII (*sic et*: 4301). 4333 IX 466 XII 3323. 3324. ess: IV 4296 (IISS). 4413. VI 631 *bis.* ess(edarium): IV 4295. ess(edarii): IV 2508[26]. ese: IV 4281 (IISII). es: IV 4291 (IIS). INSCR. *infra l. 51.* (*voc.* es(sedari)). *gr.* ἐσ: INSCR. *infra l. 53 bis.* *perscript.: infra l. 60.* assidarius: CORP. XIII 1997 ([-o]. ἀσσεδαρίων: INSCR. *infra l. 55.* ARTEMID. oneirocr. 2, 32 p. 129, 5 H. [*inter genera gladiator.*]: ὁ δὲ ἀσσιδάριος, *sic L* [ἀριδαρ- *V*]). ⟨ἐ⟩σσεδάριοι: INSCR. *infra l. 40.* [*dub.*: PLIN. nat. 37, 140 -is staticula, equorum ornamenta (*Mayh.*; ederas *Fdh*, *om. B*; esseda et *Barbarus*). CORP. III 8419 INSCR. christ. Diehl 3752 (*cf. adn.*).]

1 *sensu stricto: qui ex essedo pugnat* (*de re v. Blümner, röm. Privataltert. p. 460 sq.; Pollack, PW VI 684, 59 sqq.; Ruggiero, diz. epigr. II 2, 2167 sq. al.*): **a** *in re militari* (*nota lusum verb. inter* '-os *Brit.*' *et* '*gladiatores*' [*v. infra l. 27*] *intercedentem: infra l. 22.* *v. s.* essedum *1, l. 75 sqq.*): CIC. epist. 7, 6, 2 in Britannia ne ab -is decipiaris caveto. 7, 10, 2 tu in re militari ... es *cautus* ... qui neque ... natare volueris studiosissimus ... natandi, neque spectare -os, quem antea ne andabata quidem defraudare poteramus (*v. supra l. 18*). CAES. Gall. 4, 24, 1 praemisso equitatu et -is, quo ... genere in proeliis uti consuerunt (*cf.* 5, 15, 1 equites hostium -ique [*sc. Britannorum.* frg. Serv. auct. georg. 3, 204 multa milia equitum atque -orum habet; *cf. infra l. 28. 84*]). 5, 19, 1 milibus circiter IIII -orum relictis. 5, 19, 2. **b** *de gladiatoribus* (*cf.* SERV. auct. georg. 3, 204 [*post cit.* CAES., *v. supra l. 25*] hinc [*ab* 'essedum'] et gladiatores -i dicuntur, qui curru certant. *v. Friedländer, Sittengeschichte IV[10] 265 sq.*): *α masc.* **-us**: SEN. epist. 29, 6 'nescio ... quid de gradu (*i.* '*pedibus*') faciat', tamquam de -o interrogaretur. PETRON. 36, 7 ut putares -um hydraule cantante *pugnare* (*cf. Friedländer, l. c. II 73, adn. 8*). SVET. Cal. 35, 3 -o Porio ob prosperam pugnam servum suum manumittenti (*v. l. 49*). Claud. 21, 5. CORP. IV 2508[26] v(icit) Herma Iul. IV, m(issus) Quintus Petillius ... ess(edarii). 4280 esse(darius) Philippus Tettia VIII ɔ VIII (*i. victoriarum* [*an* '*pugnarum*'?] *VIII, coronarum VIII. item*: 4333. 4386. VI 33952 Maximus Iulian. essed(arius) XXX [*an* XXXX?] ɔ XXXVI. IX 466, 21 esse(darius): Inclutus Arr. V ɔ II. INSCR. graec. Rom. Cagnat I 840[A], 1 [*Thasi*] ⟨ἐ⟩σσεδάριοι ... Ἑκαταίας ἐνίκα α' [?], ἀπελύθη [*v. infra l. 49*]. Αἰγίπαν Ἑκαταίας νι(κῶν) θ', στε(φανῶν) αι' [νι(κήσας), στε(φανωθεὶς) *ed.* INSCR. graec. XII 8, 547[1]]. *cf.* CORP. XII 3324 muner(e) C. Pomp(ei) Mart(ialis) esse(darius) lib(eratus) [*v. l. 49*] Faustus, ɔ XXXVII n(atione) Arabus. XIII 1997 d. m. et memoriae ... Hylatis dymachero sive assidario [*v. supra l. 9*] p(ugnarum) VII, ru(di) I). IV 4295 Amaranthum ess(edarium) (4296). *al.* (*v. ind. p. 758 et cf. adnot. p. 521*). VI 631, 8 (*a. 177*) dec(uria) I: Borysthenes Thr(ex) vet(eranus), Clonius hopl(omachus) vet., ... Zosimus ess(edarius) vet., Plution ess(edarius) vet. (*seqq.* ret(iarius), mur(millo)). XII 3323 Beryllus esse(darius), lib(eratus) (*v. l. 34. 40. 43. 53*) XX (*sc.* '*pugnā*'), nat(ione) *eqs.* INSCR. (17. Ber. d. röm.-germ. Komm. 1927) p. 211 n. 366 (*Col. Agr.*) have Cimber es(sedari) et Pietas Exsocho essed(arius) sodali ... ⟨pos⟩uit. INSCR. Dessau 5086 adn. ἐσ(σεδάριος) ἐλ(εύθερος) (*v. l. 49*) Ἡρόφιλος ..., ἐσ(σεδάριος) δοῦ(λος) Σκάπλας κτλ. INSCR. graec. Rom. Cagnat I 207 (*Romae*) Μαργαρίτης πᾶλος πρῶτος (*i.* '*palus primus*') ἀσσεδαρίων, εἶτα ἐπιστάτης. *β fem.* **-a**, -ae: PETRON. 45, 7 *Titus* habet et mulierem -am et dispensatorem Glyconis.

2 *sensu laxiore*: ? **a** *de eo, qui esseda fabricatur* (*cf.* cisiarius *vol. III 1190, 77*; raedarius): CORP. VI 4335 C. Iulius Iucundus -us, v(ixit) a(nnos) XXV, filia patri ('*faber ut puto*' *Dessau nr. 7627[a]* [*cf. et Marquardt, Privatleben, p. 727 adn.*]; *vix ad b pertinet* [*sic Blümner l. l. p. 462 adn.*]). **b** *de rectore vehiculi*: GLOSS.[L] V Abba ES 3 -us mulio vehiculi (*v. et l. 61*).

***essedum**, -ī *n.* [*vocab. gall., cf. c.* in *et* sedere. *W.*] *de formis*: esseda, -ae *f.*: SEN. *p. 862, 26.* IORD. *p. 862, 7.* *fort. et* GLOSS.[L] III Abstr. EX 66 exeda basterna (*sic etiam* V Aa E 553; *pro plur. accipit Lindsay* basterna⟨e⟩ *scribens*). *de notione*: ADNOT. Lucan. 1, 426 (*ad* 'Belga covinni') genus vehiculi covinnum, hoc etiam -um dicitur, quod Belgi invenerunt (*seq. Verg. infra l. 83; cf. et l. 84. p. 862, 1*). GLOSS.[L] III Abstr. ES 1 -um vehiculum (V Abba ES 1). *al.* *inde a* CIC., CAES. [*corr. ex* essequo: FEST. p. 154.]

genus vehiculi a Celtis (Gallis, Britannis) usurpatum primitus (v. s. 1, infra l. 75), deinde a Romanis aetate Cic., ut vid., acceptum (v. s. 2, p. 862, 9; apud posteriores quemlibet currum significat [v. e. g. p. 862, 38]. ad rem cf. libros l. 15 sqq. allatos): **1** *stricto sensu de curru Celtarum in pugnis adhibito* (*v. et* essedarius *1, l. 15 et cf.* covinnus [*v. l. 68. p. 862, 8*]; *coniunct.* pilentum *p. 862, 3*; petorritum *p. 862, 3 sqq.*; *opp. ut vid.* carrus *p. 862, 6.* *nota de curru falcato p. 862, 7*): CAES. Gall. 4, 32, 5 *Britanni* simul equitatu atque -is circumdederant *Romanos* (5, 9, 3). 4, 33, 1 genus hoc est ex -is pugnae ([*describitur fusius in seqq.*]. *ibid.* cum se inter *equites* ... insinuaverunt, ex -is desiliunt et pedibus proeliantur [5, 16, 2. 17, 4]). VERG. georg. 3, 204 *equus* Belgica ... molli melius feret -a collo ([SERV. *ad l.*: Gallicana vehicula; auct.: vehiculi vel currus genus, quo soliti sunt pugnare Galli; *v. p. 861, 25*]. *cf.* SIL. 3, 337 *Asturco* molli pacata celer rapit -a collo). HOR. epist. 2, 1, 192 -a festinant *per scaenam*, pilenta, petorrita, naves ([*cf.* PORPH. = SCHOL. *ad l.*]. *cf.* PLIN. nat. 34, 163 *Galli* coepere ... et -a sua colisataque ac petorita exornare *eqs.*). LIV. 10, 28, 9 (*de Gallis*) -is carrisque superstans armatus hostis. PERS. 6, 47. *nota* (*v. p. 861, 79*): IORD. Get. 2, 15 curribus falcatis, quos more vulgare -as vocant (*ex Mela 3, 52; ubi* covinnos).

2 *laxiore usu* (*ex Romanorum parte*): **a** *de viatorio vehiculo* (*in gestationem faciendam l. 31. 35; audacius de Bacchi tigridum curru* [*v. p. 861, 74*]: *infra l. 38.* *cf.* raeda [*coni. infra l. 16*]; *opp.* covinnus: *infra l. 30*; *syn.* carpentum *infra l. 46*): *α proprie*: CIC. Phil. 2, 58 vehebatur in -o tribunus plebi (*sc. Antonius*), lictores ... antecedebant, inter quos aperta lectica mima portabatur (*cf.* Att. 6, 1, 25 Vedius venit mihi obviam cum duobus -is et raeda equis iuncta et lectica et familia magna. SEN. frg. 48 H. lectica et -a deaurata [*v. infra l. 21*] *matronis necessaria*). Att. 6, 1, 25. epist. 7, 7, 1 -um aliquod capias ... et ad nos quam primum recurras. IMP. AVG. Suet. Aug. 76, 1 nos in -o panem et palmulas gustavimus. PROP. 2, 1, 76 si te (*Maecenatem*) ... meo ducet via proxima busto, -a caelatis siste Britanna iugis (*cf.* SVET. Claud. 16, 4 -um argenteum sumptuose fabricatum. *v. et supra l. 17*). 2, 32, 5 te Herculeum deportant -a Tibur. OV. am. 2, 16, 49 parva ... rapientibus -a mannis. Pont. 2, 10, 34 (*opp.* rate). FEST. p. 154 *v. p. 858, 21 sq.* (*Paul.*: in vehiculo). SEN. epist. 56, 4 in his quae me sine avocatione circumstrepunt, -as (*LVPb*, eredas *p*; raedas *Buech.*, et raedas *Heraeus*; *v. p. 861, 65*) transcurrentes pono et *eqs.* (*cf.* CLAVD. carm. min. 18, 18 -a ... multisonora. SIDON. epist. 2, 10, 4 vs. 24 stridentum ... -orum). MART. 1, 104, 8 -a quod trahunt bisontes. 4, 64, 19 *v. vol. VI 2, 1957, 63.* 12, 24, 2 (*opp.* covinnus; *v. vol. IV 1094, 63 sq. et cf. supra l. 12*). 12, 57, 23 *tibi, Sparse est* intra ... limen latus (*β*, clausus *γ*) -o cursus (*v. supra l. 10*). SVET. Cal. 19, 2. 26, 2 quosdam *senatores* summis honoribus functos ad -um sibi currere togatos ... passus est. 51, 2 cum trans Rhenum inter angustias densumque agmen iter -o faceret. Claud. 33, 2 solitus etiam in gestatione ludere, ita -o alveoque adaptatis, ne lusus confunderetur (*v. supra l. 10*). Galba 6, 3 imperatoris. *al.* SYMM. or. 3, 6. SIDON. carm. 22, 23 *Euan* vite capistratas cogebat ad -a tigres (*v. supra l. 10*). *et al.* *β per meton. de solvendo mutandoque curru post unius diei iter peractum*: MART. 10, 104, 7 citatus altam Bilbilin et tuum Salonem quinto forsitan -o videbis (*i. fere* '*V° die*').

b *de vehiculo oneribus vehendis destinato, fere i. q. plaustrum* (*syn.* serracum *l. 47; in imag. l. 44*): AVSON. 413, 32 paratum iam fore heroicorum versuum plenum -um (aess- *G*, ese- *M*; *v. l. 43*). PRVD. perist. 10, 156 lapis nigellus (*i. Cybeles simulacrum*) evehendus -o ([*vs. 154* carpentum *eodem sensu*]. *cf.* SIDON. epist. 4, 18, 1 nullae ... sarcinae ad praedium ex oppido ductae, nulla serraca, nulla -a subvehendis oneribus attrahebantur). *K.-M.*

essentia**, -ae *f.* *ab* esse (*secundum analogiam* 'differentiae' *sim.* [*Leumann, Laut- u. Formenlehre p. 193*]. *cf.* AVG. civ. 12, 2 p. 514, 22 D. sicut ... ab eo, quod est sapere, vocatur sapientia, sic ab eo, quod est esse, vocatur -a [trin. 5, 3, 2 SIDON. epist. (carm. 14), 4]). *vocabulum novatum a* CIC. (*v. et l. 54*). *de origine* (QVINT. *locis infra allatis Verginii Flavi nomen latere suspicatur Spalding, Abh. Berl. Akad. 1804—11, ph.-h. Kl. p. 1 sqq.*; Sergii Plauti *Schöll, Berl. phil. Woch. 16, 1896, 93; cf. Teuffel-Kroll[7], § 266, 9 p. 159*): CIC. frg. inc. K 10 M. (SIDON. epist. [carm. 14], 4 lecturus es hic etiam novum verbum, id est -am, sed scias hoc ipsum dixisse Ciceronem. nam et '-am' nec non et 'indoloriam' novavit addens:) licet enim novis rebus nova nomina imponere (SEN. epist. 58, 6 C ...; si recentiorem quaeris, Fabianum. CHALC. comm. 27). QVINT. inst. 2, 14, 2 haec interpretatio non minus dura est quam illa Plauti '-a' et 'queentia'. 3, 6, 23 οὐσίαν, quam Plautus -am vocat. 8, 3, 33 multa ex Graeco formata nova ac plurima a Sergio Flavo, quorum dura quaedam admodum sunt, ut 'queens' et '-a'. AVG. mor. Manich. 2, 2, 2 ut nos iam novo nomine ... vocamus -am ..., ita veteres, qui haec nomina non habebant, pro -a et substantia 'naturam' vocabant (*sim.* civ. 12, 2 p. 514, 22 D. trin. 7, 6, 11[med.]). *de scriptura*: GRAMM. suppl. 293, 5. *plural.*: *p. 863, 30. 47. 64.* *cf.* essentialis *p. 864, 45.* ***de significatione: HIL. syn. 12 p. 490[A] -a est res quae est, vel ex quibus est, et quae in eo quod maneat subsistit. dici autem -a, et natura, et genus, et substantia uniuscuiusque rei poterit. proprie autem -a idcirco est dicta, quia semper est ... cum ergo -am dicimus significare naturam vel genus vel substantiam, intellegimus eius rei quae in his omnibus semper esse subsistat (AVG. epist. 166, 4 p. 550, 14 HIL. coll. antiar. p. 153, 26 GLOSS.[L] IV Plac. E 27 GLOSS. V 547, 40. *cf. l. 52. p. 863, 5*). HIER. in Ier. 2, 75, 2 substantia hic non pro οὐσία, hoc est -a, accipitur (AVG. civ. 12, 2 p. 514, 26 D. trin. 5, 8, 9[extr.] *al.* BOETH. c. Eut. 3, 58 *al.* GLOSS. III 278, 65). AVG. c. Arrian. 36, 34 ὁμοούσιον ..., id est unius eiusdemque substantiae vel, ut expressius dicatur, -ae ...; quod planius dicitur: unius eiusdemque naturae (haer. 49. GLOSS.[L] II Abav. ES 5 extantia, n., substantia. III Abol. ES 1. *cf. supra l. 67. 74*). AVG. epist. 120, 7 p. 719, 6 unius eiusdemque substantiae vel, si hoc melius dicitur, -ae. nam nonnulli ... trinitatem

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

. . . magis -am quam unam substantiam esse dixerunt aliquid inter haec duo nomina esse arbitrantes (trin. 5, 8, 10 sq. ISID. diff. 2, 12. *cf.* AVG. trin. 7, 5, 10 deum abusive substantiam vocari, ut nomine usitatiore intellegatur -a). CONC.S IV 2 p. 66, 2 -a . . . differt a persona vel subsistentia hoc modo, quod -a quidem id quod est recte significat, persona vero . . . id quod quid est . . . informat. GLOSS.L V Abba ES 4 -a subsistentia, id est uniuscuiusque persona et proprie dicitur natura de deo. GLOSS. II 536, 9 ὕπαρξις (*cf. p. 864, 8*). IV 509, 53 substantia (V 410, 46. *cf. p. 862, 74. 82 sq. infra l. 31*). *legitur (praeter locos supra allatos) inde ab* APVL., TERT., CHALC. (*apud poetas* PROSP. [*l. 60*], SIDON. [*l. 71*]); *sed nota cum explicatione vel excusatione usurpare etiam* AVG. [*p. 862, 51. 66*] *et* SIDON. [*p. 862, 57*]. *deest in* BOETH. cons. [*ex coni. legitur*: SEN. epist. 58, 6 (quid sentiam *codd.*). TERT. adv. Val. 29 p. 205, 2 (sententiae *codd.*; *sic et* ARNOB. nat. 1, 28. 7, 18. 28). *v. et infra l. 37.* *falso legebatur*: IREN. 2, 15, 3 (esset *rectum videtur*). MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 28 (esse *meliores*). PELAG. in Rom. 4, 12 p. 38, 5 S. (*om. B*, scientiarum *G*).]

vox -a fere ubique id est quod gr. οὐσία, *cuius vocabuli singulas notiones (praeter eam q. e. 'patrimonium') ipsa quoque exprimit; has fere possis distinguere: 1: actio (vel status) essendi, fere i. q. inf. 'esse' pro subst. usurpatus (syn. infra l. 72; opp.* non esse *infra l. 74): sic e. g. infra l. 37. 40. 51. 68. p. 864, 27. 2: res subsistens vel existens (fere i. q. substantia metaphysica): sic e. g. l. 45. 47 sq. 73. 83. 3: genus vel qualitas essendi (paulo strictius i. q. propria natura, proprietas l. 78. p. 864, 17): sic e. g. infra l. 35. 55. 57. 66. p. 864, 6. eas tamen notiones cum auctores plerique (Graecos secuti) ambigue et promiscue proferant (v. e. g. p. 862, 70 sqq.), in partienda materia neglegere malui.*

a *in philos. et theol.* (*fere i. q. elementum infra l. 42. 84; cf. p. 864, 23*): APVL. Plat. 1, 6 οὐσίας, quas -as dicimus, duas esse ait, per quas cuncta gignantur. *ibid.* primae . . . substantiae vel -ae primum deum esse et mentem formasque rerum (TRACT. c. Arrian. p. 11, 19 AVG. trin. 3, 11, 21 MAR. MERC. Conc.S I 5 p. 24, 5 FAVST. REI. grat. 2, 9 p. 79, 8 VICT. VIT. 2, 56. *et al.*). TERT. adv. Val. 30 p. 206, 3 nobis . . ., qui imperfectae -ae sumus. ARNOB. nat. 2, 70 *Minerva* ex quo capite Iovis enata est, et esse res coepit ⟨et⟩ nonnulla in -a (esset iam *trad.*) constituta (*antea* esse in substantia). CHALC. transl. 29C (οὐσία; *sic et* 36B. 37A). comm. 27 -am duplicem esse, unam individuam, alteram per corpora dividuam (MACR. somn. 1, 12, 6). *ibid.* quod . . . est, habet -am (286 MAR. VICTORIN. in Phil. 4, 1 p. 1227C). 120 *sedes habet daemonum genus* tertium in ea regione, quae umecta -a nominatur (*cf. 129* umectae substantiae, quam Graeci hygran usian adpellant). 222 silvestris et materialis -a. 225 non . . . specialem -am fore animam, quam adpellat Aristoteles entelechiam (*al.*). 227 duplex -a est, altera corporea, altera carens corpore (IOH. MAXENT. Conc.S IV 2 p. 28, 1). 262 quartum *motum esse* iuxta (*cf. infra l. 64*) -am. 273. 278 intellegibiles -as . . ., ideas et exemplaria (CASSIOD. Didym. in I Ioh. 3, 6 p. 56, 19). 289 -a et silva est quod subiacet corpori cuncto (*cf.* 290. 291 -am esse operis fundamentum. 292. 293). 325 haec . . . pronomina (*sc. 'hoc' vel 'illud'*) sunt -ae signa (*cf. p. 864, 26*). *al.* MAR. VICTORIN. adv. Arrium 3, 7 p. 1104A is actus, si silentium deus est, verbum dicitur; ⟨si⟩ cessatio, motus; si -a, vita (*v. et* essentitas *p. 864, 81*). HIL. syn. 13 p. 490C qui imago est, ut rei imago sit, speciem necesse est et naturam et -am . . . in se habeat auctoris (AVG. anim. 2, 5, 9 *al.* CONC.S I 5 p. 292, 20 *al.* FVLG. RVSP. epist. 14, 17 p. 407A. *cf. p. 864, 17*). 16 p. 492B *al.* TRACT. c. Arrian. p. 12, 30 qui unius eiusdemque -ae adseritur, absque ipso vel praeter ipsum esse omnino non creditur (AVG. trin. 1, 2, 4 PROSP. epigr. 55, 5. *cf.* unius: GENNAD. vir. ill. 25 p. 71, 24 PROSP. epigr. 105 [102], 5. *et al.*). TRACT. c. Arrian. p. 13, 14 etsi personas distinguimus, unitatem tamen -ae confitemur (*cf. supra l. 4*). HIER. epist. 15, 4, 2 deus solus . . . -ae nomen vere tenet (in Eph. 3, 14 p. 488B. *cf.* 1, 1 p. 443B vocabulo). 120, 10, 12 unus est solis calor et secundum -as subiacentes alia liquefacit, alia indurat (CONC.S I 5 p. 177, 20 FVLG. RVSP. c. Arrian. 7 p. 218C. *et al. cf. supra l. 46*). GENNAD. dogm. 4 nihil ex trinitatis -a ad creaturarum naturam deductum (AVG. c. Iul. op. imperf. 5, 30 AVELL. p. 170, 20. *et al.*). AVG. civ. 5, 11 p. 210, 19 D. *deus hominibus* -am . . . cum lapidibus, vitam seminalem . . . cum arboribus, vitam sensualem . . . cum pecoribus, vitam intellectualem cum . . . angelis dedit (CLAVD. MAM. anim. p. 71, 22. *cf.* AVG. civ. 11, 27 p. 499, 29 D. SIDON. carm. 15, 102 prima -a). AVG. civ. 12, 2 p. 514, 17 D. (*syn.* esse). 12, 5 p. 518, 16 *a deo* facta est omnis -a, quae non summe est. vera relig. 11, 22 (*opp.* mors). mor. Manich. 2, 2, 3 (*opp.* non esse [GREG. M. moral. 14, 22 p. 1051B ISID. orig. 7, 1, 13]). serm. 4, 24, 25 per -am ([*opp.* per figuram]. GREG. M. moral. 17, 11 p. 16C). 7, 7 illa excellentia -ae. de immort. 11, 18 in defectu quodam esse animam stultam, et in -a certiore atque pleniore sapientem. c. Iul. op. imperf. 3, 119 libertatis -a (*antea*: definitionem liberi). *al.* PS. AVG. hypomn. 1, 4, 5 init. mors . . . privatio vitae est, nomen tantum habens, non -am. quaest. test. I 97, 8 dei (GREG. M moral. 17, 10 p. 15C. *cf.* DIONYS. EXIG. Conc.S I 5 p. 300, 18 deitatis [*gr. I 1, 6 p. 158, 25* φύσιν]). MACR. somn. 1, 14, 19 Plato dixit animam -am se moventem . . ., Heraclitus . . . scintillam stellaris -ae, . . . Critolaus . . . constare eam de quinta -a. *al.* CASSIAN. c. Nest. 6, 8, 3 *non* venit nisi qui habet id ipsum in -a ut venire possit. EPIST. pontif. Thiel Gelas. tract. 3, 24 non . . . ante saecula -am domini . . . designat apostolus, sed *eqs.* (RVSTIC. c. aceph. p. 1233A quae a. s. est). LEO M. serm. 27, 2 p. 217C de -a patris genitus (CONC.S I 5 p. 288, 9. *et al.*). epist. 15, 5 p. 683A (*opp.* qualitas). *al.* AVELL. p. 174, 13 alterius -ae est caro quam pater (*al.* CASSIOD. hist. 2, 9 p. 928D). *al.* CONC.S I 3 vers. Tur. p. 33, 9 ut . . . -ae nostrae benedicat initium (*I 5 p. 242, 12* substantiae; *gr. I 1, 1 p. 40, 10* ὑπάρξεως [*sic et* I 5 p. 255, 8 *al.* CASSIOD. Didym. in I Ioh. 1, 1 p. 38, 25]). p. 121, 9 ex alia subsistentia vel -a (*gr. I 1, 2 p. 13, 6* ὑποστάσεως ἢ οὐσίας [*sic et al.*]. FAVST. REI. spir. 1, 5 p. 107, 15 [hypostases *vulg.*]). MAR. MERC. Conc.S I 5 p. 32, 29 existentia -ae. SALON. in eccles. p. 998B aeterna maiestatis divinae -a (APON. 12 p. 243 fin.). BOETH. subst. bon. 158 bonum esse -am, iustum vero esse actum respicit. *al.* MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 2 p. 245 med. (*gr. p. 22 med.* οὐσίαν). *al.* GREG. TVR. Franc. 1 praef. p. 34, 4. GREG. M. in Ezech. 1, 2, 20 p. 805B aspicimus eius (*dei*) -am naturae (moral. 14, 77 p. 1080C. *cf. p. 863, 54*). moral. 16, 45 p. 1143C *deus* quaedam vivificat, quaedam vero non vivificata in extremam -am (*i. ut in extremo tempore sint*) mire ordinans servat. *al.* *et al.*

b *in medic.*: VINDIC. med. 1 -am seminis dicunt sanguinem (*al.*). *ibid.* -a sanguinis in seminales venire non sinitur vias (*al.*). 6 semen contineri terrenum aeque liquoris et spiritus -a. *al.*

c *in gramm.* (*cf. p. 863, 50*): PRISC. gramm. II 422, 2 indicativus . . . substantiam sive -am rei significat, quod in aliis modis non est (III 235, 16). III 94, 22 *coniunctiones continuativae* qualis est ordinatio et natura rerum cum dubitatione aliqua -ae rerum significant (236, 4). *al.*

essentiālis, -e. *ab* essentia. *voc. novatum sive ab* AVG. *sive certe eius aetate. non legitur nisi ap. Christ.* [*falso*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 29 p. 1062A (*leg.* essentialitati).] *ad essentiam pertinens* (*syn.* naturalis *l. 35*): PS. AMBR. epist. de fid. pr. p. 1159B credimus patrem, filium, et spiritum sanctum, unum verum solum deum in -i substantia. AVG. civ. 12, 9 p. 523, 29 D. cum . . . malae voluntatis efficiens naturalis vel, si dici potest, -is nulla sit causa (PETR. Fulg. Rusp. epist. 16, 5 p. 444B -em sive n.). FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 6 p. 230A quod . . . 'deus erat' -is nominis veritas unitatem substantiae genitoris . . . monstraret. 2, 4 p. 248D natura (*i. 'semper existens'*). trin. 2 p. 499B ista (*sc. pater sim.*) . . . relativa (*cf. infra l. 53*) nomina trinitatem faciunt; -ia vero nullo modo triplicantur (GREG. M. in Ezech. 1, 8, 3 p. 854D [*opp.* nuncupativum; *cf. infra l. 52*]. ISID. orig. 7, 4, 5). MVTIAN. Chrysost. hom. 6, 2 p. 280 med. *per fidem* subsistimus et nati sumus et -es, ut ita dicam, facti sumus (*gr. p. 56 init.* συνουσιώθημεν, ὡς ἂν τις εἴποι). FACVND. defens. 11, 2 p. 801B nequaquam . . . -ia sunt studia; nam manerent cum essentiis *eqs.*

adv. ***essentiāliter** (*adiectivo non intercedente ab* 'essentia' *fluxisse suspicatur Leumann, Die lat. Adi. auf -lis, p. 36*). *i. q. secundum essentiam* (*syn. l. 54. 64. opp. infra l. 53. 61. 67. 68*): TRACT. c. Arrian. p. 13, 25 omne quod -r est, aut deus est aut quod a deo factum est (FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 3 p. 247B ISID. orig. 7, 1, 27). PS. HIER. expos. in Ioh. 10, 34 p. 583B 'dii estis' tribus modis dicitur, id est -r . . ., nuncupative . . ., false (GREG. M. in Ezech. 1, 8, 3 p. 854D. *cf. supra l. 41*). AVG. trin. 7, 2, 3 (*opp.* relative. *cf. supra l. 39*). 9, 4, 5 substantialiter vel, ut ita dicam, -r, non tamquam in subiecto (MAR. MERC. Conc.S I 5 p. 50, 17 *et* 30 [*gr. I 1, 1 p. 26, 27. 27, 11* καθ' ὑπόστασιν]). orat. (Rev. Bénéd. 21) p. 129, 5 ut te unum deum -r et incomprehensibiliter trinum personaliter capiamus. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 14, 11 'corporaliter' . . . arbitror dictum pro -r (οὐσιωδῶς). IOH. MAXENT. Conc.S IV 2 p. 56, 18 *Christum* in duabus naturis -r sive iuxta compositionem unitis et inconfusis docet fides catholica. CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 28, 12 (*opp.* accessibiliter). OP. imperf. in Matth. 1 p. 635 init. IVNIL. 1, 19 nihil operari compellitur sed -r vult. FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 5 p. 249B quod est -r sempiternum. epist. 17, 2 p. 452D -r sive naturaliter (PETR. Fulg. Rusp. epist. 16, 4 p. 444A). fid. 5 p. 674D una sanctae trinitatis -r divinitas intimatur. 6 p. 675A *de patre* -r natus (54 p. 697B). GREG. M. in euang. 14, 1 p. 1127C qui non ex accidenti, sed -r bonus est (moral. 18, 81 p. 87B). 32, 2 p. 1234A (*opp.* carnaliter). dial. 4, 3 p. 321B -r *vivere* (*al.*). FACVND. defens. 9, 2 p. 742C -r extantem verum filium dei. *et al.*

essentiālitās, -ātis *f.* *ab* essentialis (*sed legitur -s prius quam adi.*). MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 5 p. 1116C ὀντότης, id est existentialitas vel -s. *v. et l. 31.*

essentitās, -ātis *f.* *ab* esse. *fere i. q. essentia* (*syn. l. 81*): CANDID. gen. div. 1 nulla etenim neque substantia neque substantialitas neque existens neque -s neque existentia neque existentialitas neque potentia ante deum esse fuit. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 49 p. 1078B ante omnem existentiam, ante omnem existentialitatem, . . . ante ipsum ὄν . . .; ante omnem igitur -em, substantiam, subsistentiam *eqs.* 1, 52 p. 1081A id quod omne totum est -is. 4, 6 p. 1117A ista generatio est, ut ab agente actus, ab eo, quod est, -s vel essentia, a vivente vitalitas vel vita . . . nasceretur. *Rehm.*

essit- *v.* esit-. **essurio** *v.* esur-.

[**est** *interi. trad.* PLAVT. Most. 849. 851 *v.* st.]

estatio *v.* statio. [**estera** *v.* estira, *p. 865, 12.*]

[*K.-M.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[CASS. FEL. 29 p. 49, 1 cum perfrictione et torpore sensus, quem Graeci narcen tes **ēstēscōs** (-tess- *p*, -feos *c*; *i.* αἰσθήσεως) vocant *eqs.* (*insere vol. I 1091, 69*).]

[estidra *v.* excetra.]

[estigātio, -ōnis *f.* (*scrib. et* stig-). *ab* aestus?, *sc.* *aestivatio (*cf.* aestuatio). *i. q. inflammatio, calor sim.* (*fere de stomacho*): DIOSC. 2, 28 *al. cf. Svennung, Wortstudien zu den spätlateinischen Oribasiusrezensionen, Uppsala 1932, p. 62 sqq., qui fusius de voce tractat.*]

[ēstimo *v.* aestimo (*vol. I 1096, 80; adde* NICET. psalm. 2 p. 68, 14; ex- *AV*).]

[estira inops vel egena GLOSS. IV 512, 35. V 290, 57. estera inobs GLOSS.^{L} Corp. E 321. *v. Onom. s.* Esther.]

[esto *pro adv. notione q. e.* 'recte' *sive* 'forsitan' *sumptum et pronuntiatione ab imper.* 'esto' *separatum* VIRG. gramm. suppl. 199, 3 *sqq. v. s.* sum.]

[PLAVT. Poen. 1108 eu hercle mortalem catum, malum crudumque, **ēstolidum** (*sic Leo, qui cft.* egelidus [*sc. notione aucta i.* 'valde stolidus'; *v. p. 230, 75*]; est olli- *P, A n. l.*; et calli- *Pylades, aliter alii; v. Walde-Hofmann Et. Wb. s. v.* ebrius, *p. 388*) et subdolum.]

[estrīx *trad.* PLAVT. Cas. 778 *v.* ambestrix (*vol. I 1836, 69*).]

[ēstus *v.* aestus (PSALT. Cas. 64, 8 *bis*).] **ēsūcātio** *v.* exsuc-. **ēsūd-** *v.* exsud-. **ēsuffōco** *v.* exsuff-. *K.-M.*

ēsuriālis, (-e). [*ab* esuries. *W.*] *ad esuriendum pertinens*: PLAVT. Capt. 468 venter gutturque resident -is ferias ([*cf. Cic. leg. 2, 55* denicales *feriae* residentur mortuis]. FRONTO p. 226, 24 N. -is ferias celebras).

ᵡ**ēsuriēs,** -ēī *f.* *ab* esurio (*cft.* luxuries *Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.* edo, *p. 393*). *gen.* -ei: *v. infra l. 50.* *vox fere sermonis Eccl., inde a* TERT. [*l. v.*: CONC.^{S} I 2 p. 43, 13 -em (*US*; esurit- *Σ. gr. I 1, 1 p. 32, 2* πεῖναν).]

1 *proprie: i. q. fames* (*cf. definit. infra l. 38. 49. acced. gen. subi. l. 44. 53. 56. 64; gen. obi.*: CASSIAN. inst. 10, 2, 3 p. 175, 2 cibi. *gen. explic.*: PS. RVFIN. in Os. 5, 11—15 p. 992^{C} indignationis):
a *usu laxiore*: TERT. anim. 24 p. 338, 16 *hominem memorem esse* semper manducandi in -e et bibendi in siti (adv. Prax. 16 p. 257, 14 passiones humanas et s. et -em ... subiturus *Christus* [p. 258, 15. AVG. serm. 124, 3 p. 688$^{init.}$ passus est. *al.*]. CONC.^{S} I 5 p. 260, 20 -es et s. ... carnis sunt aegritudines naturales [*gr. I 1, 6 p. 119, 1* πεῖνα]. *al. cf. infra l. 74*). PS. AVR. VICT. orig. 11, 1 -e compulsi *Troiani* (*cf.* ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele 70, 4 rec. v.). SCHOL. Pers. 3, 55 victu facili -em suam implens (*cf.* PS. AMBR. paenit. 31 p. 1002$^{fin.}$ sustentare. *sim.*: ENNOD. epist. 1, 4, 4 p. 8, 14 propositionis panibus famem depulit et ... -em corporis effugavit. INSCR. christ. Diehl 990, 7 dapibus superavit. *al.*). HEGES. 5, 18, 2 *aliorum cibis* pascebantur, cum ipsi qui congesserant -e (esuri(r)ent *BZ*) ieiunioque (*cf. l. 58 sqq.*) tabescerent. HIER. in Ier. 6, 17, 8 p. 387, 9 nequaquam ea -e (-ient *L, A a. ras.*, -ire *P*), de qua scriptum est: '*beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam*' (*cf. infra l. 75*), sed ea quae saturitate mutatur *eqs.* VVLG. deut. 28, 20 famem et -em (RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 235, 26 -ei [esuriet *M*] aut famis [*gr. I 1, 6 p. 156, 2* πείνης]. GREG. M. moral. 15, 8 p. 1085^{D} *al.*). AVG. civ. 22, 22 p. 607, 1 D. rabida. *al.* EPIST. pontif. 388 (Conc.^{S} I 2) p. 93, 17 luporum vicina -es (-ens *F*). SIDON. epist. 1, 10, 2 (*de cura annonae*) infortunio meo publica deputetur -es (*syn. antea* famem populi Romani). ALC. AVIT. carm. 2, 18 ignota (*sc. in paradiso*). CASSIOD. var. 1, 46, 3 beluarum quippe ritus est ex ventris -e (*v. infra l. 64*) horas sentire. *al. et al.*

b *strictiore usu de -e quae ex ieiunii christ. (Christi infra l. 68. 70, Iudaeorum l. 65) inedia voluntaria oritur* (*i. q. ipsum ieiunium*: PS. AVG. serm. ed. Mai 190, 1 p. 448$^{init.}$; *cf. l. 65. 67. distinguuntur*: PS. RVFIN. in Ioel 1, 13 p. 1040^{B} CASSIOD. in psalm. 68, 11 p. 481^{D} *al.* [*aliter supra l. 46*]): HIER. epist. 22, 10, 2 quos saturitas de paradiso expulit, reducat -es (PS. AVG. serm. 144, 1 p. 2026$^{p. med.}$). 22, 37, 3 tu (*in ieiunando*) vexationem mentis et ventris -em (ingluviem *Φ*) rixando digeris (in Is. 58, 3 p. 562^{D} v. -em ingerunt deo. *v. supra l. 56*). CASSIAN. conl. 2, 23, 2 p. 62, 20 refectionem ... comitetur -es. *al.* SACR. Leon. 415 p. 114, 7 pascunt ... tua sancta ieiunia et -es (-ens *cod.*) sacrata nos reficit (*sim. al.*). ARNOB. ad Greg. 14 p. 408, 17 -em adsumpti hominis (*i. Christi. cf.* MAX. TAVR. hom. 37 p. 306^{B} voluntariam perferebat -em). VITAE patr. 5, 4, 58 ita cessavit -es eius (ἡ πεῖνα; *sc. data monacho a diabolo ut ieiunium poneret*). *et al.*

2 *per imag. aut transl., fere i. q. cupido, desiderium* (*cf.* fames *vol. VI 1, 233, 6 sqq. acced. genet. subiect. infra l. 76. 80*): HIL. in psalm. 61, 4 p. 211, 18 est ... sitis bonorum aeternorum et spiritalis -es in sanctis (*al. cf. supra l. 36*). HIER. in Ier. 6, 17, 8 *v. supra l. 47.* PAVL. NOL. epist. 45, 1 p. 380, 5 avidae ... mentis -em refrenavi (RVRIC. epist. 2, 45 p. 428, 11 si quidem inde [*i. deliciis*] -em corporis [*v. supra l. 44*] compescimus, hinc [*i. pietate comprobata*] cordis. *al.*). SIDON. epist. 6, 6, 2 vestra beatitudo conpunctorii salubritate sermonis avidam nostrae ignorantiae pascat -em (*cf.* RVRIC. epist. 2, 40 p. 425, 6 caritatis vestrae). *et al.*

ēsurīgo, (-inis) *f.* [*ab* esurio. *W.* (*cf.* scaturrigo?, *sic dubitanter Leumann, Laut- u. Formenl. p. 241*).] GLOSS. -o famis. *i. q. fames*: VARRO Men. 521 -o findebat costas.

ᵡ**1. ēs(s)urio,** -īvī, (-iī), -itūrus, -īre. [*ab* edere. *W.*] *scribitur* ess-: PLAVT. Stich. 180. 345. 504 (*A*; es- *P*). PRISC. gramm. II 418, 26 (*GL*). 421, 10 (*GLK*). *al.* *de derivatione*: PRISC. gramm. II 429, 13 a supino in 'u' terminante assumptione 'rio' ut ... 'esus esu' '-o' (495, 13 GRAMM. suppl. 7, 19). *de formis*: esureis: CIL *infra l. 74.* *imperf.* -ibant: AMBR. in Luc. 5, 29 p. 193, 11 (*AP*, -iebant *Pm^{3}, cett.*). *fut.* -bo (NON. p. 479, 6 -ibo, pro -iam): POMPON. Atell. 22 non -bis diutius. NOVIVS Atell. 63. *part. fut.* -turus: TER. Haut. 981 TERT. adv. Marc. 2, 18 p. 360, 8. *ex gramm. doctrina*: CHAR. gramm. p. 321, 6 B. (*in coniug. IV^{ae} prima forma*) perfectum cadit in i duce v littera, in usu tamen dempta velut '-o' ... '-ii'. PRISC. gramm. II 418, 26 nec meditativorum (*i. desiderat.*) ... *perf., plusqpf., fut. II* memini me invenisse, ut ... '-o', 'lecturio', 'parturio' (*cf.* 421, 10; *ubi inf. perf. et fut. deficere docetur* [*at legitur* -isse: AMBR. in Luc. 4, 16 p. 147, 16 *al.*]. *cf. et infra l. 20*). *de usu ac notione*: *inter neutralia* (*i. intransitiva*): DIOM. gramm. I 337, 12 (*cf.* CONSENT. gramm. V 366, 11). CONSENT. gramm. V 366, 15 absolutum habent intellectum ... 'sitit', '-it', 'satiatur' neque opus est eiusmodi adiectione, quid -at *eqs.* GRAMM. suppl. 152, 10 (*inter meditativa*) -o id est 'edere volo' (207, 34 [*item*] -o i. 'esse cogito'. *al.* [*v. supra l. 12*]). GLOSS.^{L} II Philox. ES 7 -o π⟨ε⟩ινῶ. I Ansil. AE 342 aesurivit famelicavit. 343 aesuriunt famelicant, ieiunant. *usum pass. v. l. 78. 82. p. 867, 39.* *legitur inde a* PLAVTO, TER., LVCIL., CATONE.

[*in loco manco vel dub.*: PLAVT. Capt. 912^{a} (*om. P*) voltus ⟨e⟩sur⟨ie⟩ntis *lupi* (*cf. infra l. 39*). CAEL. Cic. epist. 8, 1, 4 *v. p. 449, 52.* CIL IV 4207 -it Danne (*i.* 'Danae'), eco sum a⟨ureus⟩ (*expl. Buecheler coll. CIL IV 5303 et XI 7338 probab.; quamvis hoc loco scriptor non ulterius scripsisse videatur*). *l. v.*: PLIN. nat. 33, 134 (usurpasset *B*, crusiset *R*, -isset *V*). *falso*: PETRON. 44, 2 *v. p. 867, 74.* ARNOB. nat. 1, 2 p. 5, 1 [e]suriunt, *corr. Ursinus.*]

I *proprie*: *i. q. edere velle, cibi avidum esse* (*hic illic praevalet significatio q. e. fame aut [sc. pro paupere] egestate vexari. de sustinenda fame: e. g. infra l. 57. 78. vim notionis ex verbis iuxta positis saepius cognoscere licet [auctam e. g. l. 67 sq.]: v. infra l. 54 sqq. opp.: v. infra l. 52 sqq. 62. 68 al.*): **A** *de animantibus*: **1** *absolute* (*sc. intrans.*): PLAVT. Amph. 311 cenavi modo; proin tu istam cenam (*i. pugnos*) largire ... -entibus. Capt. 866 -ire mihi videre. :: miquidem -o, non tibi. 912 quasi lupus -ens metui ne in me faceret impetum ([Stich. 605]. Stich. 577. HOMER. 490. *v. supra l. 26. cf.* LVCIL. 286 -ent⟨e⟩ leoni ex ore exculpere praedam [CLAVD. DON. Aen. 10, 725 p. 383, 1 *al.*]. CYPR. domin. orat. 21 p. 283, 2 feras. VVLG. prov. 28, 15 ursus). Cas. 725 tu amas: ego -o et sitio (VARRO frg. Non. p. 88, 15 CIC. fin. 2, 64 *al.* CATVLL. 21, 10. ITALA Is. 40, 28 [Tert. adv. Prax. 16 p. 258, 16 *al.*]; οὐ πεινάσει οὐδὲ κοπιάσει, VVLG. non deficiet neque laborabit. *passim*). Cas. 795 qui amat tamen ... si -it, nullum -it. 801 quid agis, mea salus? :: -o hercle atque adeo hau salubriter (*cf. sim. c. adv.* [*adi. pro adv.*]: Stich. 180 acrius. 345 male. TER. Haut. 981 nos -turos satis. PLIN. nat. 2, 127 minus. MART. 7, 27, 10 vilius. CHIRON 407 p. 125, 3 multum [*al.*]. PAVL. NOL. epist. 11, 6 p. 65, 20 plus. PALLAD. hist. mon. I 24 p. 306^{B} vehementer. *al. v. et p. 867, 11*). Men. 926; *opp.* satur sum (Poen. 6 -entes [*Itali*, esupl- *P*]. CIC. div. 1, 77. SEN. epist. 94, 6 *al.*). *al.* CATO agr. 5, 2 familiae male ne sit, ne algeat, ne -at (NOVIVS Atell. 63 mi algebo et mi -bo [*v. app. crit.*]. CAEL. Cic. epist. 8, 17, 2. *cf.* CIC. Tusc. 2, 34 leges ... Lycurgi laboribus erudiunt iuventutem venando currendo -endo [*v. supra l. 34*] sitiendo algendo aestuando. SEN. epist. 4, 10. *et sim. al.*). VARRO Men. 160. 294 *v. p. 51, 51 sq.* rust. 2, 7, 10 praegnatem *equam* neque inplere cibo neque -ire oportet (*cf.* 3, 17, 6 mulli ... asini. BELL. Afr. 24, 4 iumentis. PHAEDR. 1, 26, 6 ciconia. COLVM. 8, 5, 23 gallinis. *et al.*). CIC. Verr. II 5, 87 ebrio Cleomene, -entibus ceteris nuntiatur *eqs.* (VVLG. I Cor. 11, 21; πεινᾷ). HOR. sat. 1, 2, 115 num -ens fastidis omnia praeter pavonem rhombumque? 1, 3, 93 *al.* OV. rem. 631 non facile -ens posita retinebere mensa. SEN. dial. 10, 18, 5 populus -ens (MARCELL. chron. II p. 78, 431, 14). PETRON. 141, 10 *al.* PLIN. nat. 5, 58 in duodecim cubitis (*incrementi Nili aquarum*) famem sentit Aegyptus, in tredecim etiamnum -it. *al.* MART. 2, 51, 6 hic (*venter*) -it, ille (*culus*) vorat (HIER. epist. 54, 10, 5. *cf.* PORPH. Hor. sat. 2, 2, 18 stomachum. FIRM. err. 18, 4 faucibus). *al.* IVV. 7, 87. FRONTO p. 226, 19 N. neque -ens quisquam neque abstemius *eqs.* VVLG. psalm. 106, 9 animam -entem (*cf.* prov. 6, 30 *al.*; *aliter p. 867, 23*) satiavit bonis (*cf.* Tob. 1, 20 alebat. prov. 25, 21 ciba. *al.*). *al.* VITAE patr. 3, 2 p. 739^{B} (*opp.* sumere cibum). CIL XI 6721, 34 (*in glande Perusina*) -eis (*v. supra l. 6*) et me (*sc. famem*) celas (*i. ne quid obsessores de fame Perusinorum intellegant*). CE 1247, 2 (*mortuus loquitur*) *non* sum sollicitus ne subito -am, et podagram careo *eqs.* PAP. Amherst II 26 (*s. III/IV*) I 4 *v. p. 563, 56 sqq.*

pass. impers.: LACT. inst. 6, 4, 15 in hoc saeculo ... -endum (essuritiendum *V*), sitiendum, aestus frigora perferenda *eqs.* (AVG. serm. 104, 3 p. 617$^{a. med.}$). HIL. in psalm. 145, 5 p. 842, 18 escae corporales non tum semper praebentur a deo cum -itur a nobis.

2 *c. obi.*: **a** *c. acc. (transit.)*: *passive*: OV. Pont. 1, 10, 10 nil ibi (*in mari terra aere*) quod nobis -atur erit. HIL. in Matth. 3, 3 p. 929^{B} ignarus *diabolus*, quidnam -retur *a Christo.* *active*:
[*Mehmel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SEN. epist. 47, 8 obsonatores sciunt quid dominus ... fastidiat, quid ... -at. Ps. QVINT. decl. 12, 27 (cum civitas fame laboret) pater liberos -it. TERT. adv. Marc. 2, 18 p. 360, 8. pall. 5 p. 954 Oe. aliquid sumptuosius. AMBR. in Luc. 5, 56 p. 204, 11 (alleg.) qui sunt isti panes, quos -it iustus? **b** c. gen. obi. (tantum part. [v. et infra l. 41], sed cf. gr. πεινᾶν τινος): APVL. met. 1, 15 memini me ... Cerberum prorsus -entem mei prospexisse. **c** c. dat.: PAVL. NOL. epist. 11, 13 p. 72, 21 cibis corporis -ire.

B de inanimis aliquid (nutrimenti sim.) in se recipere volentibus: PLIN. nat. 9, 138 gignitur ... pallor purpurae tanto ... dilutior, quanto magis vellera -unt. 17, 12 arbores ... avide -ire; cibus autem earum imber. 18, 196 colonis augurium, cum terra semen avidius accipiat: -ire creditur et comesse semen.

II translate: i. q. cupidum esse, vehementer appetere, desiderare (ap. christ. passim de fame spiritali sim. saepius opp. notio propria): **A** absolute: CVRT. 7, 8, 20 quid tibi divitiis opus est, quae -ire (i. plura cupere) te cogunt? TERT. mart. 1 p. 3 Oe. carnem saginari et spiritum -ire non prodest. CYPR. epist. 31, 1 p. 557, 17 animo sitiente perbibimus et voto -ente suscepimus epistulas tuas (GREG. M. moral. 30, 25 p. 538^{A}). VVLG. Ioh. 6, 35 ego sum panis vitae: qui venit ad me non -et eqs. ([οὐ μὴ πεινάσῃ]. cf. PRVD. cath. 9, 62). RVFIN. Orig. in gen. 10, 3 p. 96, 7 B. cum Christus ... ipse pascat animas -entes (PAVL. NOL. carm. 31, 420 al. aliter p. 866, 71). et al.

B c. additam.: **1** c. obi.: **a** c. acc.: act. (acc. graec. v. l. 25): APVL. Socr. 22 p. 172 sitim ... verae beatitudinis ... -it et sitit. TERT. scorp. 1 p. 146, 13 martyria in carcere. HIL. in Matth. 3, 2 p. 928^{C} non cibum ... hominum Christus -iit, sed salutem (AMBR. in Luc. 4, 16 p. 147, 19. sim. al.). AMBR. fug. saec. 8, 49 p. 202, 5 talem cibum (i. verbum dei) -iebat Petrus (al.). off. 2, 17, 92 deum (AVG. c. Pelag. 3, 7, 17 p. 506, 26 Christum). VVLG. Matth. 5, 6 beati qui -unt et sitiunt iustitiam ([πεινῶντες ... τὴν δικαιοσύνην. OP. imperf. in Matth. 9, 6 p. 682^{A} -ire eqs. est desiderare iustitiam dei]. cf. PAVL. NOL. epist. 26, 2 p. 235, 19 et regnum dei. al. v. et infra l. 39). AVG. civ. 18, 32 p. 302, 19 D. -entes panem doctrinae. al. GREG. M. moral. 26, 70 p. 389^{D} huius (caelestis) mensae epulas -iebat propheta (cf. p. 701, 79). enunt. rel. pro obi. (vix huc referri potest locus, ut vid., nondum emendatus: TERT. coron. 7 p. 435 Oe.): GREG. M. moral. 16, 8 p. 1124^{C} ecclesia dum quempiam videt -ire quod ei non prosit accipere eqs. pass.: AMBR. Iob 4, 2, 7 p. 272, 25 -itur iustitia (AVG. doctr. christ. 2, 7, 10 p. 39^{D} al. cf. supra l. 30). PAVL. NOL. epist. 11, 6 p. 65, 20 v. p. 102, 10 sqq. **b** c. gen. (v. l. 5): PAVL. NOL. epist. 23, 31 p. 188, 15 mulier verbi caelestis -ens ... ad pedes Christi cucurrit.

2 c. praep.: in c. acc.: VAL. MAX. 9, 4, 3 clientis ... scelesta (auri) famis in has usque iacentis iniurias -ire non debuit. PS. AMBR. serm. 53, 5 p. 713^{C} tu in Iudaeos solos -is, ecce famem fidei tuae eqs. PETR. CHRYS. serm. 1 p. 186^{C}. in c. abl.: AVG. in psalm. 103 serm. 3, 11 p. 1367^{D} Christus voluit -ire propter te, ne tu -as in illo. ad: ARATOR act. 2, 1007 -is ad facinus saturamque cadavere iusti quaeris habere famem.

part. praes. ˣ**ēsuriēns**, -entis (hic ea tantum exempla congesta habes, quae cum ipsius famis tum [laxiore sensu] notionem egestatis inopiae prae se ferunt): pro adi.: MART. 9, 80, 1 duxerat -s locupletem uxorem pauper (CLAVD. carm. min. 16, 1). 14, 204, 2 cymbala -s Gallus vendere saepe solet. IVV. 3, 78 omnia novit Graeculus -s. 7, 7 cum ... -s migraret in atria (sc. auctionaria) Clio. 13, 99 -s Pisaeae ramus olivae. pro subst.: SEN. contr. 1, 7, 1 da mihi epistulam -is istius (sc. patris egentis quem filius non alit). SEN. epist. 95, 51 praecipiemus, ut ... cum -e panem suum dividat (VVLG. Tob. 4, 17 comede. cf. Is. 58, 7 frange -i. al.). TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 461, 4 non alii sunt -es (Luc. 6, 21) quam pauperes et mendici. ibid. p. 462, 3. VVLG. Luc. 1, 53 -es (πεινῶντας, opp. divites). INSCR. christ. Diehl 1091, 7 esurien⟨tibu⟩s repperit alimentum.

adv. **ēsurienter.** fere i. q. avide: APVL. met. 10, 16 -r exhibitas escas adpetebam. ZENO 2, 38 p. 484^{A} caeleste prandium -r accipite.
deriv.: esurialis, esuries, esurigo, es(s)urio m., esuritio, esuritor. compos.: adesurio.

2. ēs(s)urio, (-ōnis) m. qui esurit (opp. saturio, v. et l. 69): PLAVT. Persa 103 o Saturio, opportune advenisti mihi. :: mendacium edepol dicis, atque haud te decet: nam -o (esu- CD) venio, non advenio saturio.

ˣ**ēsurītio,** -ōnis f. ab esurire. plur. l. 76. GLOSS.^{L} I Ansil. AE 341 -o fames, id est edendi cupiditas. [ex coni.: PETRON. 44, 2 esuri⟨ti⟩o (Buecheler). v. l. 78 et p. 866, 30.]

i. q. fames: **1** proprie (syn. desiderium p. 868, 5. opp. ieiunium p. 868, 5): CATVLL. 21, 1 Aureli pater -um (exuricionum codd.), non harum modo, sed eqs. 23, 14 corpora sicciora cornu ... habetis sole et frigore et -e. PETRON. 44, 2 siccitas perseverat; iam annum -o fuit (v. supra l. 74). MART. 1, 99, 10. 5, 78, 18. GELL. 16, 3, 3 -em faciunt ... stomachi vacua et hiantia. 16, 3, 4 -em posse depelli (cf. p. 868, 9). HIL. in Matth. 3, 2 p. 929^{A} per -is infirmitatem. 12, 2 p. 985^{A} sacramentum et -is et satietatis (trin. 10, 24 p. 363^{B} s. ... fletus sitis atque -is. cf. ibid. p. 364^{A} mysterium). in psalm. 68, 6 p. 318, 2 sitis et -is necessitatem (al.). al. LEO M. epist. Conc.^{S} II 4 p. 92, 23 (de Christo ut homine) non sine cibo -is, non sine somno quietis. SIDON. epist. 2, 9, 10 votivae ... -i (cf. totum loc.). OP. imperf. in Matth. 5, 3 p. 665$^{a. med.}$ -o Christi voluntaria (cf. p. 865, 69) fuit, non necessaria. 5, 10 p. 669$^{init.}$ (alleg.) quodsi ieiunium Christi est abstinentia rei malae, sine dubio et desiderium eius -o est ipsius (i. rei malae. p. 669$^{med.}$ deprimens desiderium suum quasi -em). **2** per imag. aut transl. de fame spiritali: HIL. in Matth. 3, 2 p. 929^{A} -em se humanae salutis habiturum Christum. in psalm. 145, 5 p. 843, 4 per cibum (i. verbum dei) -e depulsa (v. p. 867, 80) solvebantur compedes saeculi (cf. 146, 12 p. 853, 8). LEO M. serm. 95, 6 p. 464^{A}. et al.

ēsurītor, (-ōris) m. ab esurire. i. q. homo esuriens: MART. 3, 14, 1 Romam petebat -r Tuccius profectus ex Hispania.

ˣ**ēsus,** -ūs m. [ab edere. W.] scribitur ess-: MARCELL. med. 27, 110. 137. 30, 32. GRAMM. suppl. 44, 14 inter masc. decl. IV^{ae}. GLOSS.^{L} III Abstr. ES 6 -u manducatione. I Ansil. AE 334 -us comestio aut manducatio. 336 -ui datum manducationi datum. legitur inde a NOVIO, VARRONE, CELSO. [ex coni.: l. 24. 28. 30. 35. 36. 40.]

I i. q. actus edendi: **A** absolute: **1** adhibetur in certis structuris: **a** per dat.: α dat. fin.: pendet ex verbo: NOVIVS Atell. 14 iam ego illi subiens sublabrabo -ui illud sinciput. VARRO rust. 1, 60 oleas -ui optime condi. CELS. 4, 16, 3 lienis ... bubulus utiliter -ui datur (PLIN. nat. 20, 178. TERT. apol. 9, 10 [Rigaltius, et usui F, et sui P]. GARG. MART. med. 10. MARCELL. med. 27, 77 al.). VLP. dig. 33, 9, 3 pr. penu legata contineri quae -ui potuique sunt (GELL. 4, 1, 20 al. cf. ITIN. Alex. 20 p. 11, 19 quisque secum alphita -ui [Mai, sui cod.] potuive gestitaret eqs.). TERT. carn. 6 p. 438 Oe. manna -ui populo fuisse (IVL. VAL. 1, 29 p. 38, 31. ARNOB. nat. 2, 23 p. 66, 20 esse ... -ui [Salmasius, et sui cod.]. al.). ARNOB. nat. 7, 21 p. 255, 3 habentur ... -ui (opp. reiciuntur a victibus). AMBR. hex. 3, 9, 39 p. 85, 2 alia ... -ui, alia alii nascuntur usui (cf. l. 35. 41). PRVD. perist. 10, 335 SIDON. epist. 8, 3, 5. pendet ex subst.: VARRO Men. 262 lecto strato matella⟨m⟩ lucerna⟨m⟩ (Iunius) ceteras res -ui usuique (Buecheler, huius vique codd.; cf. l. 32) prae se portant. TERT. nat. 1, 10 p. 78, 16 supervacu⟨a⟩ -ui (Rigaltius, supervacue sui A) mactatarum pecudum capitula et ungulas sacrificatis. cult. fem. 1, 5 p. 707 Oe. quaedam -ui et potui vascula ex aere. pendet ex adi.: COLVM. 11, 3, 57 cepina viridis -ui est iucunda (cf. arb. 17, 3 neque -ui [Schneider; sui, suui, subi codd.] tam gratae. RVRIC. epist. 1, 5 p. 358, 19 -ui dulce, ... usui utile [cf. l. 32]). SCHOL. Hor. sat. 2, 2, 50 ciconias ... -ui esse aptas (HESYCH. in lev. 2, 5 p. 808^{A}, sim. al.). EVCHER. instr. 1, 36. β dat. obi. (l. 44. 45) vel commodi (l. 46): TERT. ieiun. 6 p. 280, 29 adipes -ui abstulit deus. 15 p. 294, 4 si claves macelli tibi tradidit deus permittens -ui omnia. SIDON. epist. 1, 5, 6 hic quod -ui competeret deferebatur. **b** acced. praep. quae dat. finalis vice funguntur: ad: VLP. dig. 34, 2, 19, 12. HIL. in psalm. 1, 14 p. 28, 16 lignum specie pulchrum et ad -um bonum (Vulg. gen. 2, 9 ad vescendum). VVLG. exod. 12, 4 GREG. M. moral. 18, 54 p. 67^{B}. 35, 29 p. 766^{C}. in c. acc.: HIL. in Matth. 2, 2 p. 925^{A} HIER. epist. 64, 1, 2. in c. abl.: HIER. epist. 54, 9, 4 frigida ... in -u et potu sumere. GREG. M. past. 3 p. 28^{C}.

2 extra structuras: TERT. ieiun. 9 p. 285, 29 qualis ... -us talis et potus (al. VVLG. Ruth 3, 3 al.). anim. 10 p. 313, 20 salvo ... visu sine oculis et -u sine denticulis eqs. HIER. epist. 36, 16, 5 post -um (posterum ω q) sequitur benedictio (al.). ALC. AVIT. hom. 7 p. 116, 8 tu tibi de tuo -u stuporem dentium metue. et al.

D vi adversativa i. q. 'et tamen' vel 'sed', 'autem': **1** i. q. 'et tamen' (polysyndeta v. p. 883, 35. 889, 9. falso trad. e. g.: TER. Eun. 426): PLAVT. Bacch. 1196 libet et metuo. Persa 798 haec scivisti et (ea codd.) me celavisti? (cum indignatione in enunt. interrogat. ut: TER. Ad. 726 scis et patere? CATVLL. 29, 5 videbis et feres? al.). Trin. 50 valeo, et valui rectius. LVCIL. 82 vincat licet, et vagus exulet. VARRO ling. 9, 33 vident et sequi negant. RHET. Her. 2, 21, 33 al. CIC. Caecin. 68. Phil. 13, 27 fracta sunt crura Planci: et vivit. nat. deor. 1, 92 habebit ... linguam deus et non loquetur (SEN. contr. exc. 5, 1 SEN. benef. 6, 23, 5. epist. 56, 11 otiosi videmur et non sumus [TERT. adv. Prax. 17 p. 259, 12 al.]. 100, 1. TERT. pudic. 8, 5 audiens et non audiens [VVLG. prov. 13, 4 vult et non vult. CIL VI 4632 hic est et non est. cf. 9258 VIII 27736 X 2070]. AMM. 21, 1, 13 et non ideo eqs. [AVG. civ. 5, 10 p. 209, 2 D.]. VITAE patr. 5, 7, 1 volo salvus fieri et non me permittunt cogitationes meae [= 3, 105 sed; Cotelier p. 340 καὶ οὐκ]. al. cf. SEN. suas. 1, 16 et nihilominus. SEN. Herc. O. 1321 et nulla [Med. 135]. dial. 2, 11, 2 et nihil [TERT. adv. Marc. 2, 19 extr.]. al.). de orat. 3, 86 summa iam senectute est et quotidie commentatur. Brut. 204 opt. gen. 6 top. 30. Att. 14, 8, 1 (at Cratand.). PVBLIL. N 21. SALL. Iug. 95, 3 callidus et amicitia facilis (c. adi. vel pron. ut: HOR. carm. saec. 10 alius ... et idem. TAC. Agr. 9 gravis intentus severus, et saepius misericors. hist. 2, 20 speciosis et inritis nominibus. 4, 33 maior numerus et inbellior [cf. Heraeum ad l.]. 5, 7 al. [nota hist. 1, 13 capacem sed aspernantem ..., avidum et minorem]. AMM. 16, 5, 1. al.). or. Phil. 14 VERG. georg. 2, 125. HOR. epod. 9, 13 fert valla et arma miles et spadonibus servire rugosis potest (v. Fraenkel, GGN 1932, 211). epist. 1, 20, 7. OV. am. 3, 3, 2 fidem iurata fefellit, et facies illi, quae fuit ante, manet! epist. 5, 134. Pont. 1, 5, 37 saucius eiurat pugnam gladiator et idem ... arma capit (v. vol. VII 1, 192, 74). al. SEN. clem. 2, 4, 4. benef. 2, 35, 5 (postea asynd.). 7, 32, 1 perdere et dare. nat. 2, 18 aliquando non fulgurat et tonat (cf. dial. 9, 1, 10 nemo [TAC. hist. 1, 35 PLIN. paneg. 46, 6]. PLIN. nat. 8, 10 numquam. MART. 2, 43, 16 das nihil et dicis eqs. [2, 88, 1 QVINT. inst. 7, 1, 37]). epist. 57, 1 al. CVRT. 9, 8, 21 PETRON. 77, 5 PLIN. nat. 8, 169. 33, 152 STAT. Theb. 10, 568 MART. 9, 25, 7 MIN. FEL. 26, 3. TERT. apol. 2, 8 (bis). et saepe. **2** i. q. 'at', 'autem': TER. Phorm. 716 atque ita opus factost: et (at γ) matura, dum eqs. (cf. Hauler ad l.). HOR. epod. 15, 17 et tu ... maerebis. sat. 1, 2, 108 transvolat in medio posita et fugientia captat (cf. VITR. 5, 3, 2 vitandae sunt ... vitiosae regiones et eligendae salubres. al.). SEN. Med. 135 (at Carlsson). CVRT. 5, 5, 6 (i. 'νῦν δέ'). PETRON. 63, 6. QVINT. inst. 3, 1, 14 turpe esse tacere et Isocraten pati dicere ('I. δ' ἐᾶν λέγειν, Cic. de orat. 3, 141 cum ... pateretur). 6, 3, 78. TAC. ann. 15, 21 initia meliora ferme, et finis inclinat. PLIN. epist. 10, 61, 3. COMM. apol. 77 unus audit et excutit alter. ARNOB. nat. 5, 28 p. 199, 15 (def. Brakman). AMM. 16, 10, 21 Vrsicinum ad se venire praecepit. et ille ... venit (i. 'ὁ δέ'. cf. 16, 11, 15 al.). PRVD. perist. 3, 2 (cf. VEN. FORT. carm. 1, 15, 8 al.). AVG. civ. 8, 20 p. 350, 28 D. (cf. 10, 5 p. 408, 23 al.). SALV. gub. 4, 7 tu fidem habes et ego opera habeo. et al. hebraismus scripturae sacrae: VVLG. gen. 25, 28 Isaac amabat Esau ... et Rebecca ('P. δέ) diligebat Iacob. 27, 37 frumento ... stabilivi eum, et tibi (σοὶ δέ) ... quid faciam? psalm. 17, 19 (καί). Sirach 36, 23 (δέ). Marc. 12, 12 (καί). al. **3** corrective i. q. 'sed', 'potius', 'immo': PLAVT. Poen. 868 quoi domi sit quod edis ... neque triobolum ullum amicae das et ductas gratiis? TER. Hec. 220 minimeque adeo est mirum, et ni id fecisset, magis mirum foret. VARRO rust. 2, 1, 17 cum sues hoc vitent et quaerant glandem. CIC. inv. 1, 73 hoc si nolis (epist. 9, 2, 1 NEP. Alc. 7, 4 al.) inferre et inferas id quod sequitur (cf. Quinct. 25 'P. Quinctium non stetisse et stetisse se'. Brut. 261 MART. 4, 36, 2. PAVL. dig. 2, 8, 8, 5 [formula iurisiur.]). 2, 27. Quinct. 27 sese nihil precari et, si quid agere velit, iudicio defendere (leg. 1, 41 fin. 2, 43 ac. 1, 46 Tusc. 1, 42 nat. deor. 2, 129 ad Q. fr. 3, 8, 6 MART. CAP. 5, 551). S. Rosc. 10 animo non deficiam et id quod suscepi ... perferam (de orat. 3, 4 opt. gen. 17 ad Brut. 2, 4, 1 BALB. et OPP. Cic. Att. 9, 7^{a}, 1 LENT. Cic. epist. 12, 15, 1 NEP. Dion 2, 5 al. VERG. Aen. 2, 408 al. VITR. 2 praef. 4 SEN. contr. 2, 3, 22 al. PHAEDR. 2, 1, 8 SEN. benef. 4, 21, 6 al. [cf. supra l. 62]. nota COLVM. arb. 26, 7 et [= 5, 11, 8 sed]. cf. CIC. de orat. 1, 97 nunquam [NEP. Ages. 3, 6]). Caecin. 58 si tuus servus nullus fuerit et omnes alieni ac mercennarii (v. infra l. 76. cf. de orat. 2, 98 neminem [CAES. civ. 3, 74, 2]). off. 2, 54 nec hoc ... genus omnino repudiandum est et saepe ... indigentibus ... impertiendum (BELL. Afr. 14, 1 SIL. 14, 521 STAT. silv. 2, 3, 61 AVG. civ. 5, 26 p. 240, 4 D.). off. 3, 32 nulla est ... societas nobis cum tyrannis et potius summa distractio est ([fin. 1, 151 suppl.; potius⟨que⟩ vel ⟨sed⟩ p. alii]. epist. 9, 2, 5 non deesse ... et p. libenter accurrere. VAL. MAX. 5, 4 in. PAVL. NOL. carm. 14, 134 ne ... et p. [epist. 24, 9 p. 208, 19 ne ... et ut p.]. AVG. civ. 1, 36 p. 52, 15 D. 9, 4 extr.). orat. 10 al. NEP. Them. 3, 1 huius consilium ... displicebat et in terra dimicari magis placebat (liberius post verba non negata inde a DIG., v. s. magis vol. VIII 68, 23). NEP. Att. 22, 2 ne ... acceleraret et (i. 'et ut') ... se sibi ... reservaret (OV. trist. 1, 8, 19 PAVL. NOL. epist. 20, 5 al. cf. OV. met. 15, 140 ne facite, et ... advertite. epist. 3, 80 neve ... patiare ... et ... dicas). VERG. Aen. 11, 569 IVV. 7, 56. et al.

E vi comparativa (initio vi copulativa ubique vigente [sed cf. infra l. 22]; liberiore collocatione inde a PLIN. [cf. infra l. 15]): VARRO rust. 2 praef. 4 non idem esse agri culturam et pastionem (alia v. s. idem vol. VII 1, 199, 14). ibid. alius ... opilio et arator (syn. ac. cetera v. vol. I 1633, 19 sqq.; adde LVCR. 5, 1082. aliter et v. vol. I 1656, 32 sqq.; adde EPIST. pontif. 386 Conc.^{S} I 2 p. 89, 21). ling. 10, 5 partes ad similitudinem et dissimilitudinem aeque animadvertendas (cetera v. vol. I 1042, 81 sqq. cf. HOR. carm. 3, 1, 15 aequa lege Necessitas sortitur insignes et imos). CIC. Pis. 99 improbis et probis commune supplicium (v. vol. IV 1974, 1 sqq.). Planc. 60 horum gradus summis hominibus et infimis sunt pares (saepe [v. s. par]. nota: liberiore collocatione: PLIN. nat. 9, 124 conchylia et purpuras ... quibus ... luxuria paria paene et margaritis pretia fecit. pariter et: v. p. 870, 63. cf. TAC. dial. 5 propugnare pariter et incessere. al.). Phil. 2, 59 dissimilis est militum causa et tua (cetera v. vol. V 1, 1475, 65 sqq. cf. CIC. fin. 4, 31 nec si ... sapiens ad tortoris eculeum ... ire cogatur, similem habeat voltum et si ampullam perdidisset [Tusc. 5, 9 LVCR. 2, 416 al.]. 2, 21 si ita dicit ..., dicit absurde, similiter et [ut Madvig] si dicat, non reprendendos parricidas. LVCR. 3, 8 v. s. consimilis vol. IV 462, 75). LVCR. 3, 1093 nec minus ille diu iam non erit ... qui ... et ille ... qui. 5, 1073 non hinnitus item differre videtur ... ubi ... et ... [s]ub⟨i⟩. SALL. Catil. 51, 30 iuxta bonos et malos ... interficere (Iug. 85, 33 TAC. hist. 3, 58 al. PLIN. epist. 3, 11, 6). SIL. 6, 329 haud secus et eqs. (ac vulgo). TAC. hist. 4, 43 qui perinde dives et clarus (ann. 2, 2. 16, 13).

F vi disiunctiva i. q. 'aut', 'vel' (cf. aut — et sim. p. 880, 61. voculae et copulativa vis hic quoque inest; liberius demum posteriores. v. in universum Löfstedt, Komm. 200 sq.; Baehrens, Eranos 13, 1913, 23; W. H. Kirk, AJPh. 42, 1921, 1 sqq.): **1** exempla antiqua (sc. mere copulativa, sed c. aut alternantia. ne sic quidem huc referas HOR. sat. 1, 6, 42 hoc tibi Paulus et Messalla videris? [cf. 1, 2, 126]. dubiae interpr. etiam haec: VERG. georg. 4, 389 CIRIS 395 [cf. Leo, Hermes 42, 1907, 52]. STAT. silv. 1, 2, 135): LIV. 2, 17, 2 vulneratis et occisis (cf. 35, 29, 3 al. [saepius sic que, raro atque vel asynd.]). VELL. 2, 46, 1 caesis et captis (cf. 2, 12, 5 aut). al. adde: VERG. catal. 9, 34 non Semele, non Inachis Acrisione, immitti expertae fulmine et imbre Iovem ('beziehungsweise'). cf. et potius i. q. 'vel potius': CIC. de orat. 2, 158 quibus ante exorsa et potius detexta prope retexantur (dub. leg. 1, 5 [vel vulgo]). **2** usus posterior: ITALA Marc. 13, 32 (Hil. syn. 85) de die ... et (ἤ, VVLG. vel) hora nemo scit. apoc. 14, 9 (Firm. err. 28, 13) in fronte sua et (ἤ, VVLG. aut) in manu. I Cor. 11, 27 (Cypr. laps. 15 p. 248, 18) quicumque edit panem et (S, aut WR) biberit calicem (ἤ, VVLG. vel). DON. Ter. Andr. praef. II 3 chorus et (vel dett.) tibicen. EVGIPP. Sev. 32, 2 tredecim et quattuordecim annos (VEN. FORT. vita Radeg. 36, 83 duas et tres canticas). speciatim in periphrasi apud GRAMM. (i. 'vel', 'sive'): DON. Ter. Eun. 843 notus ...: 'qui me possit agnoscere' et 'qui me noverit'. SERV. georg. 4, 157 quaesita reponat: quaesita et parta (saepe, item PORPH., SCHOL. Hor.). cf. et PHYSIOGN. 87 vultus ... subrubeus et ut ipse dicit ὑπέρυθρος.

IV parataxis poetica et vulgaris: **A** post imperativos sim. i. q. 'iam', 'tum' (cf. p. 872, 84): **1** post imperat., sequitur fut. (cf. p. 869, 32; fere inde ab Augusteis [prisce ac, postea asynd. vel iam, tum], ita ut graecismum, certe ex parte, suspiceris [de CATONE agr. 6, 3 ulmos serito ... et materies ... parata erit v. Schmalz-Hofmann^{5}, 660]. falso trad. e. g.: TER. Andr. 536. Phorm. 561 [ς, om. A, hic A^{3}, Hauler]. SEN. nat. 1, 3, 6): VERG. ecl. 3, 104 dic ..., et eris mihi magnus Apollo (3, 107). OV. fast. 2, 160. SEN. suas. 6, 25 concupiscite et poenas Ciceroni dabitis. PHAEDR. 3, 5, 7. SEN. benef. 4, 18, 3 hanc societatem tolle et unitatem generis humani ... scindes. 5, 12, 1 exspecta, et iam hoc verius dices (cf. p. 895, 1). epist. 13, 16. 110, 3 adhibe ... et scies (115, 9). al. PETRON. 137, 9 vs. 10 SIL. 6, 711 QVINT. decl. 330 p. 298, 27 PLIN. epist. 9, 11, 1 POMP. gramm. V 138, 20. TERT. apol. 41, 2 admittite ..., et non retorquebitis (adv. Marc. 2, 23 p. 366, 24 al. cf. HIER. epist. 54, 18, 3 et numquam). adv. Prax. 9 in. tene ..., et ita ... agnosces (adv. Marc. 2, 20 p. 362, 22. cf. ITALA [Tert. adv. Marc. 5, 4 p. 583, 15] et VVLG. Gal. 6, 2 et sic [καὶ οὕτως]. ITALA Matth. 6, 33 [Tert. orat. 6] et ⌊tunc⌋ [om. gr. et VVLG. cf. FIRM. err. 2, 9 HIER. epist. 48, 3, 1. cf. p. 895, 15]). adv. Prax. 18 p. 260, 12 et saepe. ITALA exod. 32, 10 (Tert. adv. Marc. 2, 26 extr.) sine me et disperdam illos (καί, VVLG. ut). al. COMM. instr. 1, 35, 20. al. HIER. epist. 36, 5, 1 al. VVLG. II par. 20, 20. Matth. 7, 7 petite, et accipietis (καί). al. et passim apud AVG. serm., MARCELL. med., APIC. al. in tit.: CE 1798 labora ... et proderit tibi. nota fut. exact.: TERT. adv. Marc. 1, 21 p. 318, 7 exhibe ..., et obduxeris. seq. indic.: praes.: SEN. benef. 4, 39, 4 eadem mihi omnia praesta, et idem sum. PERS. 6, 26 occa, et seges altera in herba est. PETRON. 45, 13 computa, et tibi plus do quam accepi. TEST. porcelli p. 268, 5. TERT. ieiun. 1 specta corpus, et una regio est. adv. Marc. 5, 2 p. 572, 7. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 38 pone ... finem

[Hofmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et iam nulla contentio est. COMM. instr. 2, 37, 6 PLIN. med. 3, 19 HIER. epist. 49, 14, 5. VVLG. Iob. 14, 8 ostende ... et sufficit nobis (*καὶ ἀρκεῖ*). AVG. civ. 5, 17 p. 222, 28 D. *al.* *adde enunt. interrog.*: PERS. 3, 65 venienti occurrite morbo, et quid opus ... promittere montes? ALC. AVIT. hom. 8, 4 p. 119, 25 (*ibid. asynd.*). *perf.*: TERT. adv. Hermog. 26[extr.] aufer hinc 'autem', et soluta compago est. AVG. serm. 289, 3 depone montes, imple valles, et facta est campi aequalitas. APIC. 1, 6 move spica[s] et emendasti. *adde coni. potent.*: SEN. nat. 2, 59, 3 contemne mortem: et omnia, quae ad mortem ducunt, contempta sint. **2** *post coni. exhort., seq. fut.*: HOR. epist. 1, 18, 107 sit mihi ..., et mihi vivam. OV. rem. 22 desinat: et nulli funeris auctor eris. SEN. nat. 3, 12, 1 paulo repetamus hoc altius ..., et scies *eqs.* PLIN. nat. 17, 34. QVINT. decl. 266 p. 88, 6 obiciat, et sic defendam. PLIN. paneg. 28, 6 (*enunt. exclamat.*). TERT. idol. **14** p. 45, 21 *al.* HIER. epist. 42, 1, 4 probet ... et tunc poterit adprobare (in Ier. 5, 55, 6 *al.*). *seq. ind. praes.*: SEN. nat. 2, 59, 6 cogitemus nos ... perditos esse: et sumus. CIL XIII 10018, 64 de(s) et do. *seq. coni.*: OV. fast. 4, 775 quae precor eveniant, et nos faciamus ad annum. **3** *post indic. praes., seq. indic.*: PLIN. med. 3, 19 lauri folia sub capite ponis et dormit. ORIBAS. eup. 4, 91 p. 607[extr.]. *post indic. fut., seq. indic.*: COLVM. 12, 6, 1 eum salem videbis liquescere et ex eo intelligis nondum muriam esse maturam (*cf. p. 896, 39*). **4** *post irrealem, seq. indic.*: COMM. apol. 740 fecissent ... bonum, et erant in parte legati.

B *post temporales notiones pro 'cum inverso'*: iam ..., et (adhuc) *inde a* SEN. rhet.; *v. vol. VII 1, 102, 29 sqq.* (*adde* IVVENC. 4, 717), iamque ..., et (ecce, adhuc) *inde* a VERG. (Aen. 3, 356) *et* OV.; *v. ibid. 109, 83 sqq.* *cetera*: VERG. georg. 2, 80 nec longum tempus, et ingens exiit ... arbos (*cf.* APVL. met. 8, 5 nec diu, et eum ... aper invadit. HIER. in Is. 14, 1 p. 159[D] non multum tempus in medio, et ... vastata est *Iudaea. cf. l. 42*). Aen. 3, 9 vix prima inceperat aestas, et pater ... iubebat (5, 858. 6, 499 VAL. FL. 1, 629 STAT. silv. 3, 1, 136 PLIN. epist. 6, 20, 14. APVL. met. 2, 23 et ilico. 8, 18 et statim. VVLG. gen. 27, 30. SIDON. epist. 2, 9, 4 et ecce. *al.* [vix ..., et iam *v. vol. VII 1, 102, 56; adde* HEGES. 1, 1, 6]. *cf.* LIV. 43, 4, 10 vixdum ..., et [STAT. Theb. 12, 415 PLIN. epist. 7, 33, 7. APVL. met. 10, 6 et statim. vixdum ..., et iam *v. vol. VII 1, 102, 54*]. STAT. Theb. 9, 789 necdum ..., et [12, 610. *v. Housman, ClQu. 27, 1933, 68.* APVL. met. 11, 3 et ecce. HIER. epist. 72, 2, 4 *al.*]. TAC. hist. 2, 95 nondum ..., et [nondum ... et iam *v. vol. VII 1, 102, 57; adde* PS. LACT. mort. pers. 6, 2]). PLIN. epist. 5, 13, 8 pauci dies, et liber principis severus (*cf.* 7, 27, 13 exiguum temporis medium, et ... fecit. *cf. l. 30*). APVL. met. 2, 11 commodum meridies accesserat et mittit mihi ... xeniola (2, 16 et ecce [4, 8]. *al. cf. v. Geisau, IF 36, 1916, 284 sqq.*). VVLG. exod. 17, 4 adhuc paululum, et lapidabit me *populus* (Ios. 3, 4 *al. cf.* [nec] adhuc ..., et iam: *vol. VII 1, 102, 53. 58*). Marc. 15, 25 erat ... hora tertia et (*καί*) crucifixerunt eum (*cf. Blass-Debrunner*[6], *§ 442, 4*). *al.* *cf. et haec*: SALL. Iug. 97, 4 simul consul ... de hostium adventu cognovit et ipsi hostes aderant (LVCAN. 6, 246 simul haec effatur, et ... pulvis testatur adesse cohortes. *cf.* eodem tempore ... et: *vol. VII 1, 189, 33 sqq.*). STAT. Ach. 1, 27 nec mora, et ... prosiluit thalamis (IORD. Get. 221. *alibi asynd. vel* cum, iam, sed; *v. Rubenbauer, Bayer. Blätter f. d. Gymn. 63, 1927, 377*). *prius membrum sine temporalibus adv. vel notionibus praemittitur*: OV. fast. 6, 384 Saturnia iussis paruit, et mediae tempora noctis erant. LVCAN. 1, 231 minax invadit Ariminum, et ignes Solis ... fugiebant astra. TAC. hist. 2, 68 FLOR. epit. 1, 1, 9. APVL. met. 11, 24 mane factum est: et ... processi. 11, 26. dixit et *sim. v. p. 872, 71.*

C et *explicativum* (*cf. Schmalz-Hofmann*[5], *824*): abi et renuntia, ibo et cognoscam *sim. v. p. 872, 47. 873, 4 (cf. Wackernagel, Synt. I 63)*; *nota collocationem* (*cf. Vahlen, Herm. 15, 1880, 261 sqq.*): TER. Ad. 917 tu illas abi et traduce. ENN. (?) sat. 30 (frg. Gell. 2, 29, 7) fac amicos eas et roges. CIC. Quinct. 76 neque te ipsum id quod turpissime suscepisses perseverare et transigere potuisse. CE 1992, 4 (*s. IV*) quem ambulo et qu(a)ero miser. *singulariter polysynd.*: MANIL. 4, 534 se quisque et vivit et effert. *alia*: VARRO rust. 2, 2, 2 incipiam primus ... et dicam de primigenia pecuaria. CIC. Tusc. 1, 17 geram tibi morem et ... explicabo. de orat. 1, 187 experiar et dicam ... planius (*cf. Plat. Phileb. 13*[C] *πειρασόμεθα καὶ ἐροῦμεν*). VERG. Aen. 12, 244 his aliud maius Iuturna adiungit et alto dat signum caelo (*cf.* AMM. 26, 7, 11 adiungit his aliud ... et ... missi sunt [*cf.* 29, 6, 11 addidit]. POMER. 3, 14, 3). PRIAP. 86, 18 pro quis omnia honoribus haec (ς, hoc *codd.*) necesse Priapo est praestare et domini hortulum vineamque tueri. SEN. dial. 10, 13, 8. POMP. gramm. V 154, 13 Caper ... elaboravit vehementissime et de epistulis Ciceronis collegit haec verba (*cf.* CYPR. patient. 24 RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 4). VOPISC. quatt. tyr. 11, 1 errare quosdam et putare. AMM. 31, 1, 6 *al.* *hic addam exempla ubi parataxis copulativa explicationi inservit (fere i. q. 'enim')*: VERG. Aen. 11, 272 nunc etiam ... portenta sequuntur, et socii amissi petierunt aethera. *al.*

D *vulgariter pro hypotaxi* (*cf. Svennung, Glotta 22, 1934, 170 sqq.*): **1** *pro enunt. relat. vel partic.* (*fort.* CIC. orat. 233 sequitur non longa ... comprehensio et [quae *Kroll*] in spondios cadit): HIPPOCR. aer. p. 23, 24 inutiles infantes generant et morbidi erunt (*ἀκρατέα τὰ παιδία τίκτειν καὶ νοσώδη*). VITAE patr. 3, 14 erat quidam monachus et habitabat in eremo. 5, 10, 7 vidi ... fratrem habentem parvum olus in cella et eradicabat ea (*Cotelier p. 358 ἔχοντα ... καὶ ἐκριζοῦντα*). ORIBAS. syn. 7, 22[in.] (*rec. La*) medicamenta ... adhibenda sunt et dolores mitigare possunt (*rec. Aa* quae ... mitigent). eup. 4, 24 add. p. 546[tit.] collurium aliud experimentatum et pterigia tollit (*cf.* syn. 3, 136. 213[tit.]. *v. Svennung l. c. 173*). RAVENN. p. 8, 3 in qua patria ... sunt montes et ardere ascribuntur. *hebraismus scripturae sacrae* (*cf. l. 18. 23. 33. 46*): VVLG. I reg. 1, 1 fuit vir ... et nomen eius Elcana (וּשְׁמוֹ; *καί*. Dan. 13, 1 Luc. 1, 49 *al. cf. Blass-Debrunner*[6], *§ 442, 6*). **2** *pro enunt. consecut.*: PLAVT. Asin. 789 nolo illam habere causam et votitam dicere. PASS. Perp. 7, 2 cognovi me dignam esse et pro eo petere debere (*ἀξίαν οὖσαν αἴτησιν ποιήσασθαι*). CHIRON 376 in auricula ... blattam mittito et ita religato et ibi vivat. 510 ITIN. Theod. 19. ORIBAS. syn. 5 observit ... nutrix et cybetur (*κάλλιστον ... διαιτᾶσθαι*). ANTHIM. 79. CIL VIII 8809 (*s. III*) aqua fontis quae multo tempore deperierat et cives inopia aquae laborabant. *hebraismus*: ITALA gen. 27, 30 (Lugd.) et factum est, postquam exivit Iacob ..., et (וַיְהִי ... בָּא ... וְעֵשָׂו; *καί*, *om.* VVLG.) Esau ... venit (VVLG. Luc. 5, 12 [*καί*]. *cf. Blass-Debrunner*[6], *§ 442, 5*). **3** *pro enunt. finali* (*cf. p. 873, 21*): VITAE patr. 3, 5 observa et noli irrigare olera. 5, 5, 37 quid mihi vultis dare et depono ... solitarium? (*Nau 1908, 273 n. 189 καί*). *hebraismus* (*cf. Kaulen, Handb. 296*): ITALA act. 23, 24 (Ravenn. p. 34, 14) iumentum praeparate et imponentes Paulum ... perducite (*ἵνα*, VVLG. ut). VVLG. gen. 18, 4 afferam pauxillum aquae, et lavate pedes. Is. 2, 3. psalm. 54, 7 quis dabit mihi pennas columbae et volabo (*καί*, *hebr.* אָעוּפָה *sine* וְ). Sirach 31, 9 *al.* *adde*: *pro* ut non *vel* quin: VVLG. Luc. 18, 30 nemo est qui reliquit domum ... et non (*ὃς οὐχί*, ITALA codd. a ff[2] q: qui non) recipiat multo plura. II Cor. **11**, 29 (*bis*). **4** *pro enunt. temporali*: ITIN. Burdig. p. 597 Hiericho, cuius muros giraverunt ... filii Israel et ceciderunt muri. CHIRON 402 et auferas fistulam et duo grana salis ... subicies (*Veg. 2, 89, 4* cum f. abstuleris). *hebraismus*: VVLG. iud. 2, 21 gentes quas dimisit Iosue et mortuus est. *aliter*: VARRO rust. 1, 1, 7 in quis quae non inerunt et quaeres, indicabo *eqs.* (*i. 'si quae ... et si'*. VITR. 6, 8, 4 quae pilatim aguntur aedificia et ... fornices concluduntur. IVLIAN. dig. 12, 6, 34 *al.* [*v. Baehrens, Philol. Suppl. 12, 1912, 323 sq.*]. CE 942, 1 quoI scripsi semel et legit, mea iure puellast). **5** *pro enunt. condicionali*: CHIRON 372 inambulationem ... ei praestas et ambulare non vult (*Veg. 2, 110, 1* ut, etiamsi trahatur, ambulare detractet). DIOSC. 4, 71 *mandragora* quem pastores manducant et somnium capent (*gr. 4, 75, 2 ποσῶς δέ*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 19. 22. B 23. **6** *alia*: *pro enunt. comparativo* (*ut videtur*): MIN. FEL. 34, 9 nihil esse post obitum *hominem* et ante ortum nihil fuisse? VVLG. Iob 5, 7 homo nascitur ad laborem et (וּבְנֵי רֶשֶׁף; *LXX δέ*) avis ad volatum. *pro infin.*: VITAE patr. 5, 7, 25 quomodo contentus es hic, abba, et sustines laborem hunc (*Nau 1908 p. 277 n. 193 πῶς καρτερεῖς ... ὑπομένων*). *pro asynd.*: VITAE patr. 5, 15, 14 sed hoc faciamus, et quando veniunt ..., dicite (*Cotelier p. 419 τοῦτο ποιήσωμεν ὅτ' ἂν κτλ.*).

V ***singularia*:** **A** et *abundat* (*cf. p. 903, 19*; et ... que *sim. v. p. 906, 29*): **1** *in apodosi post enunt. secund. vel partic.*: **a** *post enunt. secund.* (*v. Löfstedt, Komm. 202; Schmalz-Hofmann*[5], *660 sq.; Baehrens, Philol. Suppl. 12, 1912, 426 sqq., qui plura vix recte tradita tuetur. certe falso trad. vid.*: VARRO rust. 2, 7, 9 [et *del. vulgo*]. CVRT. 4, 15, 22. PETRON. 38, 8 [et *ut dittographia del.*]. *dub.*: TERT. scorp. 10 p. 168, 6 ITALA Luc. 15, 30 [Hier. epist. 21, 36]. CHIRON 189 [*v. Niedermann, RevPhil. 43, 1919, 54*]): ENN. (?) sat. 31 (Gell. 2, 29, 7) haec ubi ille dixit, et discessit (*potius verba Gellii; cf. Schmalz-Hofmann*[5] *l. c.*). SIC. FLACC. grom. p. 130, 5 Th. cum auctores *agros* ... sumpsissent, et assignaverunt quidem *eqs.* ([*def. Klotz, BphW. 39, 1919, 414*[2]; *nescio an recte*]. ACT. ARV. a. 81 Mai 19 v. 15 cum ... consedissent, et *eqs.* POMP. gramm. V 300, 30. ITALA Matth. 5, 18 [cod e; et *om. gr. et* VVLG.]. Luc. 2, 21 [cod. e; *καί*, *v. Blass-Debrunner*[6], *§ 442, 7*]. 7, 12 [cod. ff; *καὶ ἰδού*, VVLG. ecce]. Ioh. 6, 17 [cod. e]. ENOCH frg. James, Texts and Stud. II 3 p. 148, 8 quum ... vidit ..., et ait. CONC.[S] I 2 p. 78, 27 [*gr. aliter*]. PASS. Petr. Paul. brev. 3. *nota* COMM. instr. 1, 26, 35 et cum renovasti⟨s⟩ saeculum, et ille ... immortalis erit; nam tu *eqs.* [*i. 'μὲν ... δέ'*. *cf.* 2, 16, 3 si ..., et ego ..., sed]. *cf. l. 73*). PS. PROB. inst. gramm. IV 52, 22 quae licet ... reperiantur ..., et ... probantur (53, 1). 53, 33 nunc quoniam ... exposuimus, et ideo iam ... doceamus (55, 40 *al.* [*v. vol. VII 1, 217, 77*]. *cf.* 73, 3 cum ..., et ideo [83, 6 *al.*]. 89, 29 quia ..., et ideo [*v. vol. VII 1, 216, 32. adde* CONC.[S] IV 2 p. 12, 40 VITAE patr. 3, 38]). APVL. met. 7, 26 interim dum puerum ... parentes ... querebantur, et ... ecce *eqs.* (*cf. 5, 28* interim dum ..., at). TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 505, 18 si ..., et quomodo *eqs.* (*def. Hoppe, Beitr. zur Sprache u. Krit. Tert., 1932, 116 sq.* [ecquomodo *alii, v. p. 53, 49*]. PORPH. Hor. sat. 1, 9, 76 [et *del. vulgo*]. VVLG. II Cor. 2, 2 si ..., et quis est [*καὶ τίς*; *v. Blass-Debrunner*[6], *§ 442, 8*]. CASSIAN. conl. 9, 23, 1 si ..., et unde? CONC.[S] I 2 p. 80, 15 si ... et nunc [*εἰ ..., καὶ νῦν. cf.* p. 80, 28]. COD. Iust. 6, 42, 14 [*a. 255*]. *al. cf. l. 69. p. 897, 4*). PORPH. Hor. carm. 4, 4, 25/6 quia ..., et (*del. vulgo*) ... dicit. ITIN. Anton. Plac. A 34 DRAC. Romul. 8, 260 VISIO Pauli 3 p. 11, 25 *al.* SERM. de conf. diab. 111[a]. *addam* (*nisi*

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est contaminatio): TAB. cer. Dac. 9 (CIL III p. 948), 3 id q⟨uod⟩ dixit se loca⟨sse⟩ et locavit (*ibid.* 10, 3. *cf.* p. 949, 3 fatetu⟨r⟩ se locasse et ⟨l⟩oca⟨v⟩it). *hebraismus scripturae sacrae* (*cf. p. 869, 43*): ITALA gen. 4, 14 (Aug. c. Faust. 12, 12) si eicis me ..., et erit omnis *eqs.* (וְהָיָה; καί, VVLG. omnis igitur. *cf.* 32, 17 [Aug. loc. hept. 1, 120]. exod. 7, 9 [*ibid.* 2, 32]. *al.*). lev. 12, 2 (Aug. loc. hept. 3, 23) mulier quaecumque ... peperit ..., et (καί, *om.* VVLG.) immunda erit. num. 14, 24 (*ibid.* 4, 43). *al.* VVLG. I Ioh. 2, 18 sicut audistis ..., et nunc *eqs.* (καί).
b *post abl. abs.* (*falso huc rettulit Baehrens l. c. 434* PLIN. nat. 28, 67 [*ubi et i. q.* '*etiam*']. PETRON. 113, 1. *dub.*: FRONTIN. strat. 2, 1, 4): ACT. Arv. a. 87 II 46 *sq.* ministrantibus pueris ... et fruges ... rettulerunt. Ps. CYPR. merced. 7 (*cf. Matth. 7, 27*) tempestate ... facta et flumina impleverunt domum. PASS. Petr. Paul. brev. 1 Nerone ... procedente ... et ecce ... apparuit. **c** *post partic.*: *praes.*: ITALA Ios. 8, 7 (Lugd.) exurgentes ... et ibitis (ἐξαναστήσεσθε ... καὶ πορεύσεσθε). Ioh. 5, 18 (cod. e) respondens Iesus et dixit (ἀπεκρίνατο ... καὶ ἔλεγεν). *al.* Ps. CYPR. mont. 9 (*v. s.* ideo *vol. VII 1, 213, 70*). ITIN. Anton. Plac. A 37 inde moventes ..., et ecce *eqs.* CONC.[S] I 2 p. 80, 10 (*gr. I 1, 3 p. 21, 28 om.* καί). VITAE patr. 5, 4, 61 et non acquiescens ... videre ... et mandavit. IORD. Get. 156. 158 (*saepius sic* que; *v. Werner, D. Latinität d. Get., 1908, 89*). SERM. de conf. diab. 110 veniens ... et excussit. 113[v], 3 *al.* *part. perf.*: CIL V 896 (*ante s. IV*) provitu(s) annoro XVII et militavit munifix annis VII. *ante partic.*: ITALA exod. 6, 12 (Lugd.) locutus est ... et dicens (ἐλάλησε ... λέγων, *aliter hebr.* וַיְדַבֵּר ... לֵאמֹר). EPIST. pontif. 937 Conc.[S] IV 2 p. 140, 14 moliuntur et ... delirantes. SERM. de conf. diab. 112. *cf.* CIL VIII 2894 vixit anis LV et milex anoru XXV.

2 et qui *i. q.* '*qui*' (*v. Grevander, Unters., 1926, 49 sqq.; Svennung, Glotta 22, 1934, 170*[2]. *aliter* SEN. contr. 10 praef. 5 *al.*, *v. Baehrens l. c. 402 sq., qui pleraque dubia affert*): CHIRON 249 eas ciclo curari oportet, ⌊et cui autem⌋ (cui *Veg. 2, 6, 1*) ciclus curae adhibendus erit, sic curabis. 471 propter glutinationem venae ⌊et⌋ (*om. Veg. 1, 29, 3*) quae ... ruptionem passa est. *cf. et* 121 reliquum corpus calefit et cuius testiculi labunt (*pro* '*et eius*'. *cf.* 344).

3 et usque *i. q.* '*usque*' (*hebraismus*): ITALA Mal. 1, 11 (Cypr. testim. 1, 16) a solis ortu et (καί, *om.* VVLG.) usque in occasum (*sec. hebr.* מִן ... וְעַד). IORD. Get. praef. 1 ad olim et usque nunc. 273 ex illo tempore ... et usque actenus.

B *contaminatio*: CIL III 7505, 12 (*a. 170*) Marci⟨anus⟩ ... et Marcia Basiliss. matre ('*debuit esse* cum'. *Dessau ad 2311*).

VI ***stilistica*** (*ad I*): **A** ***de collocatione*:** **1** *in fine versus* (*cf. Lindsay, Early lat. verse 111, qui vel plura contra codd. adsciscit. Plauti exempla in suspicionem vocantur a Sjögren l. c. 31 sqq.; de Ter. v. Vahlen, Ges. philol. Schr. II 537 sqq. 563 sqq.; A. G. Harkness, AJPh. 31, 1910, 161 sqq.*): PLAVT. Pseud. 1011 accipi et (*P, om. A*). Rud. 1169. TER. Andr. 51 (*?*, et *Don., om. codd.*). 570 Haut. 521 Eun. 217 Phorm. 57. 873 (*A*). 926 Ad. 35. ACC. trag. 289 (*anap.*). LVCIL. 236. 457. 523. 1086. 1122. 1140 VARRO Men. 78. CATVLL. 61, 233 (*glycon.*). HOR. carm. 1, 3, 19 (*et 22*[ies], *8*[ies] *in* sat. *et* epist.). IVV. 2, 146 (*et 4*[er]). *in versus initio: passim; de scaen. v. Sjögren l. c. 30 sq.*

2 *postponitur*: **a** *apud poetas* (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 1, 186 p. 43, 4. *v. Haupt, Opusc. I 105 sqq.; Lachmann ad Lucr. 6, 971. de ratione quae intercedit inter* et *et* que *postposita ap. hexametricos v. Artymowicz, WSt. 31, 1909, 39 sqq.*): *α secundo loco*: *nulla certa exempla ante* VERG. *exstare docuerunt Haupt et Lachmann l. c.; certe a* CATVLLO (*v. infra l. 79*) *et* LVCR. (*cf. p. 913, 11 de* scilicet et) *tales traiectiones absunt. nec certiora sunt haec*: LIV. ANDR. (*?*) trag. 29, 2 balteus et (*versum a Caesio Basso fictum suspicatur Haupt*). ENN. ann. 121 Argeos et tutulatos (*structura incerta*). scaen. 190 duc et (*Vahlen*, ducet *codd.*). LVCIL. 755 (⟨docuit⟩ *suppl. Marx*). 888 (e⟨s⟩t *Marx*). 955 multo et (*polysynd. sec. Marx*). *dubites de his*: CIC. carm. frg. 3 (de consul.) 15 vidisti et (*polysynd.* et — que *agnoscit Fraenkel*). VARRO AT. carm. frg. 6 frigidus et. *certa exempla*: CE 55, 6 crescente et aevo (*aet. Caes.;* '*neoterice*' *Bücheler*). VERG. ecl. 1, 34 pinguis et. 1, 68 *et saepe* (*etiam c. anaphora ut*: Aen. 10, 804 omnis ..., omnis et. HOR. sat. 2, 3, 231 quidquid mihi, quidquid et horum [PROP. 2, 4, 56 *al.*]. PROP. 1, 3, 3 qualis ... qualis et [3, 14, 7]. 2, 6, 42 semper ... semper et. 2, 12, 13. *saepe [adv.* et *i.* '*etiam*' *in his videre possis, certe viderunt script. qui imitati sunt, cf. p. 898, 8]. artificiose c. dupl. anaphora*: TIB. 1, 2, 69 totus et ..., totus et. 1, 4, 5. 1, 7, 39 PROP. 2, 26[b], 56 OV. met. 3, 421 MANIL. 4, 249 CARM. de mens. 1, 10 *al.*, *cf. p. 900, 6*). *et apud* HOR. (*saepe in* sat. *et* carm., *bis tantum in* epist.), TIB., PROP., OV. (*saepe, sed 4*[er] *tantum in* met.; *cf. Haupt l. c.*); *deinde passim, e. g. plus 90*[ies] MANIL., *42*[ies] VAL. FL., *60*[ies] MART., *rarius e. g.* SIL. (*6*[ies]), IVV. (*bis terve*). *in tit.* (*cf. supra l. 65*) *e. g.*: CE 965, 2 (*a. 10 p. Chr.*). 987, 2 (*ante 31 p. Chr.*). 1034 (*s. I*). 1066 (*s. I*). 1550 B 4 (*aet. Hadr.*). *β tertio loco* (*falso trad.* CATVLL. 57, 9 rivales socii et; *v. Haupt l. c. 114*): VERG. Aen. 12, 381 summi thoracis et oras. DIRAE 44 HOR. epod. 16, 40. TIB. 1, 3, 82 (*in initio secundi hemistichii pentam. ut*: 1, 9, 16 *al.* PROP. 2, 28, 62 OV. ars 3, 376 *al.*). PROP. 1, 4, 15 (*et ter*). OV. am. 2, 10, 36 (*et ter*). EPICED. Drusi 90. MANIL 1, 44 (*del. Bentl.*). 261 (*del. Housm.*). 619 (*et 7*[ies]). *et apud posteriores, sed ubique raro* (*e. g.* VAL. FL. *4*[er], IVV. 6, 365[2] *in versu insiticio*). *in tit.*: CE 702, 10 (= INSCR. christ. Diehl 168[B]). *γ quarto loco* (*quinto: l. 4*): CVLEX 52. TIB. 1, 2, 96 (*in initio secundi hemistichii pentam. ut*: 4, 4, 26 OV. epist. 15, 26 *al. cf.* Pont. 1, 4, 20 *quinto loco*). PROP. 1, 13, 31 (*nisi est i. q.* '*etiam*'). MANIL. 2, 464 (imperitat *vulgo*). *deinde ap. posteriores ut* CARM. adv. Marc. 5, 229, DRAC., VEN. FORT., CORIPP.

b *apud scriptores* (*v. Löfstedt, Komm. 312 sqq. certa exempla inde ab* ARNOB.; *in prioribus* et *i. q.* '*etiam*' *valere potest ut* SEN. contr. 2, 5, 6 quidquid antiqua saevitia invenerat, quidquid et nova adiecerat. PLIN. nat. 10, 6 *passim*. *falso trad. e. g.* SEN. contr. 2, 1, 36 magnis [et *del. vulgo*]. AMM. 26, 4, 5 Thraecias et [*def. Bickel, GGA 1918, 295; potius* et *del. vel lacuna statuenda. Heraeus*]): *α secundo loco*: ARNOB. nat. 3, 24 p. 28, 17 noctis et tempora. 7, 39 p. 272, 14 *al.* Ps. HIL. libell. 5 p. 737[C] mortem sibi pareret, amitteret et salutem. CHIRON 221. 416 *al.* (*v. Oder, Ind. p. 312*). MART. CAP. 9, 892 secretis ⌊et⌋ (*om. pars codd.*) sanctioribus. VITA Cypr. 15. *β tertio* (*vel quarto*) *loco*: ARNOB. nat. 2, 62 p. 98, 6 perpetuitatis possit et spiritum subrogare. 4, 24 p. 160, 19. 7, 44 p. 279, 3 (*em. Löfst. l. c.*). ITIN. [Silv.] 36, 5 sedete vobis et modico. CHIRON 11 propter fluxum sanguinis et suspendis altius. 407 *al.* BENED. reg. 49 omnes pariter et (*nisi est* '*etiam*') neglegentias ... diluere.

3 *hyperbaton sim.*: *passim substantivis verbum* (ENN. ann. 163 soli luna obstitit et nox) *vel adiectivis subst.* (PLAVT. Amph. 33 iustam rem et facilem) *interponitur. in prosa rhythmica clausularum ratio habetur, e. g.* CIC. Verr. II 2, 68 unam quamque rem cólligam èt caúsam. *plura intercedunt*: CATO agr. 6, 3 cacumina populorum serito et harundinetum. 6, 4. 76, 2 *al.* CIC. Verr. II 5, 45 *al.* *artificiose apud poetas et a sua voce dirimitur*: HOR. carm. 3, 21, 18 viresque et addis cornua. *al.*

B ***ad euphoniam spectantia***: **1** *allitteratio vel assonantia* (*v. Wölfflin, Ausgew. Schr. 225 sqq., ubi etiam de asyndeto agitur, quod iam apud* PLAVT. *et* TER. *fere in formulis vetustis occurrit* [*e. g.* PLAVT. Persa 566 fundis, familiis. *cf. Lachmann ad Lucr. 2, 118*]): *selectissima* (*ceterum v. Wölfflin l. c. 253 sqq.*): *subst.*: LEX XII tab. 8, 15 lance et licio. NAEV. trag. 3 formam et faciem. ENN. scaen. 18 sudore et sanguine. 406 parentem et pa⟨triam⟩. PLAVT. Amph. 191 vi et virtute. 840 pudicitiam et pudorem. Bacch. 64 facta et famam (*v. vol. VI 1, 133, 40*). Trin. 274 gloriam et gratiam (et gl. et gr.: CIC., LIV.). *et passim* (*v. Wölfflin l. c.; ex posterioribus adde e. g.* TERT. spect. 10 tibias et tubas = *Sen. epist. 90, 25* ac). *adi.*: ENN. scaen. 233 viduae et vastae. 311 squalam et sordidam. PLAVT. Amph. 730 sana et salva. 1086 piam et pudicam. Asin. 17. Epid. 43 lepida et liberali. Pseud. 512. TER. Andr. 956 faustum et felicem. *et passim* (*raro ut vid. in tit.*: CIL VIII 9669 fortia et felicia [*alibi asynd. vel* que, aut; *v. vol. VI 1, 1158, 54*]). *verba* (*falso trad. pro asynd.*: PLAVT. Merc. 192 TER. Haut. 946 AFRAN. com. 42 *al.*): ENN. scaen. 330 cedo et caveo. 337 profiteri et proloqui (*talia sescenties*). PLAVT. Amph. 448 sapio et sentio. Bacch. 909 oro ... et ... obsecro (*cf.* CIC. Flacc. 2 oro et obtestor. *al.*). Epid. 134 mandare et mittere. TER. Haut. 926 petere et poscere. *et passim*. *rarius polysynd.* (*v. Wölfflin l. c. 231. cf. supra l. 39*): PLAVT. Men. 1083 et patriam et patrem. Poen. 332 et oleum et operam (CIC. Att. 2, 17, 1 *al.*). CIC. epist. 13, 10, 2 et fide et fama. *al.* PLAVT. Persa 675 et grave et gratum. Poen. 589 et bene et benigne. CIC. Tusc. 4, 84 et boni et beati. Brut. 281. *al.* PLAVT. Most. 706 et cenandum ... et cubandumst. CIC. Att. 14, 17[a], 3 et gratulor et gratias ago (SEN. contr. 7, 1 [16], 1). VELL. 2, 27, 5 et vincendi et vivendi. VAL. MAX. 8, 7, 4 et videret et vigeret (SEN. epist. 93, 5). *al.*

2 *homoeoteleuton et rimus* (*cf. Schmalz-Hofmann*[5], *803*): *homoeoteleuta flexione vocum effecta* (*cf. p. 872, 39*) *passim inveniuntur inde a* PLAVTO, *e. g.* PLAVT. Curc. 297 et datores èt factores. Most. 196 aetate et satietate. TER. Andr. 912 sollicitando et pollicitando (*etiam trimembr.*: CIC. rep. 5, 5 responsitando et lectitando et scriptitando. de orat. 3, 93 *al.*). VARRO frg. Non. p. 161, 6 avitas et (*Roth*, habitasset *trad.*) patritas. CIC. fat. 10 et ebriosum et mulierosum. *et saepe* (*at alii talia fugere videntur, e. g.* LIV.; *v. Wölfflin, Ausgew. Schr. 11*). *rimus q. d.*: PLAVT. Cas. 108 bellam et tenellam. Cist. 69 et melle et felle. CIC. fin. 4, 10 ratio et oratio (Tusc. 4, 38 *al.*). Brut. 298 florem et colorem. Att. 15, 1[a], 2 legi et egi. epist. 10, 28, 1 ore et amore. SALL. epist. Pomp. 2 opes et spes (*saepius* sp. atque o.). OV. fast. 2, 684 urbis et orbis. PLIN. epist. 8, 24, 2 veram et meram (TERT. pudic. 1, 14). APVL. flor. 15 p. 50 sarculo et surculo. TERT. anim. 19 p. 330, 25 innixa et innexa. AVG. civ. 1, 12 p. 22, 22 D. 1, 27 p. 43, 29 erroribus et terroribus (serm. 311, 1; *asynd. Plaut.*). 21, 4 p. 492, 19 ambit et lambit. *al.*

3 *geminatio* (*v. Wölfflin, Ausgew. Schr. 285 sqq. cf. p. 874, 1*): **a** *distributiva* (*v. Löfstedt, Komm. 84 sq. aliter* ille et ille *usu indefinito* [*v. vol. VII 1, 355, 26 sqq.; cf.* hic et hic *s. v.* hic, talis et talis *s.* talis] *et distributivo i. q.* '*alius* — *alius*' [*e. g.* COMM. apol. 596. 598; *cf. vol. VII 1, 355, 66*]): APVL. apol. 9 vs. me ignis et ignis torreat (*i.* '*amor Critiae et Charines*'; *postea* basce duas flammas. *cf. Wölfflin l. c. 297*). ITIN. [Silv.] 6, 2 locis et locis (AVG. conf. 7, 5, 7). 24, 2 ille eos uno et uno benedicet (37, 2 *al.*). CARM. pop. Vopisc. Aurelian. 7, 2 semel et semel. PASS. Thom. p. 134, 21 quid et quid scire ... potes?

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

comparativi: magis et magis *v. vol. VIII 69, 20,* minus et minus, amplius et amplius, etiam et etiam (BALB. Cic. Att. 8, 15^{a}, 2) *v. Wölfflin l. c. 311 sqq.* *hebraismus scripturae sacrae* (*v. Wölfflin l. c. 297 sq.*): ITALA II Cor. 4, 16 (Tert. scorp. 13 p. 176, 3 *al.*) renovatur die et die (ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, VVLG. de die in diem. *cf. Tert. resurr. 40 p. 83, 27* die ac die). VVLG. gen. 7, 3 septena ⌊et⌋ (*om. Amiat.*, ἑπτὰ ἑπτά) septena (*cf.* 7, 9. 15). IV reg. 5, 4 sic et sic locuta est. 17, 29 gens et gens (*syn.* unaquaeque gens. *LXX bis* ἔθνη ἔθνη, *hebr.* גּוֹי גּוֹי). psalm. 48, 12 *al.* **b** *intensiva* (*v. Wölfflin l. c. 315 sqq. cf. p. 877, 49*): MART. 4, 28, 6 usque et usque (5, 60, 1 APVL. met. 9, 38. *cf.* PRIAP. 77, 8 usque et usque et usque). ITIN. [Silv.] 3, 1 lente et lente (31, 4 *al.*). AVG. conf. 11, 28, 38 quod quanto magis agitur et agitur, tanto breviata expectatione prolongatur memoria (*nisi ad a ref., cf.* PLAVT. Trin. 147). EPIST. Austras. 7 p. 119, 2 dulcis et dulcis noster Iustiniane. 8 p. 121, 27 EPIST. Merov. 11 p. 451, 14 *al.*

4 *polyptoton sim.*: ENN. scaen. 316 semper dixi et dicam. PLAVT. Capt. 392 fecit et facit (Cist. 12 factum et fiet. *v. vol. VI 1, 125, 2 sqq. 18 sqq.*). 933 potes ... et poteris. Curc. 335 servo et servatum volo (*cf.* LVCR. 6, 355 PRIAP. 6, 3 OV. trist. 5, 12, 61 LIV. 1, 32, 4 *al.*). Mil. 1059 dixi ... et nunc dico (Most. 59 *al.*). Poen. 337 spectare ... et spectari (*cf.* Truc. 951 perde et peri [CIC. ad Brut. 1, 15, 12]. CIC. Catil. 2, 23 amare et amari [Lael. 27. *cf.* 102]. OV. met. 2, 781 LIV. 4, 46, 3 SEN. nat. 4, 11, 2 *al.*). Trin. 106 est et fuit (619. *cf.* CIC. inv. 1, 107 Planc. 89 *saepe*). TER. Eun. 258 LVCIL. 357. 818. CIC. Verr. II 1, 89 manent et ... manebunt. dom. 103 habetis ... et semper habuistis (*cf.* Balb. 51 *al.* SEN. epist. 61, 4). Att. 3, 14, 1 vixisse et adhuc vivere (STAT. silv. 2, 6, 30). *et passim.* *in tit.*: LEX Quinctia (Frontin. aq. 129) 24 ducantur et ducentur, terminatus ⟨e⟩st et erit. *etiam polysynd.*: CIC. Verr. II 1, 48 et est et semper fuit (3, 15 *al.* *cf.* epist. 10, 12, 1 *al.*). Cluent. 142 Mur. 80. dom. 66 et fecisse et facere (Planc. 94 *al.*). Cael. 1. Lael. 91 et monere et moneri (*cf.* Tusc. 2, 5 TERT. bapt. 18, 3). *al.* *simpl. et compos.*: PLAVT. Amph. 645 feram et perferam. Capt. 900 bene ambula et redambula (*cf.* TER. Phorm. 86 CIC. Phil. 12, 28 *al.* OV. am. 2, 19, 41 VITR. 10, 2, 14). Trin. 802 TER. Phorm. 69 LVCIL. 1136 *al.* *cf.* PLAVT. Amph. 990 decedere et concedere (CIC. S. Rosc. 73). Bacch. 644 compuli et perpuli. Cist. 693.

5 *anaphora* (*cf. p. 877, 49. 73. 879, 9. 43. accedit chiasmus: e. g. l. 48*): **a** *bimembris*: α *subst.* (*saepius in afferendo ut*: RHET. Her. 1, 13, 23 CIC. inv. 2, 148): ELEG. in Maecen. 1, 97 tempora ... et tempora (PROP. 2, 10, 2). PROP. 2, 20, 15. β *adi. et adv.*: PLAVT. Cas. 782 novum maritum et novam nuptam. TER. Haut. 425 magis cupio tanto et magis desidero (LVCR. 5, 489 *al.* [*aliter supra l. 1*]. *cf.* CIC. off. 1, 120 minus ... et minus. TER. Haut. 479 prius ... et prius. *al.*). Ad. 68 sic ... et sic (LVCR. 5, 600. *cf.* CIC. Caecin. 35 ita ... et ita [Lael. 27 *al.* PETRON. 58, 12 CE 194, 2. 195, 2]. Verr. II 1, 105 tam ... et tam [II 3, 134 *saepe*]. Quinct. 20 quam ... et quam [de orat. 1, 118 *saepe*]). 272. CIC. Quinct. 38 ratio ... omnis et omnes litterae (VERG. Aen. 5, 698 HOR. epist. 1, 16, 57 COLVM. 3, 1, 3). Verr. II 1, 140. 3, 55 summo ... et summa (Cluent. 53 *al.* *cf.* Verr. II 3, 74 magnis [CAES. Gall. 3, 23, 4 *al.*]). II 3, 227 certus ... et certus (LVCR. 5, 671 *al.*). Cluent. 5 parum ... et parum (SEN. epist. 70, 20). fin. 3, 47 bonam ... et bonum (*cf.* epist. 6, 6, 11 Brut. 7 *al.*). LVCR. 4, 623. 6, 589 *al.* VERG. Aen. 2, 408 primus ..., primus ... et ... primus (*cf.* OV. met. 8, 386 *al.*). HOR. carm. 2, 16, 23 ocior ... et ... ocior. *et saepe.* γ *pron.*: PLAVT. Amph. 735 mecum ... et mecum (*cf.* LVCIL. 670 LYGD. 6, 54). Asin. 302 quo argumento et quo modo (*cf.* CIC. inv. 2, 44). Bacch. 827 quanto ... et quanta (CIC. Cluent. 2 *passim.* *cf.* PLAVT. Poen. 1275 tanta et tantis [CIC. leg. 1, 58 *et saepe*]). TER. Hec. 338 te ... et te (CIC. har. resp. 11 *al.* VERG. georg. 3, 1 PROP. 1, 4, 5 *al.*). VARRO rust. 1, 2, 15 aliud ... et aliud (*v. vol. I 1638, 39. 51. 57. 59. 62. 1639, 6. 8. 1646, 72 sq. 1647, 22. 26. 29 sqq. 44. 1649, 42; sollemne est asynd.*). CIC. Quinct. 50 qua lege et qua condicione (S. Rosc. 49 *saepe*). S. Rosc. 67 sua ... fraus et suus terror (Sest. 135 *al.* *cf.* epist. 4, 14, 3 *al.*). Q. Rosc. 2 eius ... et eius (Verr. II 2, 30 *saepe*). Verr. I 10 hoc praetore et hoc consule (*saepe, v. s.* hic. *cf.* VERG. Aen. 11, 601 huc ... et huc. HOR. epod. 2, 31 hinc et hinc. *al.*). Brut. 142 idem et idem (*v. vol. VII 1, 207, 16. 26*). LVCR. 5, 192 talis ... et talis (VERG. Aen. 7, 555 *al.* *cf.* CAES. Gall. 1, 21, 1 qualis ... et qualis [PANEG. in Mess. 20 *al.*]). OV. trist. 1, 8, 31. *et al.* δ *praep.*: PLAVT. Amph. 206 sine vi et sine bello (Cist. 141 *al.* CIC. Verr. II 1, 75 *al.*). Bacch. frg. 5 cum nassiterna et cum aqua (Rud. 29 *al.* [*cf. Sjögren l. c. 109 sq.*]. CIC. Caecin. 64 *al.* CATVLL. 23, 6 LVCR. 3, 682 *al.*). Capt. 245 per ... et per (Trin. 153. TER. Andr. 326 [*saepius* perque]. CIC. Quinct. 68 *al.* CATVLL. 101, 1). Men. 421 de ... et de (478 *al.* CIC. inv. 2, 170 *al.* CAES., SALL.). Mil. 703 in genere et in divitiis ([*alibi* atque]. CIC. S. Rosc. 16 *al.* LVCR. 3, 575 *al.* COLVM. 2, 20, 2 *al.* *cf. in c. acc.: inde a* CIC. inv. 2, 123). Persa 169 pro ... et pro (Pseud. 232 CIC., CAES., CELS.). Rud. 550 ad ... et ad (CIC. inv. 2, 123 *al.* CATVLL. 115, 6 HOR. epist. 2, 1, 243 *al.*). TER. Haut. 60 CATO agr. 6, 3. VARRO rust. 1, 2, 4 inter ... et inter (CIC. inv. 2, 149 *al.* SIL. 11, 180 *al.*). RHET. Her. 2, 13, 20 ex ... et ex (CIC. inv. 2, 54 *al.* CAES. civ. 3, 6, 1 SALL. Iug. 85, 40 *al.*). CIC. Quinct. 25 ab ... et a (79 *al.* CAES. Gall. 1, 37, 1 *al.*). *et al.*

ε *verba* (*cf. p. 874, 18*): PLAVT. Men. 633 quom negabas ... et negabas. Merc. 766 Persa 527 TER. Phorm. 759. CATO agr. 52 oportet et ... oportet. 83, 1 *al.* CIC. Att. 13, 48, 2 velim et velim. PROP. 1, 1, 29. 1, 8, 26 OV. trist. 1, 8, 4 *al.* SEN. contr. 9, 6 (29), 5 SEN. Ag. 404^{a} *al.* epist. 56, 12 MART. 2, 36, 5 *al.* *nota*: OV. rem. 329 sq. et poterit ... et poterit (*cf.* met. 1, 325 sq. IVV. 6, 483 sq.). *postpos.* (*cf. p. 897, 71*): VERG. Aen. 11, 191 spargitur et tellus ..., sparguntur et arma (*Hom. Ψ 15* δεύοντο ..., δεύοντο δέ. *cf.* 12, 698 deserit et ... et ... deserit). PROP. 2, 3, 44 OV. ars 2, 35. ζ *coniunctiones et enunt. rel.*: PLAVT. Amph. 1133 quae futura et quae facta (Truc. 212 *al.* *cf.* Capt. 248 qui ... et qui [CIC. de orat. 1, 84 *passim*]. Men. 90 quod edit et quod potet [Pseud. 259 *saepe*]). Asin. prol. 6 quid ... et quid (Capt. 376 TER. Phorm. 167 CIC. inv. 1, 31 *al.* *et ap.* LVCR., CAES., VERG., HOR. *al.* [*asynd.*: TER., CIC. epist.]. *cf.* VARRO rust. 2, 4, 3 quis ... et qui. *al.*). Bacch. 736 quia ... et quia (TER. Andr. 121 CIC. inv. 1, 158 *al.* SALL. Iug. 85, 25 OV. Pont. 2, 7, 37 *al.* *cf.* CIC. orat. 162 quia ... et quod [180 *al.* LVCR. 3, 496]. opt. gen. 20 quod ... et quod [Tusc. 1, 48 *et saepe*]). Capt. 908 ut ... dicam ... et ... ut feram (TER. Phorm. 512 *al.* CIC. de orat. 1, 232 *al.* LVCR. 4, 825 *al.* CAES. Gall. 1, 43, 3 [α]. *et ap.* HOR., LIV., SEN. *al.* *cf.* CIC. de orat. 2, 102 ut ... et ut ne). Capt. 1035 si ... et si (RHET. Her. 2, 19, 30 *et passim* [*rarius* si *non repetitur ut* CIC. de orat. 2, 365]. *cf.* PLAVT. Most. 223 ni ... et ni [CIC. epist. 7, 30, 2 *al.* *cf.* de orat. 3, 147 nisi ... et si ... non]. Poen. 601 quasi ... et ... quasi [CIC. inv. 2, 126 *al.*]). Mil. 197 dum ... et dum (LVCR. 2, 1125 SALL. Catil. 50, 1 VERG. georg. 4, 328 *al.*). CATO agr. 25, 1 quom ... et quom (RHET. Her. 2, 6, 9 *al.* CIC. inv. 2, 153 *al.* CATVLL. 80, 3 LVCR. 3, 681 *al.* *et ap.* SALL., VERG., HOR., GERM., PLIN. *al.*). 142 quomodo ... et quomodo (CIC. de orat. 2, 235 *al.*). CIC. de orat. 1, 98 quoniam ... et quoniam (epist. 6, 4, 2 LVCR. 3, 436). LVCR. 5, 1048 unde ... et unde. *et al.*

b *trimembris* (*raro verba* [PROP. 1, 10, 16 possum ... et ... possum ... et possum] *et adi. vel adv.* [TERT. adv. Marc. 3, 2 p. 378, 17 ANTHIM. praef. p. 3, 13]): *praep.*: CATO agr. 41, 1 per ver et per solstitium ... et per vindemiam (CIC. epist. 15, 2, 1). 125 ad ... et ad ... et ad (CIC. Manil. 47 *al.*). VARRO ling. 10, 72 in rebus et in vocibus et in utroque (CIC. Cluent. 128 *al.*). CIC. inv. 2, 46 ex ... et ex ... et ex (Tim. 22 *al.* CELS. 5, 26, 21). Verr. II 3, 80 de ... et de ... et de (de orat. 1, 86 *al.*). *et al.* *coniunctiones sim.*: PLAVT. Amph. prol. 1 sqq. ut ... et ut ... et uti (*cf.* CATO agr. 5, 5 CIC. fin. 3, 45 epist. 1, 8, 2). Truc. 862 scio ... quid velis et quid postules et quid petas (*cf.* CIC. Mur. 32. 73). VARRO rust. 2, 4, 9 quod ... et quod ... et quod (RHET. Her. 1, 7, 11 *al.* CIC. Verr. II 1, 100 *al.*). 3, 16, 20 si ... et si ... et si (RHET. Her. 4, 8, 11 CIC. prov. 43 div. 1, 121. *cf.* epist. 14, 1, 3). *et al.* *plura membra*: SENT. Minuc. (CIL I^{2} 584) 38 quem ... et quem ... et quem ... et quem ... et quem. VARRO rust. 2, 1, 9 sq. quod ... et quod ... et quod ... et quod ... et quod (CIC. inv. 1, 41). RHET. Her. 1, 9, 14 si ... et si ... et si ... et si ... et si ... et si ... et si (4, 12, 18 CIC. inv. 1, 28). CIC. Vatin. 23 in ... et in ... et in ... et in ... et in. *al.*

c *polysynd.*: α *bimembre* (*raro adv. ut* SEN. epist. 30, 7 et saepe ... et saepe): (I) *praep.* (*rarius sine anaphora, e. g.*: CIC. Att. 15, 5, 1 et ab eo et Cassio. epist. 5, 16, 5. 13, 6, 4 ad Brut. 1, 11, 1 LIV. 31, 2, 1 MIN. FEL. 1, 3 *al.* *cf. Löfstedt, Zur Sprache Tert., 1920, 62*): TER. Andr. 288 et ad pudicitiam et ad rem tutandam (VARRO ling. 9, 9 *al.* CIC. inv. 1, 16 *et passim*). VARRO ling. 8, 15 et in his rebus ... et in his rebus (9, 13 *al.* RHET. Her. 4, 31, 42 *et saepe, item in c. acc.*). 8, 34 et ⟨ab⟩ ... et ab (CIC. inv. 2, 160 *et saepissime. nota*: COLVM. 1, 8, 18 cum et ab ipsis tum et ab solutis [*cf. p. 908, 47*]). rust. 2, 1, 4 et propter ... et propter (CIC. leg. agr. 2, 57 *al.*). CIC. inv. 1, 99 et de ... et de (2, 81 *saepe*). 2, 42 et ex ... et ex (2, 71 *passim*). Q. Rosc. 32 et pro me et pro te (Catil. 4, 7 *al.*). Cluent. 5 et sine ... et sine (CAES. civ. 1, 73, 3). dom. 91 et tecum et cum illis (prov. 47 *al.* VELL. 2, 115, 2). leg. 1, 5 et apud ... et apud (Brut. 152 LIV. 5, 47, 11 *al.*). *et al.* (II) *coniunctiones et pron. relat.*: PLAVT. Amph. 681 et quom [te] gravidam et quom te pulchre plenam aspicio (CIC. nat. deor. 3, 70 *al.* VERG. ecl. 5, 74 *al.* *cf.* VARRO ling. 5, 155 et ubi ... et ubi). 878 et quod gravida est viro et me quod gravida est, pariat ([CIC. de orat. 2, 143 SEN. contr. 2, 1, 19 *al.*]. Poen. 6 et qui ... et qui [VARRO ling. 6, 78 CIC. Sest. 136 *passim*]. VARRO Men. 148 et ... quae ... et quae [CIC. inv. 2, 149 *saepe*]. ling. 8, 7 et ea quae ... et ea quae [CIC. Phil. 2, 91 *al.* CAES. Gall. 5, 35, 3 *al.*]. *cf.* PLAVT. Trin. 355 et quî ... et quî. *al.*). Men. 644 et quid ... et quid (CIC. inv. 1, 89 *al.* CAEL. Cic. epist. 8, 5, 2 SEN. contr. 9, 2 [25], 27. *cf.* ASCON. Pis. p. 19, 25 St. et quis ... et quis). RHET. Her. 3, 11, 19 et quia ... et quia (LIV. 1, 15, 1 *al.* *cf.* et quod ... et quia: CIC. S. Rosc. 145 *al.* LIV. 5, 41, 4 *al.* et quod ... et quod: CIC. Verr. II 2, 68 CAES. Gall. 5, 9, 8 *al.*). CIC. div. 2, 143 et ut videretur et ut eveniret (SEN. contr. 7, 3 [18], 9 *al.* *cf.* CIC. ad Q. fr. 3, 9, 3 et ut ... et quod. CAES. civ. 3, 79, 1 et ut ... et ne. SEN. benef. 5, 22, 2 et ne ... et ne). off. 2, 58 et si ... et si (ad Brut. 9, 4, 6 Sj. VERG. Aen. 7, 225 CELS. 6, 6, 31^{c} *al.*). LIV. 29, 17, 1 et quomodo ... et quomodo. *et al.* *nota collocationem*: VARRO ling. 8, 2 quod et ... et quod (rust. 1, 45, 3 PLANC. Cic. epist. 10, 17, 2

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SCRIB. LARG. praef. p. 5, 31. *cf.* CIC. Brut. 209 quia et . . . et quia [opt. gen. 20]). CIC. Manil. 49 cum et . . . et cum (Att. 3, 23, 3). Att. 13, 11, 1 ut et . . . et ne (ad Q. fr. 1, 2, 11). LIV. 44, 26, 14 quibus et . . . et quorum (TEST. Galli [CIL XIII 5708] 2, 8). *β trimembre: praep.*: PLAVT. Bacch. 958 et de hospite et de auro et de lembo (CIC. nat. deor. 1, 2 *al.*). VARRO ling. 8, 53 et a vocabulo . . . et a nomine . . . et a verbo (LIV. 5, 11, 10 *al.*). CIC. inv. 1, 29 et ad . . . et ad . . . et ad (Catil. 1, 19 *al.*). 2, 46 et ex . . . et ex . . . et ex (Verr. II 3, 187 *al.*). epist. 10, 3, 1 et in . . . et in . . . et in (CELS. 7, 6, 1 *al.*). *al.* *coniunct. et pron. rel.*: VARRO rust. 1, 1, 11 et quae . . . et quae . . . et quae (CIC. leg. agr. 2, 92. *cf.* off. 1, 100 et id quod . . . et id quod . . . et id quod). CIC. Mil. 56. Att. 8, 2, 1 omnia grata, et quod scripsisti . . . et quod non credidisti . . . et quod monuisti (*cf.* epist. 1, 7, 11). *al.* *γ plura membra*: VARRO ling. 10, 59 et ex . . . et ex . . . et ex . . . et ex (CIC. inv. 2, 42. *cf.* QVINT. inst. 5, 10, 90). RHET. Her. 4, 25, 34 CIC. inv. 1, 39 nat. deor. 2, 139. div. 1, 97 (et cum 6^ies^). *al.*

C *hendiadyoin sim.* (*v. Nissen, Die epexeget. Copula . . . bei Vergil . . ., Diss. Kiel 1915, qui figuram ab epexegesi et ab exaggeratione synonymorum [cf. p. 881, 31. 882, 21. 883, 15] distinguit; fines tamen fluxi nec satis certi [cf. Schmalz-Hofmann⁵, 823 sq.]*): 1 *hendiadyoin*: a *apud poetas*: VERG. georg. 2, 192 pateris libamus et auro (SERV.: ἓν διὰ δυοῖν). 3, 56 maculis insignis et albo (SERV. auct.: divise pro 'albis maculis'). 3, 113 currus et quattuor . . . iungere equos. Aen. 1, 61 molemque et montes insuper altos imposuit (SERV.: id est molem montis. et est figura, ut una res in duas dividatur, metri causa interposita coniunctione). 1, 111 in brevia et syrtes (SERV.: id est in brevia syrtium). 6, 734. 7, 750 fronde . . . et felici comptus oliva. 8, 531. 9, 604 natos . . . gelu duramus et undis (SERV.: 'undis gelidis' *eqs.*). LVCAN. 10, 533 potuit . . . una dies in famam et saecula mitti. *al.* b *apud scriptores* (*vix huc referenda haec*: CIC. Quinct. 72 frequentiam et consessum. Tull. 42 vi et armis [*v. vol. II 593, 17*]. Marcell. 11 opere et manu factum [Sull. 68 *al.*]): TAC. hist. 1, 63 cum magistratibus et precibus occurrerent (*i. 'veniam precantibus' Heraeus ad l. cf.* 2, 88 cum terrore et armatorum catervis volitabant).

2 *epexegesis*: CATVLL. 64, 3 Phasidos ad fluctus et fines Aeetaeos. VERG. georg. 4, 394 immania . . . armenta et turpes . . . phocas. 4, 399 vim duram et vincula. Aen. 1, 258 urbem et promissa Lavini moenia (*cf.* SERV. *ad l.*). 2, 116 sanguine . . . et virgine caesa. 5, 214. 7, 342 Latium et Laurentis tecta tyranni. 8, 418. 11, 571 equae mammis et lacte ferino (SERV. auct.: ἓν διὰ δυοῖν. *sed cf. Nissen l. c.*). 12, 505 costas et crates pectoris (*cf.* SERV. *ad l.*). 12, 516. CIRIS 113 Carpathium . . . et flumina Caeratea. OV. met. 4, 757 Andromedan et tanti praemia facti. *al.*

D *concinnitas et inaequalitas iuncturae membrorum parium*: 1 *concinnitas*: a *subst.*: ENN. ann. 522 cui par imber et ignis, spiritus et gravis terra. PLAVT. Amph. 650 (*praecedit asynd.*). Curc. 444 VARRO ling. 5, 11. 12 *al.* CIC. inv. 1, 109 virtus et magnificentia . . . humilitas et obsecratio. Q. Rosc. 14 *et saepe* (*rarius in philos. et rhet.*). LVCR. 3, 528 *sq.* 5, 1256 *sq.* VERG. catal. 9, 60. LIV. 9, 11, 4 (*et bis*). VITR. 1, 4, 5 *al.* SEN. contr. 7, 6 (21), 17 VAL. MAX. 2, 2, 2 *al.* *et passim.* b *adi. et adv.*: PLAVT. Mil. 907 lepide et sapienter, commode et facete. RHET. Her. 3, 15, 27 *al.* CIC. inv. 1, 49 confuse et permixtim . . . discripte et electe. Q. Rosc. 16 *et saepe* (*raro in philos.*; *cf.* Lael. 95). BELL. Alex. 49, 2 SALL. Catil. 51, 27 or. Phil. 1 HOR. sat. 2, 7, 100 OV. trist. 5, 1, 7. LIV. 9, 16, 4 (*et ter*). VITR. 7, 2, 2 *al.* *et passim* (*quattuor paria*: SEN. epist. 95, 58 COLVM. 3, 2, 1; *trimembria*: CIC. Cael. 33 VAL. MAX. 5, 1, 1^d^). c *verba*: VARRO rust. 3, 9, 2 admittant et pariant . . . incubent et excudant. CIC. S. Rosc. 121 Verr. II 5, 174 *al.* LVCR. 5, 832 *sq.* 1248 *sq.* OV. met. 1, 470 *sq.* SEN. dial. 7, 4, 1. *al.*

2 *inaequalitas*: a *asynd. . . ., et* (*cf. Madvig, Opusc. I 338*): PLAVT. Epid. 198 (*asynd.*, atque, et). Most. 53 me . . . et te . . ., me . . ., te. CIC. Verr. II 2, 135 causas voluntates . . ., facultates et copias. parad. 49 orat. 36 epist. 6, 12, 1. VAL. MAX. 1, 8, 11 (*cf. Stangl, BphW. 32, 1912, 1525*). TAC. Agr. 15 hist. 2, 42 *al.* (*v. Nipperdey-Andresen ad ann. 16, 17*). AMM. 14, 8, 9 *al.* *plura membra*: MELA 2, 53 COLVM. arb. 20, 2 PLIN. nat. 13, 12 PLIN. epist. 5, 8, 9. b que . . ., et: PLAVT. Poen. 268 stabulum statumque, sellam et sessibulum. 326. 1108. CIC. div. in Caec. 38. Caecin. 1 vi et armis . . ., iure iudicioque. *al.* (*vix vel raro in philos. et epist.*). SALL. Iug. 67, 2 VERG. georg. 2, 12 *al.* HOR. sat. 1, 10, 81 SEN. nat. 2, 55, 3 TAC. hist. 1, 52. *al.* c atque . . ., et: PLAVT. Trin. 436 erum atque servom . . . Lesbonicum et Stasimum. VARRO Men. 417 RHET. Her. 1, 11, 18 *al.* CIC. inv. 1, 4 infantes et insipientes . . . magnos ac disertos. Verr. II 1, 55 *al.* (*raro in philos. et epist.*). SALL. Catil. 2, 5 *al.* LIV. 23, 3, 9 VELL. 1, 15, 3 SEN. dial. 1, 3, 2 COLVM. 3, 19, 3. *al.* d aut . . ., et *sim.* (*cf. Stangl, RhM. 70, 1915, 231*): CIC. inv. 2, 109 aequi et iniqui . . ., praemii aut poenae. CIC. fin. 3, 17 de orat. 1, 58 *al.* SEN. epist. 66, 25. 26 TAC. hist. 5, 15 *al.* *cf.* TAC. hist. 4, 26 fors seu natura . . ., fatum et ira. ann. 6, 38.

VII ***iuncturae*** (*ad I et II*): A *c. adv. et coniunctionibus* (*selectissima; afferuntur fere vetustissima quaeque exempla*): **et acsi:** CYPR. epist. 21, 2 p. 530, 14. VEN. FORT. carm. 3, 4, 3 (*pros.*). **et adeo** (que, atque a. PLAVT.): TER. Hec. 240 *al.* CAES. civ. 3, 23, 3 LIV. 21, 1, 2 *al.* **et adhuc:** TER. Ad. 122 CIC. fin. 5, 46 *al.* HOR. ars 78 OV. epist. 16, 17 *et passim.* **et aeque:** CIC. Quinct. 86 *al.* HYGIN. frg. Gell. 10, 16, 7 COLVM. 8, 3, 6 *al.* **et alioqui(n):** VAL. MAX. 3, 8 ext. 1 SEN. epist. 49, 3 SCRIB. LARG. praef. p. 1, 9 *al.* **et aliquando:** CIC. Verr. II 1, 72 *al.* SALL. Iug. 14, 21 SEN. benef. 3, 12, 3 *al.* **et amplius:** CATO agr. 94 et hoc a. (157, 10 CIC. Verr. II 2, 123 *al. cf.* et eo a. *inde a* PLIN. nat. 17, 77). HOR. carm. 1, 13, 17 *al.* **et ante omnia:** LIV. 7, 4, 3 CELS. 3, 4, 1 *al.* **et autem** (*cf. p. 884, 59. 73*): *v. vol. II 1593, 76 sqq. i. q.* 'καὶ πάλιν'; *inde a* SCRIB. LARG. 207 *i. q.* 'καὶ δέ'; *ad exempla s.* autem *l. c. allata adde e. g.* ITALA gen. 27, 23 (Lugd.) et erant a. (ἦσαν γάρ, VVLG. quia). 27, 41 et minatus est a. (καί, VVLG. ergo). IREN. 1, 3, 4 (καί). 3, 1, 1 (καὶ . . . δέ). *al.* *nota* et sin a. *i. q.* '*sin a.*'?: CHIRON 811 (*def. Löfstedt, Glotta 3, 1912, 31; potius et del. videtur*). **et certe:** *inde a* TER., *v. vol. III 941, 38* (certeque *rarius et fere apud poetas*). **et cetera:** *v. vol. III 969, 26 sqq.* (*rarius* ceteraque). et ceterum *i. q.* '*ceterum*': TERT. pudic. 15, 11. **et contra:** *v. vol. IV 742, 42 sqq.* *cf.* et econtra: *v. p. 50, 24.* et e(x) contrario: RHET. Her. 4, 21, 29 SEN. nat. 5, 1, 4 *al.* et e(x) diverso: GAIVS dig. 35, 2, 73 pr. *al.* **et deinceps:** VARRO ling. 6, 34 *al.* (*asynd.*: *9, 64*). CIC. inv. 1, 103 *al.* CAES. civ. 3, 9, 7 LIV. 29, 3, 3 *al.* **et deinde:** TER. Haut. 19 LIV. 23, 18, 16 *al.* **et denique:** *v. Landgraf ad Cic. S. Rosc. 38 et s.* denique *vol. V 1, 527, 50. 530, 29. 532, 27. 31 sqq.* **et ea re:** RHET. Her. 2, 16, 24 *al.* CIC. inv. 2, 58 *al.* VITR. 1, 1, 12 *al.* (et hac re: MELA 1, 71). *cf.* et ob eam rem: PLAVT. Epid. 253 *al.* CIC. Mil. 53 (et ob eam [hanc] causam: CIC. Lael. 75 *al.* CAES. Gall. 1, 17, 6 *al.* SALL. Iug. 65, 1 *al.*). et eo: ACC. carm. frg. 26 VARRO ling. 5, 4 *al.* (et ex eo: PLIN. nat. 34, 137). et ob ea: SALL. Iug. 89, 4 *al.* CVRT. 6, 8, 3 *al.* et ob id: SALL. or. Phil. 18 LIV. 21, 47, 1 *al.* (et ob hoc: SEN. contr. 2, 1, 34 *al.* et per hoc: AVG. civ. 19, 24^extr.^ *al.*). **et ecce:** *v. supra p. 31, 36 sqq. nota*: APVL. met. 6, 9 (*in initio orationis*). VVLG. gen. 19, 10 et e. (δέ, ITALA Lugd. autem). **et en:** APVL. met. 9, 14. 10, 9. **et . . . enim** (*fere i. q. 'etenim'; aliter p. 908, 72*): TERT. bapt. 20 et quis e. prohibet *eqs.* (*in refutatione, cf. p. 891, 54*). anim. 11 p. 315, 22 adv. Marc. 4, 36 p. 545, 12. LAMPR. Alex. 45, 3 (*def. Tidner, De particulis copul. ap. script. hist. Aug., 1922, 121*). SCHOL. Hor. epod. 11, 16 et ibi e. de equi coitu loquebatur. SVLP. SEV. chron. 2, 26, 1 (*cf. Martin, WklPh. 35, 1918, 353*). COD. Iust. 3, 33, 16, 3 et tunc e. usus fructus . . . revertatur. *cf. et p. 575, 49 sqq.* *cf.* et . . . namque: RVSTIC. Conc.^S^ I 4 p. 223, 20 ⌊et⌋ (*del. Schwartz*) studium n. **et equidem:** PLAVT. Cist. 526. Stich. 590 (*interpol.*). **et ergo** (*i. 'et igitur'*): *v. p. 774, 74 sqq.* *addam*: TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 357, 13. ARNOB. nat. 1, 17 p. 13, 21 et quid e. sequitur *eqs.*? (*in redarguendo, v. p. 891, 61*). ITALA gen. 31, 16 (Lugd.) et nunc e. . . . fac (νῦν οὖν, VVLG. unde). *al.* **et etiam:** (*v. Schmalz, Antibarb. I 520 sq.; cf. p. 884, 78*): PLAVT. Amph. 717 et te quoque e. Cas. 365 et nunc e. Cist. 522 *al.* VARRO ling. 5, 122 *al.* CIC. Verr. II 3, 205. *cetera v. s.* etiam. *nota fere i. q. 'et'*: MARCELL. med. 1, 98 sucum . . . exprimat et oleo e. rosaceo admisceat. **et fors:** VERG. Aen. 5, 232 *al.* PRVD. psych. 501. et forsan: BELL. Afr. 45, 2 HOR. carm. 2, 16, 31 SIL. 16, 517. et forsitan: BELL. Alex. 58, 2 TIB. 1, 10, 13 OV. epist. 19, 141 *al.* LIV. 3, 25, 9 *al.* (*nota in initio orationis*: PETRON. 50, 4. *cf. p. 891, 48*). et fortasse: CIC. Verr. II 2, 169 *al.* CAES. civ. 3, 60, 3 HOR. ars 19 OV. fast. 6, 787 SEN. contr. 10, 1, 2 *al.* (et fortassis: BRVT. et CASS. Cic. epist. 11, 3, 3 HOR. sat. 2, 7, 40 PLIN. nat. 18, 36 *al.*). et forte: CIC. fat. 6 SALL. Iug. 93, 4 *al.* LIV. 3, 6, 2 *al.* (*e poetis*: SEN. trag., CALP., STAT.). **et herc(u)le:** PLAVT. Capt. 88 *al.* TER. Haut. 523 CIC. fin. 2, 23 *al.* LIV. 7, 11, 1 *al.* (et hercules: CIC. Brut. 62 *al.* LIV. 34, 31, 3 PLIN. nat. 2, 206 *al.*). *cf.* et mehercule: CIC. Verr. II 4, 33 *al.* SALL. Iug. 110, 2 CVRT. 5, 8, 9 *al.* (et mehercules: PETRON. 33, 5 *al.*). **et heu:** HOR. epod. 11, 21 VAL. FL. 7, 199 *al.* **et heus:** PLAVT. Most. 467. **et iam:** *v. vol. VII 1, 108, 33 sqq.* *cf.* et iamdudum: PLAVT. Mil. 580 VERG. georg. 1, 213 *al.* et iampridem: CIC. Att. 2, 5, 1 *al.* SEN. contr. 10, 1, 1 *al.* **et ibi** (ibidem): *v. vol. VII 1, 150, 47 sqq. 156, 16 sqq.* (*adde* PLAVT. Pseud. 1272). **et idcirco:** *v. vol. VII 1, 177, 65 sqq.* **et ideo:** *v. vol. VII 1, 212, 58 sqq.* **et igitur:** VVLG. II Esdr. 5, 8 nos . . . redemimus fratres nostros . . . et vos -r (καὶ ὑμεῖς) vendetis fratres vestros? **et ilico:** *v. vol. VII 1, 331, 18 sqq. 54.* **et immo:** VITAE patr. 3, 17. **et imprimis** (*cf.* TER. Eun. 429 saepe, et fertur in primis. *al.*): CIC. Verr. II 3, 63. 67 *al.* LVCR. 4, 111 *al.* SALL. Iug. 35, 6 LIV. 25, 9, 4. VAL. MAX. 3, 3 ext. 4 *al.* (*i. q. 'et quidem i.'*: SEN. epist. 108, 33 CVRT. 8, 5, 12 PLIN. nat. 16, 59 *al.*). **et interdum:** PLAVT. Capt. 550 RHET. Her. 3, 1, 1 CIC. Brut. 158 LVCR. 2, 1012 *al.* SALL. Catil. 23, 3 *al.* LIV. 34, 5, 5 *al.* **et interea:** CIC. Quinct. 31 *al.* PLANC. Cic. epist. 10, 23, 3 CAES. Gall. 1, 24, 2 VERG. Aen. 2, 56. **et interim:** SALL. Iug. 39, 2 LIV. 37, 31, 2 SEN. benef. 5, 19, 7 *al.* **et invicem:** CAES. civ. 3, 98, 3 CELS. 3, 23, 4 SEN. benef. 4, 1, 1 *al.* COLVM. 5, 6, 1 PLIN. paneg. 39, 1 *al.* **et ita** (*saepius apud priscos* atque i.): PLAVT. Bacch. 385 Poen. 915 CATO agr. praef. 1 QVADRIG. hist. 48 VAL. ANT. hist. 61 VARRO rust. 1, 43

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

RHET. Her. 2, 26, 41 CIC. inv. 1, 98. *inde passim.* **et itaque:** TERT. pudic. 14, 1 et his i. discussis ... regredior. resurr. 19[in.] orat. 28 *al.* **et item:** (*cf. p. 885, 5*): PLAVT. Cas. prol. 49 Men. 1094 *al.* TER. Ad. 230 CATO agr. praef. 1 *al.* VARRO Men. 438 *al.* RHET. Her. 2, 2, 2 *al.* CIC. inv. 1, 36 *al.* LVCR. 1, 394 *al.* CAES. Gall. 1, 29, 1 *al.* (*apud quosdam ut* COLVM., ASCON. itemque *praevalet; v. Stangl, Philol. 69, 1910, 512*). **et iterum:** PLAVT. Men. 410. SEN. contr. 7, 3 (18), 8 (*in allegando ut saepius*). *al.* SEN. dial. 10, 4, 6 COLVM. 7, 3, 24 *al.* (*e poetis*: IVV., COMM. *nota i. q.* '*contra, αὖ*': COMM. instr. 1, 36, 2). **et magis** (*cf. p. 874, 77. 893, 82. 899, 1. 42*): PLAVT. Stich. 512 TER. Phorm. 721 VARRO ling. 10, 19 *al.* RHET. Her. 3, 2, 2 *al.* CIC. inv. 2, 105 *al. inde passim.* **et maxime** (*fere i. q.* '*et quidem m.*', *cf. e. g. l. 14. 16*): ACC. carm. frg. 3, 1 M. VARRO rust. 1, 25, 1. RHET. Her. 1, 6, 10 ab adversarii dicto exordiemur, et ab eo m., quod ille nuperrime dixerit (CIC. Manil. 70 *al.* CVRT. 6, 11, 20 *al. cf.* VITR. 7, 3, 1 et hi m. *al.*). 3, 24, 40 et tum m., cum (CIC. parad. 29 *al.*). CIC. inv. 2, 131. Verr. II 4, 64 et quidem m. (Tusc. 2, 45 et m. quidem, si. *al.*). *passim* (*cf. vol. VIII 71, 60. 67. 80 al.*). *nota*: et vel m.: PAVL. sent. 5, 15, 1 SCHOL. Cic. Bob. p. 175, 17. 27 St. *abundanter*: BENED. reg. 61 non renuatur talis voluntas, et m. quia *eqs.* (*i.* '*praesertim cum*'). **et merito:** *cf. p. 874, 61.* **et modo:** CIC. rep. 2, 49 Tusc. 4, 21. BELL. Afr. 6, 5 et modo ..., modo (82, 1 OV. am. 1, 8, 74 *et passim* [*nota anaphoram* et m. ... et m.: PROP. 1, 3, 21 *sqq.* 1, 14, 3 *sq.* OV. epist. 15, 255 *al.*]. *cf.* OV. rem. 595 et m. ..., nunc [fast. 4, 397 *al.*]. met. 2, 189 et m. ..., interdum. *al.*). LYGD. 5, 20 *et passim.* **et mox:** PLAVT. Mil. 150 SALL. hist. frg. 1, 108 HOR. sat. 2, 3, 192 *al.* PROP. 3, 9, 6 OV. met. 6, 183 LIV. 21, 58, 8 *al.* *nota*: VEG. mulom. 1, 29, 2 prius ... et m. (*i. q.* '*prius ..., deinde*'). *i. q.* '*et simulac*': IORD. Get. 147. 284. *cf.* et mox ut: SERM. de conf. diab. 111[a]. **et ... ně** (*enclitice in interrog.; cf. p. 906, 8*): RHET. Her. 1, 10, 17 et licueritne. CIC. inv. 2, 94. **et nimirum:** RHET. Her. 2, 2, 2 CIC. leg. agr. 2, 70 *al.* **et num:** VARRO rust. 3, 2, 11 CIC. Att. 2, 5, 2. 3 *al.* LIV. 36, 3, 8 MANIL. 1, 175. *cf.* et numquid: PLIN. nat. 24, 65 VLP. dig. 47, 2, 27, 1 *al.* **et nunc** (*cf. p. 891, 13*): PLAVT. Amph. prol. 112 *al.* TER. Andr. 157 *al.* ACC. trag. 237 CIC. inv. 1, 107 *al.* LVCR. 3, 852 CAES. Gall. 6, 13, 12 SALL. epist. Pomp. 9. CE 963, 14 (*a. 11 a. Ch.*) et n. demum (PLIN. epist. 5, 8, 8). VERG. ecl. 3, 56 et n. ..., n. (Aen. 5, 156 *saepe. cf.* LIV. 8, 32, 9 et n. ..., modo). *et passim* (*nota: in initio orationis* APVL. met. 7, 27). **et o:** CVLEX 94 PROP. 2, 15, 1 OV. epist. 3, 61 *al.* **et omnino:** RHET. Her. 1, 9, 14 CIC. inv. 1, 12 *al.* LVCR. 1, 863 *al.* VITR. 1, 2, 9 *al.* *cf.* et in totum: SEN. epist. 31, 5 SCRIB. LARG. 121 *al.* PLIN. nat. 5, 54 *al.* **et pariter:** VARRO Men. 438 CIC. Arat. 384 LVCR. 5, 674 VERG. Aen. 1, 714 *al.* OV. epist. 4, 28 *al.* MANIL. 5, 309 *al.* (*e scriptoribus*: PETRON., QVINT., TERT., VVLG. *al.*). **et plane:** CIC. leg. agr. 2, 26 *al.* CAEL. Cic. epist. 8, 8, 4 *al.* Q. CIC. pet. 56 SEN. suas. 6, 27 PETRON. 23, 2 *al.* **et plerumque** (et plerique VARRO, CIC., CAES.): LIV. 26, 19, 5 *al.* SEN. contr. 10, 1, 6 *al.* **et pol:** PLAVT. Cas. 177 *al.* TER. Eun. 879 (*cf.* et edepol: PLAVT. Most. 296 *al.* TER. Hec. 83). **et porro:** TER. Ad. 964 LVCIL. 482 AFRAN. com. 359 VARRO ling. 9, 85 GRATT. 66 QVINT. decl. 274 p. 122, 11. **et postremo:** PLAVT. Trin. 662. RHET. Her. 4, 54, 68 modo ..., deinde ..., tum ..., deinde ..., post ... et postremo. LIV. 39, 54, 8 PLIN. nat. 2, 164 *al.* *cf.* et ad postremum: SALL. hist. frg. 1, 12 LIV. 38, 56, 10. et ad extremum: CIC. de orat. 2, 158 HIER. epist. 22, 18, 3 *al.* **et potius** (*cf. p. 893, 77. 894, 41*): VARRO rust. 1, 20, 1 et nigri p. quam aliter ut sint (CIC. Verr. II 5, 105 *passim*). 1, 20, 5 *al.* CIC. inv. 2, 45 *al.* LVCR. 6, 393 NEP. Epam. 2, 3 HOR. carm. 2, 9, 18 *al.* **et potissimum:** PLAVT. Trin. 476 VARRO Men. 340 *al.* RHET. Her. 2, 2, 2 CIC. inv. 1, 25 *al.* CELS. 3, 2, 7 *al.* (*i. q.* '*et quidem p.*': *e. g.* PLIN. nat. 11, 3). **et praecipue:** CIC. epist. 16, 3, 1 (*alibi* praecipueque *vel asynd.*). TIB. 2, 5, 109 LIV. 23, 22, 7 *al.* VELL. 2, 115, 4 CVRT. 4, 9, 25. *inde passim* (*fere i. q.* '*et quidem pr.*', *e. g.*: SCRIB. LARG. 20 PLIN. nat. 2, 126). **et praesertim:** VICT. VIT. 2, 40. **et praeterea:** TER. Ad. 971 CATO agr. 150, 1 *al.* VARRO rust. 2, 5, 9 RHET. Her. 2, 7, 10 *al.* CIC. Verr. II 2, 93 *al.* BELL. Afr. 19, 1 *al.* SALL Catil. 50, 4. *inde passim* (*e poetis*: OV.). **et primo:** CIC. Tusc. 3, 13 et p. ..., deinde (SALL. Iug. 42, 1 LIV. 1, 36, 2 *saepe. cf.* SALL. Iug. 53, 1 et p. ..., post. OV. met. 14, 518 et p. ..., mox. *al.*). OV. met. 11, 678 LIV. 4, 2, 7 *al.* **et primum:** CATO agr. 157, 2 LVCIL. 49 RHET. Her. 4, 1, 1 VARRO rust. 1, 20, 2 CIC. Mur. 3. rep. 2, 38 et p. ..., deinde (Att. 1, 19, 1 LIV. 5, 39, 1 *al. cf.* VERG. Aen. 2, 213 post. 5, 220 inde. 9, 696 tum. LYGD. 2, 19 mox. LIV. 4, 14, 4 postremo *al.*). *passim* (*i. q.* '*et quidem pr.*': PLIN. nat. 8, 1 *al.*). **et profecto:** PLAVT. Asin. 244 *al.* CIC. div. in Caec. 70 *al.* SALL. Iug. 85, 22. 48 CVRT. 4, 13, 13 *al.* **et propterea:** PLAVT. Capt. 240 TER. Andr. 653 *al.* CIC. inv. 2, 64 *al.* (*philos. et epist.*). PAVL. FEST. p. 95 APVL. Plat. 1, 12 *al.* **et quamquam:** CIC. p. red. in sen. 30 *al.* SALL. or. Macri 8 *al.* VERG. Aen. 10, 856 OV. epist. 18, 58 *al.* LIV. 1, 37, 6 *al.* **et quamvis:** CIC. Phil. 1, 19 CATVLL. 91, 7 LVCR. 2, 391 PROP. 1, 3, 13 *al.* OV. met. 1, 686 *al.* (*e script.*: PLIN. nat., DIG., AVG., COD. Theod. *al.*) **et quando** (*cf. p. 891, 51 et s.* ecquando *p. 51, 39 sqq.*): VERG. georg. 1, 254 LIV. 5, 44, 2 PETRON. 56, 3 QVINT. inst. 11, 1, 10. **et quasi:** PLAVT. Truc. 867 CIC. inv. 2, 100 *saepe.* LVCR. 1, 947 *al.* SALL. Catil. 23, 6 *al.* OV. Pont. 2, 8, 10 *al.* MANIL. 2, 198 SEN. contr. 1, 6, 2 *al.* **et quemadmodum:** VARRO ling. 9, 112 *al.* CIC. inv. 1, 7 *al.* (*rhet. et philos.*). Q. CIC. pet. 20 LIV. 30, 30, 30 SEN. epist. 99, 21. ITIN. [Silv.] 27, 9 (*vi temporali*). **et quia:** PLAVT. Mil. 1323 TER. Eun. 586 CIC. inv. 2, 11 *al.* LVCR. 2, 653 *al.* OV. met. 7, 576 LIV. 1, 51, 2 *passim.*

et quidem (*cf. p. 874, 5. 24. 885, 12. v. Schmalz, Antibarb. I 523 sq.*): PLAVT. Asin. 645. Bacch. 222 huc adveniet miles :: et miles q.? *al.* TER. Hec. 430 *al.* VARRO Men. 335 *al.* RHET. Her. 3, 12, 22 CIC. inv. 1, 16 *saepe. singula v. s.* quidem. *nota: in responso cum affirmatione* ('*ja, und.*' *similia v. p. 907, 13*): CIC. leg. 1, 16 et recte q. ([*cf.* rep. 1, 58. 3, 44 ac. 1, 33]. 3, 24 'at aliquando incenditur.' et q. saepe sedatur. Tusc. 3, 48 de orat. 2, 143 *al.* [*v. supra p. 891, 56*]). *cf.* TERT. spect. 26 p. 25, 24. *i. q.* '*et etiam*': COD. Iust. 1, 12, 5 (*a. 451*) in ... ecclesiis et in aliis q. ... locis. **et quoniam:** PLAVT. Capt. prol. 30 AFRAN. com. 354 VARRO Men. 90 *al.* RHET. Her. 3, 10, 18 CIC. Verr. II 2, 7. *inde passim* (*e poetis*: LVCR., OV., MANIL., IVV.). **et ... quoque** (*aliter p. 914, 71*): PLAVT. Asin. 184 Men. 768 Poen. 40 VARRO ling. 5, 154 *al.* CIC. inv. 1, 107 (*et 4[ies]*). OV. ars 3, 540 *al.* LIV. 5, 10, 7 *al.* SEN. contr. 1, 4, 5. *inde saepe.* **et rursus:** ENN. ann. 288 VARRO rust. 1, 54, 3 *al.* CIC. Tusc. 3, 37 Tim. 27 CAES. civ. 1, 83, 2 SALL. or. Phil. 20 VERG. Aen. 2, 751 PROP. 2, 22, 49. *inde saepius. cf.* et rursum: PLAVT. Rud. 1223. CIC. nat. deor. 2, 118 (*et bis*). LVCR. 5, 778 *al.* **et sane:** CIC. Lael. 62 SALL. Iug. 42, 2. 100, 5 VAL. MAX. 3, 7 ext. 6. *inde passim.* **et scilicet** (*falso trad.*: SALL. rep. 1, 4, 3): CIC. leg. 1, 36 (*ironice*). fin. 2, 102 div. 2, 47 Att. 15, 15, 4 SCRIB. LARG. 229 QVINT. inst. 5, 13, 26. **et si:** PLAVT. Mil. 1416 *al.* CATO agr. 29 *al.* CAECIL. com. 97. LVCIL. 334 si ... et si (552 *al.* CIL I² 605 *al.* RHET. Her. 1, 5, 8 *passim*). CORNELIA epist. frg. 1 AFRAN. com. 62 VARRO Men. 231 *al.* RHET. Her. 3, 8, 15 *al.* CIC. inv. 1, 17 *et passim.* *cf.* et ni(si): CIC. Verr. II 3, 121 (*et ter*). LVCR. 1, 805. 809 CAES. civ. 3, 101, 3. LEX Rubr. (CIL I² 592) 50 nisei ... et nisei sei. SALL. Iug. 21, 2 OV. met. 13, 662 *al.* **et sic:** VARRO ling. 5, 74 *al.* CIC. S. Rosc. 73 et sic ..., ut (Cluent. 88 *passim*). rep. 6, 26 *al.* CAES. Gall. 7, 30, 4 NEP. Ages. 3, 6 VERG. Aen. 1, 614. *inde passim.* *nota: i. q.* '*et tum*': COMM. apol. 660 ITIN. [Silv.] 12, 3 *al.* FILASTR. 107, 1 *al.* CHIRON 222 *al.* VVLG. exod. 12, 44 *al.* COD. Theod. 2, 28, 1 (= COD. Iust. 4, 4, 1; *a. 422*). *al.* **et simul:** ENN. ann. 91 et s. ... volavit avis, s. ... exoritur sol (LIV. 31, 46, 11). 128 *al.* PLAVT. Amph. 715 *al.* TER. Andr. 515 *al.* CATO agr. 95, 2 FAB. PICT. hist. 3 QVADRIG. hist. 41 VARRO rust. 1, 2, 2 *al.* RHET. Her. 1, 5, 8 *al.* CIC. inv. 1, 101 *passim.* (*i. q.* '*et simulac*': TERT. apol. 9, 17). **et simulatque** (-ac): CIC. har. resp. 2 LVCR. 4, 782 COLVM. 11, 3, 42. **et tamen** (*cf. p. 885, 21; ceterum v. s.* tamen): PLAVT. Mil. 756 *al.* TER. Andr. 59 *al.* VARRO Men. 115 *al.* RHET. Her. 1, 6, 9 *al.* CIC. inv. 1, 12 *passim* (*diiunctum*: CIC. Tusc. 1, 27 et permaneret t. nat. deor. 2, 39 PLIN. nat. 2, 219 *al.* *raro e. g. apud* TAC., *qui praefert* ac t.). **et tamquam:** CIC. Phil. 7, 19 *al.* HOR. sat. 1, 1, 71 OV. met. 13, 437 EPIST. Sapph. 69 LIV. 4, 31, 7 *passim.* **et tandem:** VERG. georg. 4, 344 *al.* OV. met. 2, 794 *al.* (*e script.*: LIV., CVRT., PETRON., PLIN. iun., APVL., TERT., VVLG.). **et tantum:** VARRO ling. 9, 21. CIC. Caecin. 30 et tantum modo (Tusc. 5, 76 *al.* LIV. 35, 28, 3 *al.*). rep. 1, 16 *al.* OV. trist. 5, 8, 18 *al.* **et tum** (*cf. p. 903, 16*): ENN. ann. 514 et t. sicut ... qui (*Hom. Z 506* ὡς δ' ὅτε). HEMINA hist. 9. VARRO Men. 335 et t. denique (CIC. leg. agr. 2, 68 *al. cf.* LIV. 40, 50, 4 et t. demum. *al.*). CIC. div. 1, 51 et t. quidem (LIV. 1, 57, 11 *al.*). leg. 2, 38 et t. ..., t. (div. 2, 69 *al. cf.* LIV. 7, 17, 3 et t. ..., deinde. *al.*). de orat. 3, 229 et t. ..., cum (CATVLL. 84, 3 *al.*). *al.* SALL. Iug. 16, 2 *al.* LIV. 1, 2, 3 *passim.* **et tunc:** SISENNA hist. 44 VARRO rust. 2, 4, 7 OV. met. 4, 315 LIV. 42, 57, 9 VITR. 3, 4, 2 *al.* SEN. contr. 1, 1, 12 *al.* GERM. frg. 3, 4 CELS. 3, 19, 5 SEN. nat. 4, 2, 25. *et passim.* **et vel** (*cf. p. 903, 18*): RHET. Her. 1, 15, 25 et vel ... vel (CIC. Cluent. 158 *al.* HOR. sat. 2, 3, 232 *al.* OV. fast. 4, 882 LIV. 7, 29, 1 *passim. cf.* et aut ... aut *inde a* CIC., VARRONE). LIV. 25, 23, 12 PETRON. 98, 3 PLIN. nat. 30, 122 SIL. 14, 635 QVINT. inst. 1, 6, 2 *al.* SVET. Nero 39, 1. **et velut:** LVCIL. 1165 VARRO AT. carm. frg. 22, 3 LVCR. 2, 118 *al.* LIV. 2, 6, 10 *passim* (*cf.* et veluti: LVCR. 3, 551 HOR. sat. 2, 1, 40 LIV. 33, 18, 17. *et ap.* VAL. MAX., SCRIB. LARG., MELAM., PETRON. *al.*). **et vero** (*aliter p. 910, 25*): CIC. rep. 1, 49 *al.* PETRON. 97, 10 PLIN. nat. 20, 23. *i. q.* '*(et) autem*' (*cf. Schmalz-Hofmann*[5], *670*): DIDASC. apost. 77, 2 et alia v. non. EXPOS. mundi 37 RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 123, 34 et nunc v. (*gr. I 1, 7 p. 154, 14* καὶ νῦν). BOETH. herm. pr. 2, 12 p. 177, 23 *al.* **et una:** PLAVT. Amph. prol. 95 Poen. 221 TER. Andr. 924 *al.* CATO agr. 75 *al.* VARRO Men. 395 *al.* CIC. Phil. 12, 1 (*et bis*). LVCR. 1, 1046 *al.* CAES. Gall. 7, 39, 1. *et passim.* **et ut** (*tam c. indic. quam c. coni.; cf. p. 873, 60*): PLAVT. Capt. 908 et ... ut feram (*seiuncta particula ut*: Cas. 706 Pseud. 633 TER. Phorm. 512 *al.*). Persa 152 *al.* TER. Phorm. 759 Haut. 1040. VARRO ling. 5, 109 et ut ..., sic (8, 50 *al.* CIC. rep. 6, 26 *al. et ap.* OV., LIV., TAC. *cf.* LIV. 26, 37, 6 et ut ..., ita [VELL. 2, 34, 3 *al. cf.* CAES. civ. 3, 15, 1 et sicuti ..., ita]). rust. 1, 12, 3 ne ... et ut potius (CIC. Phil. 8, 7 *al.* BELL. Afr. 1, 2 LIV. 25, 15, 20' *al.*). *al.* RHET. Her. 3, 9, 16 CIC. Tull. 55. *et passim* (*temporaliter* et ut *c. indic.*: OV. met. 8, 101 et ut ... imposuit.

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LIV. 25, 39, 5 *al.* CVRT. 7, 9, 9). *cf.* et uti: PLAVT. Amph. prol. 8 CATO agr. 1, 2 *al.* GRACCH. or. frg. Schol. Cic. Bob. p. 81, 23 St. CIC. inv. 2, 102 leg. 2, 58 OV. Pont. 2, 3, 51 LIV. 24, 13, 11 *al.* **et utinam:** LIV. 35, 49, 9 VELL. 2, 28, 3 SEN. epist. 95, 29 FLOR. epit. 4, 12, 55 *al.* **et utrum:** PLAVT. Cist. 679. VARRO ling. 8, 40 et u. ... an (rust. 1, 2, 8 LIV. 35, 28, 5 *al.*). RHET. Her. 4, 15, 22. CIC. leg. agr. 1, 1 u. ... et u. (Phil. 13, 38 [*verba Antoni*]). LIV. 21, 41, 7 *al.*

B *c.* ***negationibus*** (*non affero part. negat. quae fere ad sing. notiones pertinent ut* haud [PLAVT. Stich. 590 (*interpol.*). CIC. Tusc. 2, 41 et h. scio. off. 2, 64 *al.; saepius inde a* LIV.], minime [CIC. rep. 3, 48 *al.* LIV. 25, 7, 11 *al.*]. *cf. etiam* et vix: TER. Hec. 615 CIC. epist. 4, 6, 1 VERG. Aen. 11, 151. *et passim*): **et ne:** PLAVT. Amph. 489 (*interpol.*). TER. Haut. 556 Eun. 76. CATO agr. 1, 1 uti ne ... neve ... et ne (*cf.* 32, 2 ne ... et ne. CIC. off. 1, 89 *al.*). 107, 1 *al.* VARRO Men. 418 *al.* RHET. Her. 1, 9, 14 *al.* CIC. Q. Rosc. 37. *inde passim* (*c. imperat.*: VAL. FL. 8, 436 STAT. Ach. 1, 534 CE 856, 14 *al.* *abundanter*: ITALA gen. 45, 24 [Tert. orat. 11 p. 188, 3] et ne ... irascamini [μή, VVLG. ne]). *cf.* **et ne ... quidem:** CIC. Verr. II 2, 78 LIV. 1, 58, 4 *al.* SEN. contr. 1, 2, 4 *al.* VELL. 1, 12, 7. *et al.; nota*: PLIN. nat. 2, 43 humilis et excelsa *luna*, et ne id q. uno modo.

et nec (neque): *legitimum est tam* et nec ... nec (CIC. fin. 2, 19 *al.* LVCR. 4, 1217 VERG. Aen. 9, 791 HOR. epist. 1, 17, 47 OV. met. 2, 191 *al.* LIV. 10, 29, 2. *et passim*) *quam* et nec *i. q. 'et ne ... quidem'; apud posteriores demum (inde a* SVET.? *cf. l. 28) est i. q. 'nec', 'et non' (cf. Löfstedt, Komm. 61; Salonius, Vitae patrum, 336 sqq.), sed apud hos quoque prior significatio (i. q. 'et ne ... quidem') occurrit. quare supersedi exempla separare.* CIC. Brut. 178 et praeterea nec indoctus. SEN. dial. 7, 17, 3 non sum sapiens et ... nec ero. SVET. Iul. 78, 2 et nec destiterit ... polliceri. ITALA deut. 30, 18 (Monac.) et neque multorum dierum eritis super terra (καὶ οὐ μὴ πολυήμεροι γένησθε, VVLG. et parvo tempore e.). Baruch 3, 21 (cod. Cav.); οὐδέ, VVLG. nec. Luc. 18, 13 (Cypr. domin. orat. 6 p. 270, 14); *gr. et* VVLG. *aliter.* ITALA (Filastr. 138, 6) *et* VVLG. I Cor. 14, 21 et nec ita (καὶ οὐδ' οὕτως. *cf.* VVLG. deut. 1, 32 et nec sic [Ezech. 16, 29 VITAE patr. 5, 5, 41]). TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 436, 17. 5, 2 p. 573, 1 nec angelo et nec apostolo (*cf. Löfstedt, Zur Sprache Tert., 1920, 39*). PALLAD. 1, 24, 2 et neque locum deserunt. FILASTR. 45, 6 SERM. Arrian. frg. II 13 p. 640 A PELAGON. 267 CHIRON 448 EVOD. Aug. epist. 158, 1. VVLG. Marc. 6, 31 (καὶ οὐδέ). *al.* PAVL. NOL. carm. 31, 73 nec ... et neque. SORAN. p. 30, 12 concavo et nec valde molli. MART. CAP. 4, 365. RVSTIC. Conc. S I 4 p. 118, 26 ⌊et nec⌋ (= *p. 232, 16* neque) quamlibet ecclesiam despicias. p. 141, 17 SALV. gub. 7, 98 VITAE patr. 3, 91. 5, 7, 5 (*Cotelier p. 452* καὶ οὐδέ). 5, 10, 80 (*Nau 1909 p. 365* οὔτε). 5, 16, 86 (*Nau 1912 p. 209* καὶ οὐδέν). ORIBAS. syn. 5, 46 et neque profundus est satis. *al.* (*nota* syn. 6, 26 et neque ... neque ... et neque). COD. Iust. 1, 17, 2, 13 *al.* CORIPP. Ioh. 1, 544 PASS. Petr. 14. *aliter*: et neque ... et *i. q. 'neque ... et'*: MVTIAN. Chrysost. hom. 33 p. 448 qui ... dilatat semetipsum, et neque (οὔτε) ... ingreditur et ... tribulatur. sed et nec *i. q. 'sed nec'* (*cf. p. 913, 32*): DIDASC. apost. 8, 15 nec diu lavetur nec in meridie, sed et ... nec per singulos dies (μηδέ). THEOD. MOPS. in Tim. 2 p. 189, 4 (μηδέ). **et nemo:** TER. Eun. 1078 CIC. inv. 2, 152 S. Rosc. 47 NEP. Eum. 6, 2 LIV. 30, 23, 3 SEN. epist. 83, 24 PLIN. nat. 25, 2 *al.* QVINT. inst. 12, 11, 25 *al.* TAC. hist. 4, 76 TERT. anim. 21 p. 334, 17 *al.* ITALA act. 24, 24 (cod. e; καὶ μηδένα, VVLG. nec quemquam). COMM. apol. 46 OPTAT. 3, 8 p. 91, 19 VVLG. gen. 41, 24. Rom. 14, 7 (καὶ οὐδείς). *al.* *nota abundantiam*: AMPEL. 8, 2 et nemo neque invenire potest, quis pinxerit. **et neuter:** CAES. Gall. 7, 63, 7 *al.* OV. met. 5, 91. LIV. 1, 25, 4 et neutro (*adv.*). 25, 19, 15 PETRON. 17, 1 PLIN. nat. 8, 173. 10, 104. **et nihil:** PLAVT. Capt. 462 Rud. 1321 TER. Eun. 24 *al.* VARRO ling. 6, 95. rust. 1, 2, 8 et nihilo minus (SEN. contr. 10, 1 them. SEN. nat. 2, 3, 2 COLVM. 8, 17, 6 *al.*). CIC. inv. 2, 118 *al.* (*raro in orat.*: Phil. 11, 20). VERG. Aen. 11, 51 PROP. 1, 6, 18 *al.* OV. ars 1, 519 *al.* LIV. 4, 13, 13 (*et bis*). SEN. suas. 5, 8 SEN. apocol. 14, 4 *al.* *deinde passim* (et nil non: SIL. 10, 491 FLOR. epit. 4, 5, 3). **et non:** *legitimus est usus ubi singulae notiones (adi., comparativi, verba; cf.* et nonnihil, et nonnullus, et nonnumquam *inde a* CIC.) *negantur vel ubi* non *c. emphasi dicitur ut in interrogat. (v. p. 890, 77) et in correctione (i. q. 'et non potius'); liberius apud posteriores pro 'neque'.* **a** *usus legitimus* (*selectissima*): PLAVT. Asin. 681 virum ... optimum et non similem furis huius (*c. adi. ut*: Vid. 40 TER. Haut. 120 CATO agr. 34, 2 orig. 71 CIC. inv. 2, 69. Verr. II 4, 45 *saepe.* LVCR. 4, 1190 *passim. nota*: PLIN. nat. 18, 163 [*syn.* nec]). Bacch. 266 *al.* TER. Haut. 248 et non noverunt. Eun. 54 et ferre non posse (CVRT. 4, 5, 20 *al.*). LVCIL. 445 *al.* VARRO Men. 78 habere et non habere (*cf.* CIC. inv. 2, 50 Att. 16, 3, 6 *al.*). rust. 2, 10, 6 et non villa, sed casis (CIC. Caecin. 81 *passim. cf.* VARRO ling. 9, 85 et non solum ..., sed etiam [CIC. Cluent. 141 *saepe*]. *al.*). CIC. inv. 1, 28 et non minus (BELL. Hisp. 8, 2 *al.*). div. in Caec. 5 et non omnino. Phil. 10, 10 *al.* BELL. Hisp. 3, 4 et non parum (8, 1 *al.* *cf.* NEP. praef. 1 et non satis. *al.*). *et passim.* *i. q. 'et non potius'* (*cf.* et non potius: CIC. de orat. 1, 102 *al.* et non magis: TERT. *al., v. s. magis vol. VIII 67, 76 sqq.*): VARRO ling. 8, 71 cur appellant omnes aedem deum Consentium et non deorum Consentium? CIC. Verr. II 5, 24 Cluent. 34 Planc. 70 *al.* (*alibi* ac non). SALL. Catil. 52, 15 tantummodo in urbe et non per totam Italiam sint. OV. epist. 16, 214 *al.* LIV. 1, 50, 5. *et passim.* **b** *usus liberior*: ITALA deut. 13, 8 (Firm. err. 29, 1) non consenties ei et non exaudies eum et non parcet oculus tuus super eum et non celabis eum (καὶ οὐκ, VVLG. non ... nec ... neque). psalm. 18, 7 (Firm. err. 19, 4) et non est qui *eqs.* (καὶ οὐ, VVLG. nec). *talia passim apud script. vulg., e. g.* GREG. TVR., ORIBAS., ANTHIM., BENED. reg. (*v. Linderbauer, Komm. 157*), *al.* *cf.* **et nonne:** ACC. trag. 288. CIC. Manil. 55 (*H*, non *cett.*). **et nondum:** LYGD. 5, 15 OV. am. 2, 14, 28 *al.* LIV. 22, 55, 3 SEN. contr. 2, 3, 8. contr. exc. 4, 6 iam ..., et n. SEN. nat. 5, 8, 2 *al. deinde passim.* **et necdum** (GLOSS. III 437, 60. *cf. Schmalz-Hofmann*⁵, *641*): IVV. 1, 6 TAC. hist. 1, 31 PLIN. paneg. 14, 2. 56, 2. ITALA I Ioh. 3, 2 (Hier. epist. 59, 1, 3: καὶ οὔπω, VVLG. et nondum). VVLG. deut. 20, 6 I Esdr. 5, 16 HIER. epist. 22, 13, 2 *al.* COD. Iust. 4, 1, 11 pr. *al.* **et nullus:** PLAVT. Rud. 1397 et ... nulla causa est. CIC. inv. 1, 58 temere et nullo consilio. S. Rosc. 122 et ... nullo modo (OV. fast. 6, 118 *al.* *cf. p. 885, 56*). de orat. 1, 218 *al.* LVCR. 5, 1182 SALL. hist. frg. 1, 126. 2, 37 VERG. Aen. 11, 157 TIB. 1, 8, 40. 60 PROP. 1, 1, 6 *al.* OV. am. 1, 10, 16 *al.* LIV. 30, 39, 3. *deinde passim* (*nota*: VVLG. gen. 45, 1 et nullus = ITALA Lugd. et nemo; *item* Ios. 23, 9 *al.*). *cf.* et non ullus: PROP. 1, 18, 18 CORIPP. Ioh. 8, 81. 85. **et numquam:** TER. Ad. 43 et ... uxorem n. habui. CIC. Cluent. 8 Flacc. 63 de orat. 1, 92 TIB. 2, 4, 4 PROP. 2, 24, 28 *al.* OV. am. 2, 5, 42 *al.* LIV. 10, 26, 3 SEN. benef. 4, 11, 3 *al.* CVRT. 7, 2, 26 SCRIB. LARG. 94. *deinde passim, inprimis poetae.* *cf.* et non umquam: PROP. 1, 6, 23 VAL. FL. 7, 461 STAT. Theb. 3, 554 *al.* (*cf.* et haud umquam: STAT. silv. 5, 4, 13). **et nusquam:** OV. met. 6, 515 CVRT. 8, 13, 8 MELA 3, 78 LVCAN. 10, 484 PLIN. nat. 3, 55. *et al.*

C ***abundantiae*** (atque et *v. p. 910, 52*): **et atque:** LVCIF. moriend. 10 p. 304, 2 et a. utinam ... velis (ACT. Archel. 5 p. 7, 22 [καὶ εἴθε μέν]. *particula* atque *in hac optandi formula sensu copulativo fere denudata est. cf.* et ac si *p. 902, 1*). **et ... que** (*v. Löfstedt, Beitr. 37 sq.; Stud. 27 sq.; Schmalz-Hofmann*⁵, *656 sq.* *aliter* LVCIL. 111 susque et deque *in formula.* ORAT. imp. Claud. [CIL XIII 1668] II 12 et hodieque [*i. 'et hodie quoque'*. PLIN. nat. 8, 176 COD. Iust. 8, 27, 8; *a. 239*]. *falsa var. l.*: LIV. 30, 19, 6 *P.* CVRT. 7, 3, 19 et alia quae *P.* GELL. 6, 11, 4 IVL. VAL. 1, 41 p. 51, 29 *P*): *quamquam hic pleonasmus iam in tit. liberae rei p. occurrit (ubi fort. in formula pervolgata particula* et *c. obsoleta* que *contaminata est) nec non in CE priorum p. Chr. saec. (ubi fere explendo versui inservit), vereor soloecismum script. ante* CHIRONEM *et* COMM. *tribuere. quare falso tradita vel a doctis vindicata puto haec*: BELL. Afr. 33, 1 civitate libera et immunique (*Löfstedt l. c.*, etiam undique *codd.*). BELL. Hisp. 42, 4 iure gentium et (*om. pars codd.*) civiumque Romanorum (*cf. Klotz, Komm. ad l.*). CIRIS 79 piscibus et (heu *vel* en *vulgo*) canibusque (*def. Klotz, Ph W. 52, 1932, 1289*). TAC. hist. 1, 80. 2, 2. 4, 53. 54. ann. 1, 65 (*M*). PLIN. paneg. 61, 6 (*v. Tidner, De particulis copul. ap. script. hist. Aug., 1922, 120*²). PANEG. 9 (12), 21, 3 (*def. Löfst.*). 10 (4), 3, 4. FIRM. math. 4 praef. 5 et (*om. vulgo*) ceterique. AMM. 14, 6, 26. 16, 5, 7. 21, 5, 12 (*v. Baehrens, BursJb. 203, 1925, 74*). *dubia videntur etiam haec*: TREB. trig. tyr. 24, 2 (gessi⟨sse⟩t et diuque *Tidner l. c.*). LAMPR. Alex. 14, 5 (*def. Ahlquist, Stud., 1909, 39*). SVLP. SEV. chron. 2, 8, 1 in potestatem et dicionemque (*def. Ahlquist l. c.*). *cetera exempla*: **a** *iungit subst.*: *in tit.*: CIL I² 1273, 9 sibi ... et posterisque (I² 1613 III 9944 VI 14368 ³⁰ *al.* [*v. Konjetzny, ALL 15, 1907, 351*]. IX 382 [*bis*]. 1999. 4329. 4652. 4684 [*act. Vesp.*]. 4714. X 2115 XII 5202 XIV 1582. 2605, 20 et eorum posterisq. 3323, 9 suppl. Ost. 4768, 7 *al.* INSCR. Not Scav. 1919 p. 100 *al.* *cf.* CIL I² 1279 et sueisque [VI 8606 d. *cf.* III 1041 pro se et suorumque]. V 3395 et ceterisque meis. XIV 1098 et ⟨libert⟩abusque. CE 533, 2 et postque futuris). CE 422, 19 (*a. 120 p. Chr.*) et vitam serves cunctis generisque piorum (*v. Ahlberg, Eranos 8, 1908, 42 sq.*). 473, 6 usus et arsque. 656, 6 (*ca a. 300* = INSCR. christ. Diehl 3458) parentibus et famulisque. 1205, 4 spemque et opem vitae ⟨p⟩rodideratque (*cf. Ahlberg, l. c. 47 sq.*). 1997, 6 virgo quod et solum pignus fueratque parentum. *apud script.*: COMM. apol. 419 (= *psalm. 21, 19*) et in vestimentis ... sortemque miserunt. 978 et ... pariterque. CHIRON 435 ambulationibus pluribus et cursionibusqu[a]e. 504. 597 oleo et vinoqu[a]e. **b** *iungit verba*: CIL VI 10294, 11 (*a. 5 p. Chr.*) decreverunt locum L. Semproni ... C. Petronio ... et sociumque eum adsciver(unt). CHIRON 222 et perminutatim exerceque (que⟨m⟩ *Heraeus*). 713 cersonius ambulat et cruraqu[a]e tumebunt.

PARS ALTERA: *adverbium i. q. 'etiam'*.

I ***additive*** *i. q.* **'*etiam*', '*quoque*':** **A** *usus priscus*: *persona in dialogo mutata (in his* et *simul annectit [i. q. 'et etiam', cf. p. 892, 55]. postea item ut* que *[v. Schmalz-Hofmann*⁵, *657] evanescente vi copulativa et collocatione mutata [v. l. 82. 84. p. 907, 20] i. q. 'etiam' valet)*: PLAVT. Asin. 171 dedi equidem quod mecum egisti :: et tibi ego misi mulierem. Aul. 176 vale :: et tu, frater (Bacch. 605 *al.* TER. Hec. 197 Haut. 167. *nota* Eun. 191 vale :: mi Phaedria, et tu [*cf. p. 907, 41*]. *cf.* PLAVT. Bacch. 1106 Philoxene, salve :: et tu [Capt. 1009 *al.* TER. Hec. 83. *nota* PLAVT. Men. 1133 salve ... :: frater, et tu].

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. SEN. Ag. 968 redde . . . natum . . . :: et tu parentem redde). 789 ita di faciant :: et mihi ita di faciant. Bacch. 78 scio quid ago :: et pol ego scio quid metuo (Cas. 177 *al. cf.* Most. 296 et edepol. *cf. infra l. 6*). Cas. 402 quod bonum atque fortunatum mihi sit :: ita vero, et mihi. 594 ad te hercle ibam commodum :: et (*A*, at *P*, *cf.* Persa 250) hercle ego ad te (QVEROL. p. 25, 20. *cf.* CIC. leg. 1, 4 'veritas a te postulatur'. et mercule ego . . . cupio *eqs.*). 707. Cist. 224 vos saluto :: et nos te (Rud. 1055). Curc. 607 libera ego sum nata :: et alii (*cf. l. 24. 29 sqq.*) multi qui nunc serviunt. 675 spondeo :: et ego hoc idem una spondeo (Trin. 1163). 687 leno, te volo :: et ego te volo (Mil. 1138. 1267). Men. 652 quis arguit? :: egomet :: et ego. 1094 spero :: et ego item (idem *codd.*) spero fore (Persa 224 *al.*). 1108. Merc. 1000 missas iam ego istas artes feci :: et quidem ego dehinc iam *missas faciam* (Mil. 259 *al.* TER. Andr. 967 *al. cf. similia p. 904, 12*). Mil. 230 dico . . . :: et ego impetrare dico id quod petis (*cf.* CIC. fin. 4, 71). Poen. 1381 Trin. 565 *al.* TER. Andr. 533 te ipsum quaerebam :: et ego te. Ad. 129. 972 gaudeo :: et ego. POMPON. Atell. 36. *inde in dialogo ficto vel a scriptore relato* (*cf. supra l. 7. 16*): CIC. Q. Rosc. 32 at enim tu tuum negotium gessisti bene. gere et tu tuum bene (*ibid. iterum*). Sull. 48 inimicum ego, inquis, accuso meum. et amicum ego defendo meum. Cael. 12 Scaur. 41. leg. 3, 24 'at duo Gracchi fuerunt'. et praeter eos quamvis enumeres multos licet. Cato 25 nat. deor. 3, 82. Brut. 123 (*cf. Kroll ad l.*). LIV. 37, 54, 26 'at enim quaedam civitates cum Antiocho senserunt'. et aliae prius cum Philippo. SEN. contr. 9, 2 (25), 20 'ego numquam'. . . et ego numquam. VAL. MAX. 6, 4 ext. 3. GAIVS inst. 4, 16 qui prior vindicaverat, dicebat: '. . . te provoco'; adversarius . . . dicebat . . . : 'et ego te'. *ex dialogo repetas etiam haec* (*cf. Schmalz-Hofmann*[5], *661*): CIC. S. Rosc. 94 fateor me sectorem esse, verum et alii multi (*cf.* 92 verum quid ad rem? et alii multi). off. 1, 133 quamquam erant litterati *Catuli*; sed et alii.

B *usus posterior et vigens*: **1** *exempla antiquissima* (*usque ad* CIC. *falso trad.*: PACVV. trag. 143 [ei mihi *vulgo*]. CIC. Q. Rosc. 43 ⌊an et⌋ [anne *vel* an etiam *vel* an *edd.*]. Cael. 18 [et *P*, *om. al.*]. ac. 1, 22 [etiam *var. l.*, *recte*]. epist. 13, 23, 2 [et *del.*, *cf. Sjögren ad l.*]. CAES. civ. 2, 27, 2 [*cf. Castiglioni, Gnomon 4, 1928, 684*]. 3, 26, 3. *dub.*: CIC. Quinct. 94 et [et⟨iam⟩ *R. Klotz*] hunc. rep. frg. 6 [*fort. alterum* et *in contextu deperdito sequebatur*]. *v. et p. 909, 23. 913, 14*): PLAVT. Amph. 267 decet et facta moresque huius habere me similes item (*cf. Leo ad l.; perperam distinxit Lachmann ad Lucr. 6, 749*). Asin. 688 ergo obsecro, et tu utrumque nostrum serva (*cf. p. 906, 82. 84*). Men. 1097 te Syracusis natum esse dix[is]ti: ⟨et⟩ hic natust ibi (*syn.* item, itidem). Rud. prol. 8 (*vs. spurius*) et alia signa de caelo ad terram accidunt. ACC. praetext. 15 patrio exemplo et me dicabo *eqs.* LVCIL. 649 quid ni et tu idem inlitteratum me . . . diceres? (1282). 1043 tune iugo iungas me? anne et (*Marx*, ante *codd.*) succedere aratro . . . subigas? VARRO rust. 1, 12, 3 quod et bestiolae . . . pereunt (3, 17, 1). 1, 16, 1 cuius appendices et vehementer pertinent ad culturam. 1, 41, 4 ea quae laxiora, et fecundiora *sunt*. 3, 9, 21 quidam et triticeo pane . . . fa⟨r⟩ciunt. 3, 18, 31. 4, 2, 3. 4, 47, 60 (*cf. et p. 911, 43. 54. 913, 15*). CIC. Verr. II 1, 71 illud . . . quod et in Tettii testimonio . . . interpellavit Hortensius. or. frg. B 4 (*dub.*). rep. 1, 5 hinc . . . illa et apud Graecos exempla. 5, 8. nat. deor. 1, 83 age et his (*cf.* HOR. epist. 2, 1, 214) vocabulis esse deos facimus quibus a nobis nominantur? (ad Brut. 9, 26, 4 Sj. *cf. supra l. 37*). div. 1, 40. Att. 9, 7, 7 amor, quo et meum ingenium incitatur. 10, 4, 11 et alia sunt quae exquiram. 13, 37, 4 puto conscripta habere Offilium omnia; habet et Balbus. epist. 13, 48. ad Q. fr. 2, 13 (14), 3 id et Curtius ita volebat (*praeterea v. s.* et ego *p. 908, 63*, et ille *p. 909, 17*, et ipse *p. 909, 23*, et non *p. 909, 53*, et nunc *p. 909, 61*, et si *p. 909, 83*, enim et *p. 910, 68*, ergo et *p. 910, 74*, idem et *p. 911, 15*, itaque et *p. 911, 44*, nam et *p. 911, 53. 55*, sed et *p. 913, 14. 16*, simul et *p. 914, 1*. *cf. Anton, Studien z. lat. Gramm. u. Stilistik I*[2] *[1869] 26 sqq.*).

2 *cetera exempla* (*selectissima*; et ego, et meus *sim. v. sub iuncturis*): **a** *c. subst.*: LVCR. 3, 290 est . . . calor . . ., est et frigida . . . aura ([*syn.* etiam quoque. 6, 749 VERG. georg. 2, 91 *al.*]. *cf.* OV. am. 1, 15, 11 vivet . . ., vivet et *eqs.* epist. 1, 39 *saepe.* TIB. 1, 1, 77 LIV. 24, 16, 4 *al.* SEN. contr. 9, 2 [25], 20 *al.* PETRON. 72, 1 PLIN. nat. 3, 114 *passim. cf.* CIRIS 27 felix . . ., felix et [HOR. carm. 2, 19, 13 fas . . .; fas et. OV. ars 1, 725 *al.* SEN. contr. 9, 2 [25], 26 plus . . ., plus et *eqs.* MELA 2, 98 paucae . . ., paucae et. 2, 103 PLIN. nat. 11, 267 *passim. nota*: ARNOB. nat. 7, 21 p. 254, 16 certis . . . certa que et]. *nota anaphoram*: SEN. contr. 10, 4, 11 potuerunt et *eqs.* . . . potuerunt et. SEN. benef. 4, 21, 6 *al.* PLIN. nat. 2, 90 *al.*). VERG. catal. 13, 34. ecl. 4, 6 iam redit et virgo. 5, 29. 10, 16. 18 *sq.* georg. 2, 69. 97 sunt et Aminneae vites (Aen. 1, 549 *saepe. cf. supra l. 65*). Aen. 2, 426 cadit et Ripheus. 3, 543 spes et pacis. 10, 143 (*syn.* quoque). *al.* CVLEX 226. HOR. carm. 1, 28, 7 occidit et Pelopis genitor. 3, 2, 14 *al.* TIB. 2, 3, 11 PROP. 2, 26, 51 *al.* OV. am. 2, 17, 15. epist. 1, 65 (*syn.* quoque). 4, 123 addidit et fratres (LIV. 2, 60, 3 *al.*). ars 1, 79 *saepe.* LIV. 1, 11, 4 et Romam inde . . . migratum est. 1, 23, 6 exeunt contra et Albani. 1, 35, 10. 1, 39, 3 *passim.* MANIL. 1, 23 *al.* VITR. 7 praef. 15. SEN. contr. 7, 1 (16), 18 inter quos et Geminus Varius fuit (*cf.* SEN. dial. 4, 2, 2 *al.*). *et passim. nota*: *opp.* nec: SEN. dial. 7, 25, 7 necessariis rebus et exilia sufficiunt, supervacuis nec regna

(*cf.* 114, 14 ne . . . quidem). *praedicative*: STAT. Theb. 3, 62 vix credo et nuntius (*i. 'etiam ego qui nuntio'*). *cumulate*: TERT. idol. 19 p. 53, 17.

b *c. adi. et part.*: LVCR. 6, 7 cuius, et extincti . . ., ad caelum gloria fertur (*falso Lachmann ad l.*). HOR. sat. 2, 3, 222 qui sceleratus, et furiosus erit (SEN. epist. 85, 2 *al. cf. p. 907, 49*). OV. ars 3, 153 et neglecta decet multas coma. LIV. 3, 24, 3 erat et nova exorta causa motus. SEN. contr. exc. 2, 4 meretricem inter cetera mala et (etiam *Sen. 2, 4, 5*) fecundam. contr. 9, 5 (28), 6 solet . . . esse et salutaris vis. *al.* SEN. benef. 2, 18, 6. *et passim.*

c *c. verbis*: VERG. Aen. 4, 420 hunc ego si potui . . . sperare dolorem, et perferre . . . potero. TIB. 1, 8, 20 cantus . . . fruges traducit . . ., cantus et . . . detinet anguis iter, cantus et . . . temptat (*cf.* 2, 1, 55 *al.*). PROP. 2, 26, 28 qui dare multa potest, multa et amare potest (SEN. epist. 47, 18 *al. cf.* dial. 4, 11, 4 quidquid terret, et trepidat. nat. 6, 2, 1 quod perire possit, et perdere *posse contendo. al.*). OV. epist. 12, 210 facti fortasse pigebit: et (*i. 'sed et'*) piget infido consuluisse viro. ars 1, 161 profuit et . . . movisse tabellam (rem. 341 *al. cf.* ars 2, 524 perfer et . . . ponere. MANIL. 5, 156 *al.*). VELL. 2, 90, 1 coalescentibus . . . rei p. membris et coaluere quae *eqs.* SEN. benef. 5, 8, 3 dum dat, et recipit. *et al.*

II ***cumulative*** *vel c. augendi notione i. q.* **'vel'** (*c. subst. vel adi.; rarius c. verbis, e. g. l. 34 [cf. et p. 909, 64. 911, 61]. non diversa est vis deminutiva* [*'auch nur'*; *cf.* etiam, *gr.* καί], *e. g.*: PROP. 2, 10, 6 in magnis et voluisse sat est. MIN. FEL. 35, 6 apud nos et cogitare peccare est. VVLG. Eph. 5, 12 turpe est et [καί] dicere. *al.*): VERG. catal. 3, 2 altius et caeli sedibus. ecl. 7, 56 videas et flumina sicca. 10, 76 georg. 2, 455. Aen. 2, 49 timeo Danaos et dona ferentes (SERV. auct.: etiam). 9, 123 AETNA 54. 133 HOR. sat. 1, 9, 25. PROP. 1, 1, 27 fortiter et ferrum, saevos patiemur et ignes. 1, 19, 12 *al.* OV. epist. 19, 159. met. 9, 178 miserandus et hosti. trist. 1, 2, 101 *al.* MANIL. 4, 894. SEN. contr. 7, 2 (17), 4 et patrem occidi. *al.* SEN. Herc. O. 1767 non ut et spolium trahas (*i. 'insuper et'*. Phoen. 370). nat. 6, 32, 1. epist. 18, 10 et voluptas est. 39, 6 mala sua . . . et amant. *al.* COLVM. 4, 22, 4 ex quolibet et (vel *vulgo*) minimo capillamento (*c. superl. ut*: SVET. Galba 3, 2). PERS. 1, 23 PETRON. 54, 1. PLIN. nat. 14, 137 vinum bibere et iumenta cogimus. QVINT. inst. 8, 3, 27. APVL. met. 7, 20 et meliora (*i. 'vel optima' Plasberg*) consilia praevertitur. *et al.*

III ***iuncturae*** (*dedi fere vetustissima quaeque exempla*): **A** **et** ***praecedit***: **et alibi**: PLIN. nat. 15, 31 *al.* VLP. dig. 39, 4, 1, 2 *al.* **et alioqui**: PLIN. nat. 19, 182 *al.* QVINT. inst. 11, 2, 34 *al.* **et aliquis**: SEN. contr. 10 praef. 13 *al.* **et aliter**: PLIN. nat. 11, 112 *al.* QVINT. inst. 6, 3, 87 *al.* **et alius** (PLAVT. Curc. 607 Rud. prol. 8 CIC. S. Rosc. 92 *al. v. p. 907, 9. 24. 29. 56*): LIV. 1, 12, 9 *al.* 33, 32, 1 et alias (*adv.; item* SEN. contr. 10, 4, 10 SEN. dial. 5, 24, 3 *passim*). VITR. 1, 6, 1 *et passim* (*nota*: COLVM. 2, 9, 12 cum et alia tum et hoc [*sed cf. p. 900, 59*]. *post negationem*: COD. Iust. 6, 25, 7 pr. ne quis et alius). **et alter**: VERG. Aen. 3, 31. 33 LIV. 1, 25, 10 *al.* SEN. contr. 7, 8 (23), 7 *passim.* **et ante** (*adv.*): OV. am. 3, 7, 70 *al.* LIV. 4, 3, 2 *al.* SEN. contr. 1, 3, 10. *et ap.* COLVM., ASCON., STAT., QVINT., TAC. *al.* *cf.* et antea: LIV. 28, 26, 5 PLIN. nat. 10, 16 TAC. ann. 2, 87 *al.* **et antequam**: SCAEV. dig. 28, 3, 18 *al.* *cf.* et priusquam: MARCELL. dig. 17, 1, 38, 1 APVL. apol. 2 *al.* **et . . . autem** (*cf. Baehrens, Philol. Suppl. 12, 1912, 397*): SEN. contr. 2, 1, 35 et illud a. SEN. epist. 92, 1 et haec a. (SCRIB. LARG. 70). PLIN. nat. 2, 80 et ipsa a. luna (10, 160 *al.*). *al.* GAIVS dig. 7, 1, 3 pr. *al.* TERT. ieiun. 9 p. 285, 25 *al.* HERM. Pal. vis. 3, 6, 7 et tu a. (καὶ γὰρ σύ, vulg. nam et tu). **et ceterus**: OV. am. 3, 2, 35 LIV. 1, 59, 5 *al.* SEN. epist. 89, 15 *al.* *et saepe. abundanter positum*: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 120, 37 viri . . . ultra et ceteros episcopos famosi. **et cum** (*coni.*): SEN. contr. exc. 9, 3 et cum unum accepero, necesse est torquear. PLIN. nat. 25, 57 FLOR. epit. 2, 15, 4. *et ap.* DIG., TERT., AVG. *al.* **et ego** *sim.*: CIC. Att. 12, 47, 3 idem et e. arbitrabar. SEN. contr. 1, 2, 3 *saepe. cf.* VERG. ecl. 3, 44 et nobis (Aen. 8, 200 *al.*). 9, 32 et me (OV. met. 5, 417 *al.*). 9, 33 et mihi (Aen. 6, 123 *al. anaphorice*: TIB. 2, 6, 10 OV. trist. 1, 3, 83). 10, 69 et nos (Aen. 2, 89 *al.*). *cf.* et tu (*v. p. 906, 81. 83. 907, 20. 41*): HOR. epod. 17, 45 *passim* (*nota*: PETRON. 71, 12 vale: et tu [CIL V 4887, 15 *al.; v. Dessau ad 8125*]. CIL IV 1763 felix et tu. *al.*). VERG. Aen. 7, 744 et te (OV. am. 1, 11, 11 *al.*). 12, 933 et tibi. *al.* OV. ars 3, 462 et vos (PETRON. 69, 2 *al.*). SEN. contr. exc. 3, 9 et se (SEN. dial. 9, 11, 8 *al. cf.* benef. 6, 13, 1 et sibi. *al.*). PLIN. nat. 8, 191 et suae (DIG. *cf. p. 909, 50*). **et . . . enim** (*falso trad.* TAC. dial. 5 [*cf. Reitzenstein, GGN 1914, 215*. *semper diiunctum praeter* VARRO ling. 8, 7 et enim illi]): VITR. 1, 1, 7 et haec e. philosophia praescribit (TERT. pudic. 13, 17 et de hoc e. VVLG. sap. 13, 6 et hi e. *al.*). MELA 2, 1 et huc e. pertinent (*in parenthesi; an ad p. 902, 36 ref.?*). PS. APVL. Ascl. 7 et nos e. (VITAE patr. 6, 3, 4 [*Cotelier p. 527* καὶ ἡμεῖς]). TERT. anim. 12 p. 317, 14 *al.* VVLG. Sirach 37, 9 et ipse e. (καὶ γὰρ αὐτός. AVG. civ. 15, 17 p. 94, 32 D. *al.*). *cf.* et . . . etenim: COD. Iust. 6, 26, 11 pr. et in praesente e. specie. et . . . quippe: AVG. civ. 5, 9 p. 205, 28 D. *al.* **et . . . ergo**: CIC. Tusc. 5, 47 et vita igitur laudabilis boni viri; et honesta e. *eqs.* IVV. 14, 119. TERT. adv. Marc. 4, 28 p. 517, 22 cum . . ., et . . . e. (*cf.* carn. 5 p. 435, 5 Oe. si . . ., et . . . e.). VVLG. eccl. 2, 21 (καί γε τοῦτο). *al.* COD.

[Hofmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Iust. 6, 23, 15, 2 (*a. 339*). *al.* **et hic:** PLAVT. Men. 1097 *v. p. 907, 42.* RHET. Her. 2, 26, 40 nam et hoc ... non dicitur sine atroci suspicione (LIV. 1 praef. 7 SEN. contr. 1, 1, 11 *passim*). CIC. (Quinct. 94 *al.*) *v. p. 907, 37. 53.* LVCR. 6, 604 et hunc stimulum. VERG. Aen. 1, 203 forsan et haec olim meminisse iuvabit (3, 486 OV. met. 6, 10 sed et haec [7, 718 *al.*]. *passim*). OV. trist. 5, 7, 59 *al.* LIV. 1, 1, 5. 24, 41, 11 socii et hi Romanorum erant (39, 32, 8 *passim*). *et saepissime. nota*: ITALA gen. 29, 33 (Lugd.) et hunc (καὶ τοῦτον, VVLG. etiam istum). *c. emphasi*: SEN. dial. 7, 9, 1 non enim hanc *voluptatem* praestat *virtus*, sed et hanc (*syn.* quoque). epist. 45, 13. *cf.* et hīc: LIV. 10, 36, 8 SEN. benef. 4, 34, 5 *al.* et hinc: SCRIB. LARG. 91 PLIN. nat. 11, 254 *al.* **et hodie** (*cf. p. 914, 70. falso trad.*: CIC. de orat. 1, 235): PLIN. nat. 6, 186 *al.* QVINT. inst. 3, 1, 21 *al.*
5, 6, 99 duae sunt -m necessitates (CASSIOD. Didym. in I Petr. 1, 10 [γοῦν]). *notabiliora*: PS. APVL. Ascl. 15 nec qualitates -m nec quantitates (31 nec sustineri -m nec ferri. 40. *cf.* COD. Iust. 1, 17, 1, 13 nec haec -m. *v. infra l. 27*). CYPR. epist. 71, 1 p. 771, 8 nescio qua -m praesumptione. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 59 p. 1085^{B} id ipsum -m *eqs.* LVCIF. reg. apost. 5 p. 46, 26 usque adeo -m. Athan. 2, 11 p. 168, 2 nisi fallor -m. non parc. 3 p. 215, 8 si ille -m *eqs.* (COD. Iust. 1, 51, 14, 3 si quis -m [6, 27, 5, 3]. 5, 13, 1, 13 si quando -m). COD. Theod. 11, 39, 10 (*a. 385*) multo magis -m. **4º loco:** COD. Iust. 6, 26, 11 et (*i.* 'etiam') in praesente -m specie. *apud* **poetas** *(exceptis scaen. vett., v. p. 916, 55):* **1º loco** (*medio versu*): LVCR. 2, 525. 4, 1076 *al.* VERG. Aen. 7, 390 HOR. sat. 2, 7, 37 OV. met. 14, 695 trist. 3, 3, 77 Pont. 3, 7, 13 CALP. ecl. 2, 89 VAL. FL. 4, 206 STAT. silv. 3, 5, 22 Theb. 1, 399. *et al.* **2º loco:** *initio versus: ?* LVCR. 5, 632 flaccidiore -m (*Lachm.*, etiam *codd., Diels*) . . . turbine. 6, 912 quin[e]que -m . . . *anellos* (*v. et* quippe -m *p. 920, 45*). HOR. sat. 1, 6, 54 nulla -m . . . fors. 2, 3, 284 dis -m. 2, 5, 60 divinare -m. LYGD. 1, 14 sic -m. PROP. 2, 7, 17 hinc -m. OV. trist. 1, 11, 9 ipse -m ([*v. adn.*]. STAT. silv. 2, 1, 19). MANIL. 3, 254 tunc -m (LAVS Pis. 87 CALP. ecl. 5, 10 PRVD. apoth. 827). VAL. FL. 5, 680 illum -m. *et al.* *medio versu*: HOR. sat. 1, 7, 10 hoc -m . . . iure. IVV. 8, 111 haec -m sunt | pro summis. 16, 4 plus -m. SER. SAMM. 258 AVIEN. Arat. 381 *al.* **3º loco** (*initio versus*): HOR. carm. 4, 5, 17 tutus bos -m rura perambulat. AVIEN. Arat. 250 haec concessa -m . . . metatio. 1304 quattuor hic -m signis *eqs.* orb. terr. 931 ambitus hos -m . . . trahit. CLAVD. 18, 320 sumeret inlicitos -m . . . fasces. VEN. FORT. carm. 3, 9, 57 nec voluisti -m (*v. supra l. 2*). 5, 5, 17 plebs Arverna -m. Mart. 4, 434 res extrema -m. *de* **tmesi** et . . . enim *v. p. 575, 49 sqq.; adde*: VARRO ling. 7, 83 quod addit *Accius auroram* 'rutilare', est ab eodem colore: aurei enim rutili et inde enim (*del. Spengel, fort.* etiam) mulieres valde rufae rutilae dictae. ? CIC. Att. 5, 21, 12 cohorrui primo; et erat enim (*M^1mNOP*, erat et enim *$M^{corr.}$ d*, -m erat *edd.*) interitus civitatis. PS. CYPR. adv. Iud. 6 p. 139, 20 ita factum est (*sc. introiit rex Assyriorum terras Iudaeorum*); et repudiatus enim Christus populo misit tyrannum. EXPOS. mundi 48 *v. p. 921, 8.* AVG. epist. 108, 8 p. 620, 13. ANTHIM. 8 et assaturae enim si fiunt (*v. adn.*). *legitur inde a* PLAVTO (*?, v. infra l. 62*), TER.; *deest apud* CATONEM, CAES. *Caesarianosque* (*excepto* BELL. Hisp., *v. p. 918, 27*), SEN. rhet., SEN. trag., LVCAN., CVRT., MART. *quod apud* CATVLL., TIB. (LYGD. *v. supra l. 18*) *aliosque non invenitur, fort. casui tribuendum est.* [*loci mutili*: AFRAN. com. 369 VARRO frg. Non. p. 162, 22 CIC. Verr. II 5, 111 or. frg. A III 5 Sch. A XV 6 rep. 4, 1. 2, 44. *falso trad.*: CALP. ecl. 4, 144 (es enim *Glaeser*). QVINT. inst. 9, 4, 88 (nimia *Halm*). AMM. 31, 10, 15 (interim dum *Petschenig*, -m diu *trad.*). *dub. trad.*: CELS. 1, 3, 9. PLIN. nat. 17, 193 (id -m *E Gelen.*, enim et *rell.*, enim *vulg.; v. p. 916, 63*). TERT. apol. 41, 1 (utique enim *F*). *variat in codd. c.* enim PS. APVL. Ascl. 31 (*v. et p. 916, 63*); est enim CIC. de orat. 2, 142; haec enim PLIN. epist. 9, 3, 2; set enim CIC. Cael. 60; ut enim PLIN. nat. 33, 18; *v. praeterea Th. Stangl, Pseudoascon. p. 66. e coni.*: VARRO rust. 3, 12, 4 (ut enim [CIC. leg. 2, 6 TAC. ann. 15, 54 *al.*]). frg. Non. p. 541, 2 (ante enim). CIC. Balb. 60 (id enim). VAL. MAX. 6, 8, 1 (etiam). ASCON. Corn. p. 49, 23 St. (et cum [TREB. trig. tyr. 26, 6]). PLIN. nat. 18, 195 (et in imo [uno]). TAC. ann. 3, 24, 1 (adenim). PANEG. 8 (5), 10, 4 (sed enim, *v. l. 48*). CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 157 (et [καὶ γάρ]). *al.* *restituitur ex* enim: CIC. Att. 6, 2, 3. 12, 18, 1. LVCR. 5, 1062 quippe -m (6, 209 [quin etiam *Lachm.*]). VAL. MAX. 9, 2 pr. SEN. benef. 7, 5, 1 *al.* PLIN. nat. 35, 55.]

I *praevalet* **vis rationalis:** -m *alicuius rei facti dicti causam rationem explicationem adnectit*: **A** *sententiarum nexu artiore*: **1** *obiective* (*v. s.* enim *p. 577, 35 sqq.*): **a** *generatim*: PLAVT. Amph. 26 *Iuppiter* hoc petere me precario a vobis iussit *eqs.* -m ille . . . Iuppiter . . . formidat malum (*in interpol.?, v. Langen, Beitr. 263*). TER. Andr. 442 biduist aut tridui haec sollicitudo: . . . deinde desinet. -m ipsus secum eam rem reputavit via (*i.* consilio, ratione *Don. ad l.*). Haut. 548 facile equidem facere possum . . .; -m quo pacto id fieri soleat calleo. VARRO Men. 22 -m quibus seges praebeat domum . . ., quid desideremus? (*sic in interrog. rhet.*: rust. 1, 59, 2 *in oporotheca* etiam quidam triclinium sternere solent cenandi causa. -m in quibus luxuria concesserit ut in pinacothece faciant *triclinium* . . . cur non *eqs.* CIC. S. Rosc. 32 certum est . . . omnia . . . dicere *eqs.* -m quis . . . haec cum videat tacere . . . possit? [SALL. Catil. 20, 11]. Verr. II 1, 31 -m qua stultitia fuissem, si *eqs.* VAL. MAX. 2, 6, 7 -m quid adtinet [2, 9, 5. SEN. dial. 3, 17, 2 -m quid est stultius?]. PLIN. nat. 7, 134 *al. v. et infra l. 81*). ling. 5, 163 sequitur porta Naevia, quod in nemoribus Naeviis: -m loca, ubi ea, sic dicta. rust. 1, 4, 3 *ager pestilens* colonum ad fructus pervenire non patitur. -m ubi ratio cum orco habetur, ibi . . . fructus est incertus. 1, 4, 4 graviora quae sunt ea . . . leviora facere possumus. -m si . . . pestilentior est fundus . . ., haec vitia emendari solent domini scientia (CIC. Quinct. 73 -m si ex edicto possedisti, quaero *eqs.* S. Rosc. 37 -m si . . . voltu saepe laeditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur in eum qui *eqs.* [*sic c. interrog. rhet.*: 131 LIV. 6, 28, 6 PLIN. nat. 7, 190]. div. in Caec. 64 -m si . . . tamen *eqs.* [Cluent. 10]. *al.*). rust. 3, 1, 2 antiquior . . . multo rustica *vita quam urbana eqs.* -m vetustissimum oppidum cum sit traditum . . . Thebae . . ., immani numero annorum urbanos agricolae praestant (RHET. Her. 4, 1, 2 -m cum possimus . . . sumere . . ., videtur esse adrogantia illa relinquere. CIC. div. in Caec. 65 -m cum lex ipsa . . . sociorum patrona sit, iniquum est *eqs.* Verr. II 2, 27. leg. agr. 2, 17 -m cum . . . convenit, tum *eqs.* LVCR. 2, 525. 6, 207). rust. 3, 8, 3 ad saginandum *turtures* adpo⟨si⟩tissimum tempus circiter messem. -m matres eorum tum optimae sunt *eqs.* itaque eorum fructus id temporis maxime consistit (*aliter cum sequenti* ergo *p. 919, 71*). frg. Non. p. 510, 3 -m ut deos colere debet . . . civitas, sic singulae feminae debemus (CIC. Cluent. 5 -m sicut . . . sic *eqs.*). RHET. Her. 2, 16, 24. CIC. inv. 1, 44 omnis . . . argumentatio . . . aut probabilis aut necessaria debebit esse. -m . . . argumentatio videtur esse inventum . . . rem aliquam aut probabiliter ostendens aut necessarie demonstrans. Quinct. 36 quaeso . . . ut quid pollicitus sim diligenter memoriae mandetis; -m rem facilius totam accipietis, si *eqs.* Verr. II 3, 109 ceteros Leontinos . . . expectare nolite: -m . . . incommodi nihil ceperunt (*sic adhortationis ratio datur infra l. 37*). 5, 121 -m quamquam . . . tamen *eqs.* (*cf.* IREN. 2, 6, 1 -m licet . . . sed tamen. AVR. VICT. Caes. 28, 9 -m quamvis rerum omnium prospero successu . . . tamen fortunatus esse quis potest?). Arch. 10 aliis quoque in civitatibus *fuit* ascriptus. -m Reginos credo . . . id huic . . . *tribuere* noluisse (*nota ironiam, ut p. 919, 10*). Flacc. 27 omnia corrupta libidine reperientur. -m iam . . . accedam ad singulas querellas (*nota* -m *transitum ad novam orationis partem facere et cf. p. 920, 61 sqq.*). Mil. 26. LVCR. 4, 1076 purast sanis magis inde voluptas quam miseris. -m . . . fluctuat . . . ardor amantum. BELL. Hisp. 28, 3 -m et natura loci defendebatur Caesar et . . . munitione (CHIRON 339 sic -m et singula signa sudoris . . . intelliguntur et curantur [*prius* et *fort. superfluum; aliter Veg. 2, 102*]). SALL. Iug. 85, 49 -m nemo ignavia inmortalis factus est. NEP. Eum. 3, 4 Macedones . . . milites ea tum erant fama, qua nunc Romani feruntur: -m semper habiti sunt fortissimi, qui *eqs.* VERG. Aen. 7, 390 solum te (*sc. Bacchum*) virgine dignum vociferans, -m . . . sacrum tibi pascere crinem *Laviniam.* HOR. sat. 1, 6, 54 felicem dicere non hoc me possim, casu quod te sortitus amicum. nulla -m mihi te fors obtulit. PROP. 2, 7, 17. OV. Pont. 3, 7, 13 hoc quoque, Naso, feres; -m peiora tulisti. LIV. 10, 18, 13 tu vero abeas *eqs.* -m minime consentaneum est . . . hic te . . . gloriari (*cf. supra l. 16*). *inducitur exemplum*: GAIVS inst. 3, 83 sunt . . . etiam alterius generis successiones *eqs.* -m cum pater familias se in adoptionem dedit *eqs.* (*cf. p. 919, 14. 30*).

b *speciatim in parenthesi*: CIC. Quinct. 78. Verr. II 1, 139 *Mustio* sum usus plurimum — -m iudicium . . . me uno defendente vicit — *eqs.* II 4, 15 legationis . . . princeps est Heius — -m est primus civitatis — *eqs.* Mur. 52 descendi . . . cum illa lata . . . lorica, non quae me tegeret — -m sciebam Catilinam . . . caput . . . solere petere — verum ut *eqs.* LIV. 3, 24, 9 at illi — -m extremum anni iam erat — . . . certamen averterant. 5, 16, 5 non iusto dilectu — -m ab tribunis plebis inpediebantur — . . . coacta manu . . . Tarquinienses oppressere. *antecedit parenth. sententiae, cuius rationem affert*: CIC. Att. 10, 17, 4 ego . . ., quia scripseras te proficisci cogitare — -m audieram nemini aliter licere —, eo te *diploma* habere censebam. OV. met. 14, 695 quoque magis timeas, — -m mihi multa vetustas scire dedit — referam . . . notissima . . . facta.

2 *subiective* (*v. s.* enim *p. 582, 13 sqq.*): **a** *generatim*: CIC. Quinct. 26. S. Rosc. 13 cogitetis . . . eo prorumpere . . . audaciam ut . . . inter ipsa subsellia caedes futurae sint. -m quid aliud hoc iudicio temptatur? 72 nihil tam vile . . . est, cuius partem ullam reliquerint *maiores nostri parricidis.* -m quid (quid enim *Cic. orat. 107*) tam est commune quam spiritus vivis? Verr. II 3, 178 tenetur . . . et in rebus . . . maximis . . . tenetur *eqs.* -m nova quoque alia res, iudices, extitit *eqs.* (*sic in transitu ad nova*: Planc. 18 si parum multi sunt, qui nobilitatem ament, num ista est nostra culpa? -m ad caput et ad fontem generis utriusque veniamus. *v. supra l. 23. p. 920, 61 sqq.*). Caecin. 23 maxime fuit optandum Caecinae . . . ut cum tam stulto *homine controversiam* haberet. -m non minus nos stultitia illius sublevat quam laedit improbitas. Flacc. 12. Pis. 23 -m illa iam omitto (*sc. quae paulo ante commemoraverat; nisi forte* illa *ad sequentia referendum et Cic. praeteritione uti putandus est*; sed enim *vix recte Lehmann*). Phil. 7, 5 accipiet in optimam partem C. Pansa *eqs.* -m dicam animo amicissimo: hunc ipsum . . . consulem non putarem (*v. p. 919, 28. cf.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 1, 1 victus sum et fateor me esse superatum *eqs.* dignum -m est, ut mihi . . . David aperiat sermonis ostium). Att. 1, 10, 3 signa nostra (*i. statuas*) . . . velim imponas *eqs.* -m ibi sedens haec ad te scribebam, ut me locus ipse admoneret. PLIN. nat. 23, 31 *vinum* quam ancipiti eventu potum statim auxilium fit aut venenum! -m de natura ad remedia tantum pertinente nunc loquimur (*nisi forte adversative accipiendum. v. p. 921, 18 sqq.*). STAT. Theb. 12, 568 quantum -m superesse rear?

afferuntur indicia signa argumenta alcis. rei (*'ut inde appareat, quod'; v. p. 584, 31 sqq.*): VARRO rust. 3, 17, 8 *Hortensius* laborabat . . . *ut aquam* recentem biberent sui pisces. -m . . . piscinas *Luculli* despiciebat quod . . . reside aqua in locis pestilentibus habitarent pisces eius. CIC. S. Rosc. 119 *v. p. 919, 80.* Verr. II 2, 99 cum accusator non adesset, Sthenium condemnari non oporteret. -m si posset

[*Friedrich*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

reus absente accusatore damnari, non ego ... venissem. Caecin. 69. Sest. 106 in eo statu civitas est, ut ... omnes idem de r. p. sensuri esse videantur. -m tribus locis significari maxime ... populi R. iudicium potest *eqs.* habuit de ... me P. Lentulus ... contionem; concursus est populi R. factus *eqs.* (*v. et infra l. 49 sqq.*). Planc. 26 *omnibus* huius in me misericordia grata fuerit. -m ... ei meas ... preces non putas profuisse *eqs.*? LVCR. 5, 1062 *v. p. 920, 47.* *detracta figura interrog. atque ironia huc referendum videtur*: CIC. Catil. 2, 14 in exsilium eiciebam, quem iam ingressum esse in bellum videbam? -m, credo, ... illa castra nunc non Catilinam ducem exspectant *eqs.* (*i. Catilinam in bellum ingressum neque a me eiectum esse ex ea re intellegitur, quod castra eum exspectant eqs.*). *inducitur exemplum*: CIC. div. 1, 130 *Posidonius* esse censet in natura signa quaedam rerum futurarum. -m Ceos accepimus ortum Caniculae ... servare coniecturamque capere *eqs.* (*v. p. 918, 38*).

b *speciatim in parenthesi* (*prope accedunt exempla, ubi aliqua res secundum ordinem rerum antea narranda post aliquod factum, quod ex ea pendet, inseritur, ut*: CIC. inv. 2, 2 *Crotoniatae Zeuxi* pueros ostenderunt multos magna praeditos dignitate. -m ... Crotoniatae multum omnibus corporum ... dignitatibus antistiterunt. Verr. II 2, 83 omnia domo *Sthenii* abstulit *vasa eqs.* -m Sthenius ... paulo studiosius haec compararat): TER. Eun. 1074 tu ... cum illa ... ut lubenter vivis — -m bene lubenter victitas —, quod des paullumst. ASCON. Mil. p. 31, 2 St. a. d. XIII Kal. Febr. — acta -m magis sequenda ... puto quam Fenestellam ... — Milo Lanuvium ... profectus est. PLIN. nat. 2, 63 *circuli*, quos Graeci ἁψῖδας in stellis vocant — -m Graecis utendum erit vocabulis. 7, 108. 159 *al.* SIL. 2, 355 per saxa nivesque — dicam -m ut stimulent ... vel inania mentem *eqs.* (*v. p. 918, 69*). TAC. ann. 3, 24, 1 inlustrium domuum adversa — -m (adenim *trad.*) ... Calpurnii Pisonem, Aemilii Lepidam amiserant — solacio adfecit D. Silanus *eqs.* PS. APVL. Ascl. 20 (*in anacolutho*).

3 *explicative* (*v. s.* enim *p. 587, 34; fere i. q.* '*scilicet*', *nostrum* '*und zwar*'): **a** *generatim*: VAL. MAX. 6, 8, 1 *v. p. 916, 58.* APVL. met. 6, 27 virgo ... facinus audet pulcherrimum. extorto -m loro manibus *aniculae* ... ab impetu *me revocat.* SYMM. epist. 10, 28, 1 quid possint iusti principes culpare, praesentio: in causis -m, quibus momenti reformatio postulatur, appellationes recipi non oportet. PS. ASCON. Verr. p. 234, 26 St. Apertius hoc postea dicturus est. -m accusator Dolabellae ... librum ... Verri ostendit *eqs.* **b** *speciatim: inceptive* (*v. s.* enim *p. 588, 3; antecedit demonstrat.*): PS. APVL. Ascl. 20 'haec ... ratio quae est, o Trismegiste?' talis o Asclepi. deus -m ... parit semper, quicquid voluerit procreare *eqs.* (COD. Iust. 3, 34, 14 talis quaestio in libris Sabinianis vertebatur: quidam -m pactus est cum suo vicino *eqs.*). COD. Iust. 3, 38, 12 illud aequitatis vovere rationibus bene nobis apparuit. si quis -m donationes conscripserit *eqs.* 6, 2, 22, 4ª huiusmodi incidit veterum sensibus quaestio. quidam -m ... furtum a sua muliere passus est et dubitabatur, utrumne ... an *eqs.*

B *nexu laxiore*: 1 *proleptice* (*sententia causam vel rationem continens vocem -m aliquo spatio sequitur. exempla, ubi nihil nisi sent. secundaria intercedit, invenies supra p. 917, 66 sqq. 78 sqq. 918, 1 sqq. al. interdum -m in ipsam sent. secund. trahitur*: COD. Iust. 3, 31, 12, 1ᵇ postquam -m. 3, 33, 12, 1 quemadmodum -m ... ita. 4, 54, 9, 1 cum -m. 8, 10, 14, 1 sive -m ... sive. *v. praeterea p. 917, 7 sq.*):
a *generatim*: CIC. Catil. 1, 27 -m si mecum patria ... loquatur (*seq. Patriae oratio*). his ego ... vocibus ... pauca respondebo *eqs.* (-m *ad magnum verborum ambitum pertinet*). Sull. 69 nunc denique de vita hominis ac de moribus dicam. -m de principio *studui* ... de me aliquid ipso ... dicere; nunc iam revocandi estis eo, quo *eqs.* Sest. 106 *v. supra l. 2.* de orat. 2, 5 eloquentia ... ne sine omni quidem sapientia florere ... umquam ... *potuit.* -m ceterae fere artes se ipsae per se tuentur singulae; bene dicere autem ... non habet definitam aliquam regionem (*sic -m a particula adversat. excipitur*: fin. 5, 38 animi virtus corporis virtuti anteponatur *eqs.* -m *bestiarum* ... summum bonum in corpore est *eqs.* in homine autem summa omnis animi est. epist. 5, 12, 5 at [PANEG. 3 (11), 2, 2. 19, 2 MAR. VICTORIN. defin. p. 17, 12]. VICTORIN. PETAV. in apoc. 12, 2 sed [OPTAT. 2, 5 p. 42, 13]. COD. Theod. 16, 7, 4, 1 [*a. 391*] lapsis -m et errantibus subvenitur, perditis vero ... non succurritur. *sim. al.*). de orat. 2, 32 huius rei scientiam si quis volet magnam quandam artem dicere, non repugnabo. -m ... non est dubium quin *eqs.*: ergo id qui ... fecerit ... quasi artem quandam invenerit (*cf. p. 918, 7*). 2, 218 (*219 ratiocinatio seq.*). 2, 364 Att. 4, 3, 2. LVCR. 2, 547 *v. p. 920, 46.* VVLG. Tob. 12, 7 (*nulla particula in LXX*).

b *speciatim*: α *imperat. vel alia cohortatio sententiam causalem sive rationalem praeparat*: VARRO Men. 564 -m sic vide: utrum mercedem accipit is qui *eqs.*, an ego ab illo? sic ego ... si tu plus laboras quam ego do ([*deest apodosis, ad quam -m maxime spectat*]. *cf.* CIC. Caecin. 8 -m ... videte quam iniquum est [*pro* '*est enim iniquum*']. *v. et infra l. 84*). CIC. S. Rosc. 119 par est avaritia (*sc. adversariorum*) *eqs.* -m, quoniam fidem magistri cognostis, cognoscite nunc discipuli aequitatem *eqs.* ([*v. p. 918, 83*]. Verr. II 2, 169 -m rem totam ... breviter cognoscite. 3, 53). Verr. II 2, 145. 3, 75 -m deinceps videamus Herbitensis civitas ... quemadmodum spoliata ab isto ... sit ([*seq. narratio; simul ad p. 918, 79 referendum*]. VLP. dig. 42, 4, 7, 13 -m ... videamus. *cf. p. 919, 76*). Catil. 3, 24 *v. infra l. 17.* nat. deor. 1, 98 -m ... attende Att. 16, 5, 3 moriar, si quisquam me tenet praeter te. -m circumspice (*sent. exit in aposiopesin, ut vid.*). MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 15 p. 1123ᴮ.

β *causa vel ratio continetur responso, quod ad interrogat. ab -m incipientem datur*: CIC. Verr. II 1, 145 tutores ... id opus ... se effecturos esse *clamaverunt.* -m quid erat operis? id quod vos vidistis (*seq. enarratio operis*). 5, 6 -m propinquitas locorum ad utram partem hoc loco profertur? utrum ... an ...? (Catil. 4, 12 -m quaero, utrum ... an *eqs.*). Caecin. 89 res ipsa hoc sentire ... cogit. -m, Piso, ... quid ages? opinor hoc interdicto ... persequēre *adversarium.*

2 *sententia, cuius causa vel ratio affertur, voci -m aliquo spatio antecedit* (*v. s.* enim *p. 578, 8 sqq.*): RHET. Her. 4, 1, 2 non ... ridiculus sit, si quis ... domesticis testimoniis pugnet? ⌊...⌋ -m aut se omnibus anteponat ... aut *eqs.* 4, 44, 57 *v. infra l. 53.* CIC. Catil. 3, 24 honores dis ... habiti sunt ... iustiores numquam. ⌊erepti enim estis ex ... interitu ... sine dimicatione *eqs.*⌋ -m recordamini, Quirites, omnis civiles dissensiones *eqs.* (*v. supra l. 2; simul* '*subiective*' *accipiendum*). Phil. 2, 26 *Caesar non meo consilio interfectus* (*addit complura argumenta, cur id verisimile non sit, tum*): -m ... Brutos ego impellerem? (*fort. sub II ref., sed Cic. antea se illud non fecisse indiciis probat, nunc demum causam, cur id non fecerit, affert. an argumenta inter se dissimilia voce* et *aequari voluerit, incertissimum est*). Tusc. 5, 117 in surditate ... quidnam est mali? ... -m qui secum loqui poterit, sermonem alterius non requiret. Cato 15 *v. l. 36.*

3 *per ellipsin* (*v. s.* enim *p. 584, 84 sqq.*): CIC. leg. agr. 2, 22 -m si populo consulis, remove te a suspicione alicuius tui commodi (*potius* igitur *exspectaveris; supple antea e. g.* '*populo te consulere haud est credibile*'). Catil. 1, 6 -m quid est ... quod iam amplius exspectes (*supple e. g.* '*quod facis, absurdum est*'). fin. 1, 3 (*iniuria me philosophiae studere reprehendunt*) -m si delectamur cum scribimus, quis est tam invidus, qui ab eo nos abducat? (*hanc sent. c. antecedenti non cohaerere monuit Madvigius ad l., cuius tamen interpretationem, sc. -m hic idem fere valere ac* '*porro, praeterea*', *probare non possum*). Cato 15 (*nihil est cur accusemus senectutem*) -m ... quattuor reperio causas, cur senectus misera videatur (-m *transitum ad novam orationis partem facit, ut infra l. 41. p. 918, 23; simul proleptice accipiendum*). div. 2, 71. 142. fat. 11 *v. infra l. 64.* SALL. Catil. 20, 11 (*v. Jacobs-Wirz ad l.*). HOR. sat. 2, 7, 37 (*v. Kiessl.-Heinze ad l.*). SIL. 10, 617 (*in initio orat. indir.; sim.* TAC. ann. 16, 27). QVINT. decl. 382 p. 427, 20. TERT. castit. 10 p. 752, 10 Oe. (*suppl. cohortatio* '*casti simus*'). adv. Iud. 2 p. 703, 2 (*v. p. 916, 65*). CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 140 *v. l. 82.*

iunctura **quippe -m:** LVCR. 1, 104 a nobis ... desciscere quaeres. quippe -m quam multa tibi iam fingere possunt somnia *vates.* 2, 547. 792. 1133. 3, 440. 800. 5, 1062 (*v. p. 919, 7*) *al.* APVL. apol. 72.

?**II** *vi copulandi addendique, quae inest voci* et, ***ac rationali,*** *quae inest voci* enim, ***aequata*** *fere i. q.* '*porro enim*', '*etiam enim*' (*quia sunt qui hunc esse verum vocis -m significatum contendant [v. e. g. Schmalz, Antibarb.⁷ s. v.; Schmalz-Hofmann⁵, 681], aliquot affero locos, ubi is c. aliqua specie veri, sed certe sine necessitate subesse coniectatur*): RHET. Her. 4, 44, 57 sapiens nullum pro re p. periculum vitabit (*seqq. complures huius sent. rationes, tum*): -m vehementer est inicum vitam ... patriae ... non dare. CIC. Phil. 2, 26 *v. supra l. 20.* rep. 3, 44 praeclare quidem dicis ...; -m video iam quo pergat oratio. Tusc. 5, 117 *v. l. 25.* *fort.* et *vim habet concessivam*: PAPIN. dig. 40, 1, 20, 1 causam minor viginti annis, qui servum donatum manumittendi gratia accepit, ex abundanti probat ...: -m, si non manumiserit, ad libertatem servus perveniet.

III *vi rationali evanida*: **A** *adnectit aliquid novi* (*usum praeparativum ibi agnoscere possumus, ubi -m per ellipsin, ut vid., explicandum transitum facit ad novam orationis partem, ut*: CIC. div. 2, 142 -m ... quae est ... continuatio ... eiusmodi, ut *eqs.* fat. 11 -m si est divinatio, qualibusnam a perceptis proficiscitur? off. 2, 18 -m virtus omnis tribus in rebus fere vertitur): 1 *sine vi adversativa*: **a** *fere i. q.* '*autem*': CIC. Att. 1, 14, 4 si umquam mihi περίοδοι ... suppeditaverunt, illo tempore. quid multa? clamores. -m haec erat ὑπόθεσις: de gravitate ordinis *eqs.* SCRIB. LARG. praef. 6 -m quasi per gradus quosdam medicina laborantibus succurrit. PLIN. nat. 6, 58 gentes *Indiae* urbesque innumerae *eqs.* -m patefacta est ... Alexandri ... armis. 6, 78 (*enumerantur populi Indiae, tum*): -m plerique ab occidente non Indo determinant *Indiam*, sed *eqs.* 8, 11 Antipater auctor est duos *elephantos* ... celebres etiam cognominibus fuisse. -m novere ea. 12, 75 (*nisi forte ad p. 918, 79 sqq. ref.*). 29, 12 (*initio novae partis. sim.* TERT. coron. 11 p. 442, 12 Oe.). 37, 201 *India gemmarum locupletissima.* -m (etiam *a,* et iam *vulg.*) ... discrimen quoddam rerum ipsarum atque terrarum facere conveniet. ergo *eqs.* IREN. 2, 16, 4. 24, 3 (*nisi forte* etiam *scrib.*). PORPH. Hor. epist. 1, 20, 28. ITIN. Alex. 5 Alexander ... legit militem voluntarium *eqs.* -m quoniam id esset commodius, sese in exemplo ponebat. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 140 (καὶ μήν). HIPPOCR. aer. 7 p. 11, 31 istum -m morbum eis cognitum esse et aestate ... et hieme (μέν). IORD. Rom. 51 tunc -m (299 Get. 112). 69 Artaxerxes qui et Ochus ann. XXVI. hic -m

[Friedrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Sidonem subvertit (275 Severus ... regnavit ann. XVIII *eqs.* hic -m Parthos ... superavit. *al.*). ORIBAS. syn. 1, 21 p. 828 saepius ... usi sumus infundentes in naribus. similiter -m gitter ... in naribus infundis (*sic Aa*, autem *La*; *gr.* μέν. *v. G. Hunger, Synt. d. spätlat. Orib., Diss. Bresl. 1933, 43*). COD. Iust. 8, 53, 36, 3. VITA Caes. Arel. 2, 11 statim -m ad vicum pervenimus. *nota tmesin*: EXPOS. mundi 48 *Cyzicus* et positioni ... et formonsitati omnem laudem superare potest. et ibi enim Venus mulierum pulchritudinem ... constituere voluit (*nisi* form. *de hominibus dictum est; tunc enim* et ... enim *causale est*).

b *fere i. q.* '*et*' (*potius i. q.* '*etiam*' *l. 13*): VVLG. psalm. 36, 25 iunior fui, -m senui et non vidi iustum (καὶ γάρ). 64, 14 clamabunt, -m hymnum dicent (καὶ γάρ). 67, 9. 82, 9 -m Assur venit cum illis (καὶ γὰρ καί). 88, 6 (καὶ γάρ *cod. Alex.*, καί *cett.*). *al.* HIPPOCR. aer. 17 p. 35, 21 -m de his qui in Asia sunt sic habes: in Europa autem *eqs.* (καὶ περὶ μὲν τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ ... ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ *eqs. cf. p. 920, 63 sqq. infra l. 22*).

2 *adversative, fere i. q.* '*sed*', '*autem*': APVL. mund. 29 caeli spatium sol annua reversione conlustrat *eqs.* stella -m Pyrois (ὁ δὲ *Π. Ps. Aristot.* π. κόσμου *p. 399ª, 9*) ... circuli sui biennio conficit spatia. ITIN. Alex. 4 (*Constantius cum Alexandro comparatur, tum*:) faciam -m (sed enim *Haase*), ne tibi ... ultra obloquar, hinc exordium. VVLG. psalm. 128, 2 saepe expugnaverunt me ..., -m non potuerunt mihi (καὶ γάρ). PS. AVG. quaest. test. I 90 p. 151, 18 quicumque imitati *diabolum* fuerint, filii eius dicentur et ille pater eorum. -m nos in fide Abraham patrem habemus. COD. Iust. 7, 7, 1, 5ᵇ eunuchi ... maiores decem annis ... in quinquaginta solidos computentur *eqs.*: minores -m annis eunuchos non amplius triginta solidis aestimari volumus.

B *affirmative fere i. q.* '*enimvero*': VVLG. psalm. 67, 17 mons, in quo beneplacitum est deo habitare in eo: -m dominus habitabit in finem (אַף, καὶ γάρ; *v. vers. germ. Kautzschii*). *ibid.* 19. *?* IOH. MAXENT. Conc.ˢ IV 2 p. 54, 24 et ... numquam -m ... ad eorum (*sc. monachorum*) praeconia constantius haec dicere potuisses *eqs.* RVSTIC. c. aceph. p. 1186ᴬ quid interest? :: multa -m.

? **C** *singulariter in versione gr.* τοιγαροῦν, *fere i. q.* '*igitur*': EPIST. pontif. 937 Conc.ˢ IV 2 p. 144, 10 inquisitionem cum magna diligentia facere sumus inpulsi. praecepimus -m *eqs.* (*nisi potius explicative accipiendum, v. p. 919, 32. cf. et p. 920, 28*). *Friedrich.*

[**etera** *corrupt.*: GLOSS. Verg. C 64 p. 482 carchesia sunt in nave in acumine arboris quasi fili etera (*lege*: fi littera, *v. vol. VI, 1, 641, 14 sqq.*; *cf.* ISID. orig. 19, 2, 9 *et Daremb.-S. s. v. carchesium p. 920, fig. 1188*), per quam funes trahuntur.]

[**ēternus** *v.* aeternus, *ubi addas*: INSCR. christ. Diehl 3655 b *Aurelius Felix* raptus eterne domus (*sic*).]

eterocrānium, eterodoxos *v.* hetero-.

? **eteron** PS. APVL. herb. 7, 10 H.-S. *synon. herbae* '*pedeleonis*' (*add. β*).

eterus *v.* hetaerus.

etēsiacus, -a, (-um). *ab* 1. etesius. *nonnisi fem. de genere vitis*: PLIN. nat. 14, 36 si quidem Tuscis peculiaris est Tudernis *vitis*, ... Arretio talpona et -a (*v.*, tesi- *ll.*) et conseminia. ..-a (et- *Md*, et tesi- *a*) fallax.

ˣ**etēsiae,** -ārum *m.*, ἐτησίαι *sc.* ἄνεμοι (*f. sc.* αὖραι, *v. l. 62*). *de formatione v. Rehm, RE VI 713, 3 sqq.*; *sg.* **etēsiās,** ἐτησίας (*retrogr. q. v. ortus*): PLIN. nat. 18, 335 *v. p. 922, 25.* *scribitur*: et asie, et asiae, et aesie, etesire, etesii, ethesie, ethaesiae, ethesii *et sim.*; *v. et l. 64. 74.* *litt. gr.*: GELL. 2, 22, 30. 41 (= NIGID.). *de notione* (*et origine l. 63 sqq.*): HYG. astr. 2, 4 p. 37, 20 *Aristaeum* ab Iove petere, ut, quo tempore Canicula exoriretur, dies XL ventum daret, qui aestum Caniculae mederetur. quod iussum Aristaeus confecit et ab Iove impetravit, ut -ae flarent, quas (*v. l. 54*) nonnulli -as dixerunt, quod quotannis certo tempore exoriuntur (ἐνιαυτός enim graece, 'annus' est latine), nonnulli etiam aetesias (hethesi-, et hestas, ethesi-, aethesi- *ll. vv.*) appellaverunt, quod expostulatae sunt ab Iove *eqs.* (*sc. ab* '*αἰτεῖν*'). ISID. orig. 13, 11, 15 -ae ... flabra aquilonis sunt. GLOSS.ᴸ I Ansil. ET 11 et[h]esiae aura quae ab aquilone flat. 30 etisiae annonae (*l.* annuae) Graece. V Abba ET 1 -ae venti in certo tempore. *v. etiam l. 72 sq.* *cf.* 1. etesius *p. 922, 30.* *de re v. Rehm l. l.* [*ex coni.*: *l. 79.*]

sunt venti quidam, qui certo cuiusque anni tempore (*v. l. 63. 68. 75. p. 922, 6. 8. 13. 18. 25. 27*) *flare solent, fere i. q.* '*aquilones*' (*v. l. 67. p. 922, 5. 10. 18. 21. 25. 31, sed v. et p. 922, 20. 21 sq.* [*cf.* GELL. 2, 22, 30, *v. l. 58*]): VARRO frg. Non. p. 71, 15 -ae (*Ald.*, elle- *codd.*) diutius et uberius flabant (VITR. 1, 6, 10 certis temporibus [*cf.* AMPEL. 5, 2 statis diebus ... per aestatem]. SEN. nat. 5, 10, 2 hieme non sunt ..., aestate incipiunt flare [POL. SILV. fast. Iul. 11]. COLVM. 11, 2, 58 desinunt. PLIN. nat. 5, 55 ex adverso. *al. v. p. 922, 7. 10. et al.*). CIC. Arat. frg. 24. leg. agr. 2, 44 qui -is (*Gulielmus*, quietis iis *codd.*) per cursum rectum regnum tenere non potuerunt, nunc *eqs.* nat. deor. 2, 131 quam tempestivos ... dedit *natura*, quam salutares ... ventos -as (*al.*), quorum flatu nimii temperantur calores, ab isdem etiam maritimi cursus celeres et certi diriguntur (SEN. nat. 5, 10, 4 -arum. *al.* PLIN. nat. 17, 133 sub -arum flatu. TAC. ann. 6, 33 *al. v. infra l. 8. 21. 22 et al. cf.* PLIN. nat. 13, 60 adflatu). CAECIN. Cic. Att. 6, 7, 2 etsi -ae valde reflant. CIC. Att. 6, 8, 4 nos -ae vehementissime (-i *coni. Gronov.*) tardarunt (*cf.* epist. 2, 15, 5 morabuntur [*cf.* 15, 11, 2]. *et sim. al.*). 16, 4, 4 epist. 12, 25, 3; *opp.* auster (*cf.* ad Brut. 1, 15 [= 9, 24], 5 *al.*). LVCR. 6, 716 aquilones ..., anni tempore eo qui -ae esse feruntur, ... contra fluvium flantes remorantur *undas Nili* (*sim.*: SEN. nat. 4, 2, 22. 23 MELA 1, 53. AMM. 22, 15, 7 per dies quadraginta et quinque -arum continuis flatibus repellentibus eius meatum). CAES. civ. 3, 107, 1 ipse ... -is tenebatur, qui navigantibus Alexandria flant adversissimi venti (*cf.* LIV. 37, 23, 4 tardius navigaverant regii adverso tempore -arum. TAC. hist. 2, 98. PLIN. epist. 10, 15 continuae navigationi -ae reluctantur. *et al. v. p. 921, 78*). SEN. Thy. 129 aestas veliferis solvit -is *nives.* nat. 4, 2, 25 -ae temperati sunt (*opp.* ventis ... maioribus). 5, 10, 1. 5, 11, 1 somniculosi a nautis et delicati vocantur, quod ... 'mane nesciunt surgere': ... incipiunt prodire *eqs.* 5, 18, 2 non patiuntur apud nos nubes consistere *eqs.* (*cf.* PLIN. nat. 5, 55 *al.*). COLVM. 11, 2, 56 Cal. Augustis -ae. PLIN. nat. 2, 124 aquilones constantius perflant diebus XXX, quos -as appellant. 2, 127 -ae noctu desinunt fere et a tertia diei hora oriuntur. in Hispania et Asia ab oriente flatus est eorum, in Ponto ab aquilone, reliquis in partibus a meridie, spirant autem *eqs.* 18, 270 -arum ... prodromi flatus incipiunt (*cf.* GELL. 2, 22, 25 qui '-ae' et 'prodromi' appellitantur [*inde* APVL. mund. 14]). 18, 309 V Kal. *Sept.* ... -ae desinunt (18, 311. *v. l. 19. p. 921, 78. cf.* ISID. nat. 43, 2 quiescentibus ... -is). 18, 335 *aquilo* aestate media mutat ... nomen, -as (*v. p. 921, 55*) vocatur. APVL. mund. 12 -ae frequentiores sunt aestate. SOL. 52, 1 (*ex* PLIN. nat. 6, 57) India ... vice hiemis -as patitur (MART. CAP. 6, 694). *et al.*

etēsiās, -ae *v.* etesiae *p. 921, 55.*

1. etēsius, -a, -um, ἐτήσιος. *i. q. annuus*: LVCR. 5, 742 -a flabra aquilonum (6, 730. *cf. p. 921, 72*). *cf.* etesiae, etesias *et v.* etesiacus.

2. etēsius, -ī *m.* *nomen lapidis*: PLIN. nat. 36, 157 (*inter lapides ad medicinalium mortariorum usum aptos*) -um (eth- *T*) lapidem ... protulere ceteris (*inde* ISID. orig. 16, 4, 36 -us [eth- *T*, ed- *BCK*] praecipuus et inde chalazius).

HIER. in Ier. 1, 100 p. 72, 14 (*ad Ier. 5, 15*) 'gentem robustam', pro quo in Hebraeo scriptum est **etham** (*sic trad.*; *hebr.* אֵיתָן, *unde* -an [*v l. 40*] *edd.*, *at cf.* nom. hebr. pag. 18, 11 -m [etam *F*] fortem. GLOSS.ᴸ I Ansil. ET 5 -n interpretatur fortis, robustus).

ethan *v.* etham. **etheca** *v. s.* ectheta *p. 60, 2.*

[PSALT. Cas. 35, 6 domine ... fidelitas tua usque ad **ēthera** (ἕως τῶν νεφελῶν, VVLG. nubes). *cf.* GLOSS.ᴸ V Aa E 561 ethera caelos seu caelestia. *v. s.* aether *vol. I 1149, 13 sqq.*]

[CHIRON 814 ad hunc morbum ... similiter facit: ... herba quae vocatur **ētherion** (*v. s.* aetherius *vol. I 1152, 58 sqq.*, *cf.* aetheria herba *vol. I 1154, 24 sq.*).]

ēthica (-ē) *v.* ethicus *p. 923, 13. 42.* **ēthicos** (-ōs) *v.* ethicus *l. 57. p. 923, 36.*

ˣ**ēthicus,** -a, -um, ἠθικός. *scribitur*: aethi-, eti-, et hi-, exhi-, ethy- *sim.* [*litt. gr.*: DON. Ter. Ad. 176 Hec. 438. *v. p. 923, 30.*] *formae gr.*: -on: *l. 57*; *fem.* -e: *p. 923, 13.* -ōs (*adv.*): *p. 923, 36.* -e *pro adv. lat.*: *p. 923, 42.* *de prosodia*: ĕth- PRVD. ham. 581 (*cf. G. Meyer, Philol. 87, 1932, 343*). *de notione*: GLOSS.ᴸ I Ansil. ET 18 -a moralis dicitur, in qua de moribus agitur. 19 id est moralis, quae vivendi ordinem continet. V Abba ET 2 -on proprium. 3 -a ars moralis (III Abstr. ET 4) et proprietas. *legitur inde a* SEN. rhet. (*semel ap. poet.*, *v. l. 54. p. 923, 9*). [*ex coni.*: *l. 67. 73. cf. p. 923, 12. 38.*]

i. q. ad mores pertinens, moralis (*def. v. l. 65. 68. 76. p. 923, 4*; *syn. vel coni.* moralis: *l. 84. p. 923, 16. 22. 23. 29*): **A** *adi.*: SEN. contr. 2, 2, 12 declamabat ... Naso raro controversias et non nisi -as (*cf.* FORTVN. rhet. 1, 10 p. 88, 22 *genus* controversiarum ... -um, patheticum, apodicticum [*v. p. 923, 3*] *eqs.* p. 88, 28 quid est -um genus? in quo moralitas quaedam est, id est ubi mores hominum considerantur, ut sunt comoediae. *v. l. 78*). QVINT. inst. 6, 2, 10 cum ex illo -o (*Halm*, et hoc *codd.*) loco nihil non ab oratore tractetur, quidquid de honestis et utilibus, denique faciendis et non faciendis dicitur, ἦθος (*Daniel*, hoc *codd.*) vocari potest. GELL. 1, 2, 4 rem ... -am naturamque humani ingenii *explorare.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 44 'curvo dinoscere rectum' id est per -am partem philosophiae discer⟨ner⟩e, quid sit vitium, quid sit virtus (CENS. 1, 6 p. 4, 4 [*Manutius*; exhica, hic a *codd.*]. AVG. civ. 11, 25 p. 496, 3 D. *al.* c. Iul. 4, 15, 76 p. 777ᵐᵉᵈ· *al.*). LACT. inst. 3, 13, 6 restat ut in sola -a *ratione* (*an subst.?*, *v. p. 923, 26*) totius philosophiae vis contineatur (*opp.* ratio physica, logica). SVLP. VICT. rhet. 6 p. 316, 5 species ... aut -a est, id est moralis, aut *eqs.* -a ... erit causa ... cum erit suscipienda persona vel rustici vel dyscoli aut *eqs.* (ISID. orig. 2, 24, 3). EMPOR. rhet. p. 562, 12 quam materiam (*sc. pathopoeiam*) ab ethopoeia prave distinguunt qui putant esse -as quae laetos fingant, patheticas vero quae tristium sint. AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 8, 1 p. 255, 24 in his quae visibilia et sensibilia sunt -um *sensum* consideremus. 13, 23, 2 p. 295, 5 *sermo* (*opp.* mysticus). HIER. epist. 39, 2, 7 psalmus (*al.*). RVFIN. patr. 11, 3 p. 336ᴬ secundum -am et moralem interpretationem. MACR.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

somn. 2, 17, 16 -ae philosophiae instituta moralia. MART. CAP. 5, 473 fides ... fit ... conciliando, docendo, permovendo. illa prior -a, sequens apodictica, tertia pathetica nominatur (*v. p. 922, 63 sqq.*). CASSIAN. conl. 5, 21, 3 disciplinam (14, 9, 2 actualem, id est -am [*opp.* theoretica puritas]). 14, 9, 5 in actuali atque -a congressione (*v. l. 4*). SIDON. epist. 8, 11, 6. *et al.*

B *pro subst.*: 1 *masc.* -us, -ī: *fere i. q. artis vel philosophiae moralis sectator*: CHAR. gramm. p. 312, 1 B. apud eos *oratores* qui videntur -i. PRVD. ham. 581 si licet ex -is (ethini- *A a. c.*; ethni- *falso plerique codd., Bergman*) quidquam praesumere, vel si de physicis exempli aliquid (*v. p. 922, 54. vix n. pl., v. l. 35*). ISID. orig. 8, 6, 5 -i (ethis *codd.*) quia de moribus disputant.

2 *fem.* -ē (*v. l. 15 sq. cf. l. 31*) *et* -a, -ae (*sc.* τέχνη, *'ars', 'philosophia', 'disciplina'*. *def. v. infra l. 16. 21. 22. 29*): QVINT. inst. 2, 21, 3 *rhetoricae* locum in -e negotialem adsignant, id est πραγματικόν. 12, 2, 15 pars illa moralis, quae dicitur -e, certe tota oratori est accommodata. LACT. epit. 28, 3 ergo ne in -a quidem philosophi regulam tenent (31, 6 [*opp.* physica, logica; *item*: AVG. epist. 137, 17 IORD. Get. 69. *et al. cf. l. 20. 26 sqq. 33*]). MAR. VICTORIN. rhet. 1, 2 p. 160, 39 plena philosophia quae constat ex duobus, ex physica et -a. ... -a *est*, quae de humanis disserit. SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 41 Horatius ... perrexit Athenas ... ubi -am, id est moralem didicit revolvens Platonis libros. AMBR. in psalm. 118 prol. p. 3, 3 moralium magnus magister (*i. David*) quantum in eo excellat -a *eqs.* HIER. epist. 30, 1 quomodo philosophi solerent disputationes suas in physicam et -am logicamque partiri (*sim.*: RVFIN. Orig. in gen. 14, 3 p. 124, 19 B. Orig. in cant. prol. p. 75, 8 generales disciplinae ... tres sunt, quas Graeci -am, physicam, enopticen appellarunt, has nos dicere possumus moralem *eqs.* ISID. praef. test. 36 p. 164[B] -am physicam ... theoricam [CASSIOD. art. 3 p. 1167[C] *sqq., ubi vox gr.*]. *v. et l. 18. 33 et cf. p. 922, 74 sq.*). 30, 4 nisi ab (*ΠDϑ*) -a (*Π*, -e *GDNϑB*) habuerimus exordium. adv. Rufin. 3, 28 p. 478[B] totam mihi physicam (*opp., v. l. 18. 20. 26*) opponis, ut frustra Socrates ad -am transiens dixerit: quae supra nos, nihil ad nos. *et al.*

[3 -a, -ōrum *neutr. pl.?*: *v. l. 11.*]

adv. i. q. moraliter. 1 *forma gr.* **ēthicōs,** ἠθικῶς. [*litt. gr.*: DON. Ter. *saepe, e. g.* Ad. 61 (*s. vs. add. litt. lat. V*).] [*dub.*: SEN. contr. 2, 4, 8 Albucius hecticos (*O, i.* ἑκτικῶς; heticos D^2, ethicos *edd. recc.*), ut multi putant, dixit (*cf. l. 41*).] SEN. suas. 1, 13 Damas -os (eticos *AB*, eticus *VD*) induxit matrem loquentem (*cf.* contr. 2, 3, 23 Diocles Carystius a parte patris -os dixit *eqs.*). 2 *lat.* **ēthicē.** AMBR. in psalm. 118 serm. 6, 23, 2 p. 120, 9 -e (*NP*, et hic ei, et hic *sim. rell.*) ista decursa sint (*opp.* mystica).

ethigrammos *v.* euthy-.

ethinones(?) delectabiles GLOSS.[L] V Aa E 565 (*'eduli genus latere vid.* ἡδύνοντες', *Buecheler*. echinos: res delectabiles *Heraeus; recte, ut vid.* [*cf. p. 44, 33. 36. 45, 30*]).

[**ethiologia** *v.* ethologia, *p. 924, 28.*]

ethnica, -ae *v.* ethnicus, *p. 924, 21.*

ethnicālis, -e. *ab* ethnicus (*cf.* aeternalis). *fere i. q. ethnicus*: TERT. spect. 5 p. 6, 21 -ium litterarum (LVCIF. moriend. 11 p. 306, 20. *ibid. l. 23*; *v. adn. cr.*). **ethnicē** *v. p. 924, 24.*

*ethnicus, -a, -um, ἐθνικός. *de scriptura v. l. 57. 58.* NOT. Tir. 5, 58a. *de notione*: AVG. bapt. 6, 44, 86 -o, id est gentili atque pagano (serm. 82, 4, 7 GLOSS.[L] I Ansil. ET 42). serm. 17, 6, 6 -us gentilis est (GLOSS.[L] V Abba ET 6). *v. et vol. VI 2, 1869, 35 sqq.* GLOSS.[L] III Abstr. EN 4 ennica adultera (*cf. Thes. gloss. emend.*). 14 ennici idolorum cultores. *cf. et p. 924, 18. 19.* *vox* ECCL.; *legitur inde a* TERT. (*saepe*), HERM., IREN., CYPR. *al.*, HIER. (*saepius*), VVLG. Matth. (*ter*). *praeterea cf. de usu Mohrmann, Altchristl. Sonderspr. p. 110.* [*coni.*: TERT. spect. 3 p. 5, 12 -i *Rigaltius* (et iniqui *B*). *var. lect.*: TERT. resurr. 56 p. 115, 15 -um *PMF*, et iniquum *C* (*recte*).] *adv.* -ē *v. p. 924, 24.*

fere i. q. paganus, gentilis: 1 *adi.*: TERT. spect. 3 p. 5, 12 -i populi. pudic. 7 p. 230, 24 peccatori (*opp.* christiano. *ibid.* p. 230, 28). ieiun. 2 p. 275, 30 superstitioni. anim. 35 p. 360, 18 -us homo. adv. Marc. 3, 24 p. 419, 28 testibus. 5, 7 p. 594, 23 ne qui fidelis -um matrimonium contrahat (monog. 11 p. 779 Oe.). virg. vel. 17 p. 908 Oe. Arabiae feminae -ae. *ibid.* p. 909 disciplinae. PS. DAMAS. epigr. 71, 17 -a turba (VEN. FORT. Mart. 3, 154). HIER. epist. 21, 3, 2 templum. *et al.*

2 *pro subst.*: **a ethnicus,** -ī *m.* (*ap. LXX respondet* ἐθνικός *ubique, cf. p. 924, 7. 20 bis. per formam pl.* -i, -orum *redditur* τὰ ἔθνη [*cf.* gentes, nationes]: *p. 924, 10. 11. 12. 13 al.* *opp.*: Christianus, fidelis *l. 82. p. 924, 2* [*cf. vol. VI 2, 1872, 1 sqq.*]; *iung.* [*vel opp.*]: Iudaeus, haereticus *l. 83. p. 924, 3 sqq. 14* [*cf. vol. VI 2, 1871, 50 sqq. 1872, 22 sqq. 42 sqq.*]; publicanus *p. 924, 6.* *pendet ex* gentes [*i. 'populi'*]: *p. 924, 10*): TERT. spect. 1 p. 1, 10 opiniones -orum (*al.*). 19 p. 20, 27 haec -is respondi. 24 p. 24, 18. 27 p. 26, 6 istos conventus et coetus -orum. idol. 14 p. 45, 15 si qui nostrum ad istam blasphemiam -um deducat. 14 p. 46, 16 licet convivere cum -is (praescr. 23, 10. *cf.* HIER. epist. 21, 3, 2 *al.*). pudic. 7 p. 231, 3; *opp.* Christiano (*ibid.* 13 p. 243, 17. anim. 55 p. 388, 11 discrimen -orum et Chr. *al.*). 13 p. 245, 22 -i et haeretici (19 p. 262, 18 *sq.* adv. Marc. 5, 19 p. 645, 19 philosophis, et h. et -is. CYPR. sent. episc. 37 p. 450, 5 h. scimus esse peiores quam -os. HIER. in Abd. 13/14 p. 1110[A] [*opp.*]. *al.*). 19 p. 262, 30; *opp.* fidelibus (55 p. 388, 30 CASSIAN. conl. 16, 17, 3). praescr. 26, 6 non Iudaeorum vim, non -orum (MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 2 et I. ... et -i. HIER. epist. 21, 39, 1 in -i persona ... et I. *al.*). adv. Marc. 4, 11 p. 449, 11 si ... male valentes voluit intellegi -os et publicanos (*ad* VVLG. Matth. 18, 17 sit tibi ut -us et p.; *cf.* CYPR. epist. 69, 1 p. 750, 16 *sqq.* HIER. epist. 125, 19, 6 *al.* EPIST. pontif. 388 [Conc.[S] I 2 p. 94, 32]. *al.*). ITALA apoc. 17, 15 (Cypr. epist. 63, 12 p. 711, 10) populi et turba et gentes -orum (ἔθνη. VVLG. gentes). HERM. vulg. mand. 11 tamquam -i ([ὡς καὶ τὰ ἔθνη. *Pal. 11, 4* sicut et gentes]. BARNAB. 16, 2 [ὡς τὰ ἔθνη]). *al.* IREN. 1, 6, 3 in omnem diem festum -orum (τῶν ἐθνῶν). *saepius.* NOVATIAN. cib. Iud. 3 p. 958[A] immundi (*coniung.* Iudaei, haeretici. *sic* [*vel opp.*]: LVCIF. non conv. 5 p. 12, 7 HIER. in Abd. 10 p. 1108[A] epist. 55, 3, 3 *al.*). LVCIF. reg. apost. 7 p. 51, 32 *al.* HIER. chron. a. Abr. 2047 p. 256 F. in aliis -orum commentariis. epist. 17, 2, 1 pacem ... discat ab -o (*antea syn.* gentili poeta). in Gal. 3, 27 p. 369[B] Ἕλλην et Graecum et -um utrumque significat. in Matth. 27, 13 p. 206[A] -us ... est, qui condemnat Iesum. *al.* VVLG. Matth. 5, 47. 6, 7 RVFIN. apol. 1, 42 p. 581[A]. ORIENT. carm. app. 4, 56 et nos a faece ⟨hac⟩ -orum emersimus. *et al.* **b ethnica,** -ae *f.* (*cf. p. 923, 57*): *i. q. femina pagana*: HIER. epist. 39, 3, 7 -ae comparatione superaris (*sc. mulier Christiana*).

adv. **ethnicē.** *i. q. more pagano, gentiliter* (*cf. vol. VI 2, 1872, 58 sqq.*): TERT. pudic. 9 p. 236, 30 substantiam ... prodigit -e vivens.

ēthologia, -ae *f.*, ἠθολογία. *acc. sg.* -an: *l. 30* [*corr. ex* ethio-: *l. 38.*] *t. t. rhet. i. q. descriptio vel potius expressio morum alicuius personae affectuumque* (*v. def. l. 30; cf. l. 35*): SEN. epist. 95, 65 descriptionem cuiusque virtutis ... Posidonius -an vocat, quidam characterismon appellant, signa cuiusque virtutis ac vitii et notas reddentem. QVINT. inst. 1, 9, 3 sententiae quoque et chriae et -ae ... apud grammaticos scribantur, ... quorum omnium similis est ratio, forma diversa, quia sententia universalis est vox, -a personis continetur. SVET. gramm. p. 104, 3 posteriores *grammaticos* ... vel retinuisse vel instituisse ... quaedam genera institutionum ad eloquentiam praeparandam, ut problemata paraphrasis oblocutiones -as (*Beroaldus*, ethiologias *sim. codd.*) atque alia hoc genus. CHAR. gramm. p. 372, 25 B. per -am (*i. schema dianoeas*).

ēthologus, -ī *m.*, ἠθολόγος. *scribitur* he-: *l. 45.* *i. q. mimus corporis gestu imitationeque mores hominum exprimens et effingens*: CIC. de orat. 2, 242 ita est ... ridiculum, ut cautissime tractandum sit, mimorum est enim ⌊et⌋ (⌊ ⌋ *om. pars codd.*) -orum, si nimia est imitatio (2, 244 vitanda est mimorum ⌊et⌋ [*v. l. 43*] -orum similitudo). CIL VI 10129 d. m. Dionysio Aug. n. vernae hethologo.

ēthopoeia, -ae *f.*, ἠθοποιία. *acc.* -an: *l. 53.* [*vox gr.*: RVT. LVP. 1, 21 p. 12, 5. PS. IVL. RVF. schem. dian. 13 p. 62, 23 -α est alienarum affectuum qualiumlibet dictorumque imitatio non sine reprehensione. Latine dicitur figuratio vel expressio. SVLP. VICT. rhet. 19 p. 323, 7 DON. Ter. Hec. 148 Eun. prol. 15 Ad. 308.] *def.* (*v. l. 47 sqq.*): EMPOR. rhet. p. 561, 5 a nonnullis haec materia (*i. adlocutio*) -a nominatur, quod ethos, id est adfectum dicentis effingat. ISID. orig. 2, 14, 1 -an ... illam vocamus, in qua hominis personam fingimus pro exprimendis affectibus, aetatis studii *eqs.* 2, 21, 32 -a est, cum sermonem ex aliena persona inducimus. *v. et l. 80. p. 922, 79.* *i. q. sententiae figura quaedam, sc. figuratio vel expressio* (*v. l. 49*), *qua vita et mores alicuius describuntur imitationeque inducuntur* (*cf. def. l. 50 sqq.*): EMPOR. rhet. p. 561, 1 de -a (*tit. libri*). p. 562, 26. EVGRAPH. Ter. Phorm. 649 (*add. rec. α*) per -am (aethopeiam *codd.*) oratio inducitur Phormionis *eqs.* CASSIOD. in psalm. 15, 1 p. 112[C] haec figura dicitur -a, quoties datur locutio certae personae. 24 div. p. 176[C] 70 div. p. 495[C].

ēthopoeiacus, (-a, -um). *ab* ethopoeia. *i. q. mores describens sive effingens*: FIRM. err. 8, 4 p. 25, 1 haec ... -o mi sermone dixisse sufficiat.

1. ēthos *n.*, ἦθος. *abl. pl.* ethesin: VARRO *l. 75* (*cf. et l. 71; acc. pl.* -e); *praeterea nonnisi* -os *sg. nom. aut acc.* [*vox gr.*: VARRO ling. frg. 60 (= Char. gramm. p. 315, 3 B.) ἤθη ... nullis ali⟨is⟩ servare convenit ... quam Titinio Terentio Att⟨a⟩e, πάθη vero *eqs.* CIC. fat. 1 ad mores, quod ἦθος illi vocant. PLIN. nat. 35, 98 (ethe *Rd*, hethe *B*, ethae V^1; *gr. ed.*). DON. Ter. *v. ind. Mountford-Schultz.*]

i. q. mos, indoles moralis, animi motus sim. (*fere i. q. res ethica sc. in philosophia morum*: *l. 84*; *opp.* pathos: *l. 76. 81. 83*; *cf. l. 80; opp.* logicum: *l. 84*): VARRO Men. 399 in argumentis Caecilius poscit palmam, in -esin Terentius, in sermonibus Plautus. IVL. VICT. rhet. 22 p. 439, 22 -s et pathos prae oculis habendum. -s autem est habitus quidam mentis et morum perpetuus tenor, ut iracundus, avarus, pius, rusticus, vel lenis vel timidus ... vel senex vel adulescens et cetera. EMPOR. rhet. p. 561, 5 *v. l. 51.* p. 562, 10 est sane praeter -s (ethopoeiam *coni. Volkmann*) et pathopoeia *eqs.* p. 562, 19 -s personam sequitur, pathos causam. SERV. Aen. 3, 718 singulis *libris* res singulas dedit poeta, ut primo omina, secundo pathos, tertio errores, quarto -s *eqs.* SIDON. carm. 15, 101 *Plato* primus et unus physica vel logico, logicum vel iungit ad -s (*cf. l. 73*).

[*K.-M.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[**2. ethos** (?) sinus gremium GLOSS. V 499, 8 (*'an ἕδος? cf.* GLOSS. IV 391, 49 sinus: gremium, sedile'. *Niedermann*).]

PS. APVL. herb. 51, 9 H.-S. *herba politricum* a Graecis dicitur adianton ... alii pterion, Aegyptii **ethuc** (*Ps. Diosc. Vind. 4, 134 p. 279, 15 ἐπνέῳ*).

ethynus *v. p. 45, 29 sqq.* *K.-M.*

2 *i. q.* '*vaporatio*', *fomentatio* (*t. t. med.*): CAEL. AVR. chron. 1, 4, 90 spongiae -bus ... *epilepticos* recuramus. *v. p. 1002, 81.*

ēvapōrātīvus, -a, (-um). *ab* evaporatus. CAEL. AVR. acut. 3, 8, 93 cum sit -ae virtutis paroptesis (*i.* '*evaporationi submissa*'), tetanos ... mitigatione indigeat ob celeritatem sui.

ēvapōro, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* vapor (*cf.* vaporo). exvap-: TERT. *infra l. 35.* GLOSS. V 618, 50 *v. p. 214, 66 sq.* *legitur inde a* GELL. (*ex Aristot.*); *aliter subst.* evaporatio (*v. p. 1001, 51*). *e re med. praecipue sumpsisse eccl. multi loci probant* (*v. e. g. infra l. 33. 40. 52. 65. 68*). [*l. v.* vap-: SOL. *infra l. 63.* AMBR. *infra l. 58.* *in sent. lacunosa, ut vid.*: FIRM. math. 3, 1, 16 p. 96, 5 (*lac. stat. Skutsch; desideratur obi. ad* -at; *cf. infra l. 25*). *dub. interpr.*: VEG. mulom. 1, 56, 31 (*i.* '*-tas reddere*', '*exsiccare*' *sc. ungulas?*).] [*it. sept.* vorá. *M.-L.*]

1 *praep.* ex *vigente*: **a** *i. q. foras dare vaporando*: *α servata vi* '*vaporandi*' *i. q. exhalare, exsudare sim.*: (I) *transitive* (*obi. subaud. l. 23*): GELL. 19, 5, 7 (= *Aristot. frg. 214*) id ... in ea (*aqua*) levissimum est, quod -atur (19, 5, 8 aliquantum quod est salubrius difflari atque -ari *eqs. cf. gr. ibid. 9* [*Arist.* ἐξατμίζει. *v. p. 1001, 64*]). FIRM. math. 6, 31, 38 p. 159, 4 corpora ... *sub Capricorno natorum* hircini odoris tristem illuviem desudatis ... humoribus -ant (-ta *Γ*). ORIBAS. syn. 5, 29 p. 67 qui frequenter non aegrotat, ... habet ... poros apertus, per quos -atur humana natura (*Aa; gr. p. 225, 10 aliter*). ISID. nat. 40, 1 p. 69, 4 meatus ventorum veluti mundi nares (*cf. l. 27*), per quas ... anhelitus ... nunc -ante spiritu efflent maria, nunc retrahente spiritu reducant (*vix intr.; v. l. 28*). (II) *intrans.*: *?* FIRM. math. 3, 1, 16 *v. supra l. 9.* CET. FAV. 4 p. 266, 14 putei fodiantur et per structuram foramina quasi nares (*v. supra l. 23*) ... in puteum demittantur, qua nocivus spiritus -et (*item* PALLAD. 9, 9, 2 nocens sp. [*aliter Vitr. 8, 6, 12 sq.*]. *v. et l. 24*).

β vaporandi notione plus minus debilitata sublatave significat actionem quamlibet edendi, proferendi: (I) *proprie et in imag.* (*corporaliter*); *praeter l. 36 t. t. med.*: *transit., i. q. effundere, egerere sim.*: TERT. pall. 5 p. 954 Oe. has purulentias (*i. prodigos, nepotes sim. velut Apicium*) civitatis quis eliciet et exvaporabit (*trad.*; exsuppur- *inde a Salmasio edd.*), ni sermo palliatus? CHALC. comm. 244 p. 278, 23 (*de videndo*) si ... maior erit color, qui ex corporibus (*sc. quae videntur*) -atur, quam *eqs.* *intr., fere i. q. emanare*: CHIRON 664 p. 210, 12 itineris cottidiani beneficio his sanguis ungulis digeritur et -at per ungulas et findeat eas. NICET. virg. laps. 1 p. 112, 9 (*in alleg.*) ulcus tumidum ... cum fuerit apertum, -ans praestat refrigerium passionis (*cf. l. 8* digeras scelus). ALEX. TRALL. 1, 109 fiunt ... anfraxes de ... pinguibus humoribus non habentibus *qua* -ent vel exeant (*gr. II p. 71 P.* οὐκ ἔχοντας διέξοδον). (II) *translate c. respectu incorporalium rerum*: (a) *trans. i. q. egerere, proferre* (*fere sic ut id quod edatur, tollatur et amoveatur [hic usus haud longe abest ab eo, quem habes s. b α (II), infra l. 70 sqq.]*. *de loquendo* [*acced.* in]: *l. 55; cf.* eructare *et v. p. 1001, 79*): PAVL. NOL. epist. 13, 10 p. 91, 18 *scriptura divina* producere nos lacrimas quasi -ando dolore permittit (*v. l. 74*). CASSIAN. inst. 2, 10, 1 ea quae ... mens in semet ipsa non praevalet continere, per ... gemitum ex intimis pectoris sui conclavibus -are conatur. 8, 19, 2 *perturbationem mentis* digerere atque -are. 10, 25 ingruentes aestus *adversarii* (*sc. acediae*). *additur* 'in' (*cf. l. 47; v. et l. 56*): PETR. CHRYS. serm. 57 p. 357^{B} quod mentis contemplatur affectu *homo*, ore depromere, effundere labiis ... et in totum non sufficit -are sermonem. (b) *intr.*, *acced.* in (*cf. l. 54*): *fere i. q. emanare, erumpere*: AMBR. fug. 9, 53 pulchre eam (*sc. animam*) effudit Susanna, ut -are (vap- *C*) in eam non possent corporis incendia, mortis formidines *eqs.*

b *quasi foras vaporando minuere, infringere, exstinguere*: *α intr.*, *fere i. q. deficere, decrescere sim.*: (I) *corporaliter*: SOL. 2, 54 calor *Aquarum Sextiarum* olim acrior exhalatus per tempora -vit (*I*, vap- *II*) nec iam par est famae prioris. PELAGON. 219 usque cum fervor tumoris *gambae* -et ([*Hippiatr. gr. I 235, 22* ἄχρις οὗ ἡ φλεγμονὴ καταμαρανθῇ]. *cf. in alleg.*: PETR. CHRYS. serm. 167 p. 638^{B} adhibeantur suspiriorum ... fomenta, tumentis conscientiae fervor -et). AMBR. in psalm. 37, 57, 1 p. 181, 20 (*in imag.*) ut febres, cum in alto sunt, non queunt mitigari, cum foras erumpunt, spem afferunt desinendi, ita peccatorum morbus, dum tegitur, inardescit, si confessionibus proditur, -at. (II) *incorporaliter* (*de rebus; de re personata quasi pro homine sumpta l. 75. cf. et l. 46*): AMBR. exc. Sat. 1, 74 p. 1313^{B} quibus (*fletibus, lacrimis*) restinguitur ardor animi et quasi relaxatus -at affectus. obit. Valent. 41 p. 1372 gravis lacrimis -at dolor (*v. l. 49*). in psalm. 118 serm. 11, 24, 2 p. 249, 7 *hostis domesticus* (*i. carnis cupidines sim.; v. l. 71*) inflammatur vino ... spe alitur, ... inlecebris exuritur, non -at effectu, timore turbatur *eqs.* *β transit., i. q frangere*: TERT. scorp. 5 p. 155, 8 mortem morte dissolvere .. tormentis tormenta discutere, supplicia suppliciis -are, vitam auferendo conferre *eqs.*

2 *c. vi simpl.* '*vaporare*': *i. q. calidum reddere* (*cf.* 'vaporare' *et v. syn.*): CAEL. AVR. acut. 3, 3, 15 erunt ... calefacienda *cataplasmata*, quo tardius maneant -ta (*i.* '*diutius calida*'; *ad hunc usum v. q. e.* 'tardius' *cf. chron. 4, 3, 28*). *cf. p. 1001, 83.* *K.-M.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ēvāsio, -ōnis *f.* *ab* evadere. *i. q. fuga, salus per fugam parta*: ITALA II Petr. 1, 4 (Ps. Aug. spec. 90 p. 607, 5) post -em; ἀποφυγόντες, VVLG. fugientes (*inde* PRISCILL. tract. 10, 124 p. 92, 9). VVLG. Iudith 13, 20 in -e mea et in liberatione vestra. ORIG. in Matth. 18, 100 p. 1751^A ipse ei fieret causa -is. *Leumann.*

ēvāsto, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* vastare. -arunt: *infra l. 23. 28.* -asset: *infra l. 31.* NOT. Tir. 82, 85 (*post* vastus, vastuosus; *ante* devastat). GLOSS. II 292, 26 ἐκπορθῶ depopulo, devasto, ... -o, pervasto. *vox fere* LIVII (*praeterea* SIL. *bis,* VOPISC. *semel*). [*l. v.*: vast-: *infra l. 16. 18. 23.* populari: *infra l. 21.*]

i. q. plane vastare, devastare, depopulari (*fere i. q. simpl. vastare* [*acced.* graviter]: *infra l. 25.* *syn. aut coniunct.*: populati *infra l. 28*; proculcatis *infra l. 26*; vexata *infra l. 20*; uratur *infra l. 20*): 1 *regiones, territoria, urbes sim.*: LIV. 5, 5, 2 agrum non coluit et culta -ta (vast- *M²V*) sunt bello. 8, 37, 6 ager Apulus Samniumque -tum (34, 28, 12 vallem Taygeto subiectam agrosque ad mare pertinentes [37, 19, 7; vast- *l. v. cf.* SIL. 12, 528 Allifanus ... ager nymphisque habitata Casinis rura -antur. 15, 185 -anda ... tellus]. 28, 44, 14 requiescat ... vexata tam diu Italia, uratur -eturque [populetur- *Σ*] in vicem Africa [44, 46, 2 Sinticen]). 10, 15, 3 consulares exercitus diversis vagati partibus omnia ... -arunt (35, 4, 3 postquam o. ferro ignique satis -ta [*M*, vast- *B*] erant. 36, 16, 4 circa Hypatam [VOPISC. Aurelian. 18, 3 Mediolanum graviter]. *cf. et l. 26*). 28, 5, 15 segetibus ... maxime in sinu Aenianum -tis (*cf.* frg. 22, 68 W. -tis omnibus [*v. l. 22*] proculcatisque s.). 32, 13, 9 oppida (*cf.* 32, 33, 14 plures ... urbes in Thessalia. 40, 22, 11 villas ... quosdam ... vicos -arunt [*antea* populati]). 32, 13, 10 proximis (*sc. locis*) ... -tis (32, 18, 2 in -tis belli cladibus locis. *cf.* 33, 19, 1 superiora Macedoniae). 32, 33, 5 Nicephorium Venerisque templum, quae spoliasset -assetque.

2 *populos*: LIV. 42, 40, 8 Dolopes a te ipso -ti sunt (*cf. vol. V 1, 847, 36 sqq.*). *K.-M.*

euax *interiectio.* *de origine v. Walde-Hofmann, Et. Wb.* euhax: PLAVT. Bacch. 725 (*B*). *de notione*: VARRO ling. 7, 93 (*citatur Plaut. Men. 127; v. infra l. 54*) -x verbum ni[c]hil significat, sed effutitum naturaliter est. DIOM. gramm. I 419, 5 exultantem significat, ut -x ([MAR.] VICTORIN. gramm. VI 204, 22. *cf.* PRISC. gramm. III 90, 15 habent ... *interiectiones* diversas significationes: gaudii ut -x. DOSITH. gramm. VII 424, 7 laetitiam significamus, ut va -x [Ps. ASPER gramm. suppl. 61, 16. *sim.* GRAMM. suppl. 265, 30]). GLOSS. εὖγε. *de accentu*: PRISC. gramm. III 528, 35 *interiectio* in fine et in medio acuetur, ut papaé éuax. GRAMM. suppl. 218, 19 (*ex Don.*) in interiectionibus ... nulli certi sunt accentus; aut enim dicas -x acuto paenultimo vel -x ultimo acuto, idem est. *inter* voces interiectionum primitivas *enumeratur ap.* PRISC. gramm. III 91, 27.

interiectio laetantis, exsultantis (*v. Hofmann, Lat. Umgangsspr. p. 27; Hand, Tursell. II p. 610*): ENN. ann. 168 -x, aquast aspersa Latinis ([-x *om. N Charisii, addidit C, v. adn. crit.*]. PLAVT. Bacch. 247 venitne *Mnesilochus*? :: venit. :: -x, aspersisti aquam). PLAVT. Bacch. 725 intro inspice. :: -x, nimis bellus atque ut esse maxume optabam locus (bellust *Ritschl*; bellum ... locum *Studemund*). Cas. 835 iamne abscessit uxor? :: domist, ne time. :: -x, nunc pol demum ego sum liber. Curc. 98. Men. 127 -x, iurgio hercle tandem uxorem abegi ab ianua. *Burckhardt.*

[**eubo** (eo- *a*) oleo GLOSS. IV 514, 50 (GLOSS. Scal. V 598, 19 ['elibo' *i.* '*olivo*' *sublatere recte suspic. Heraeus in plag.; cf. Gloss. IV 132, 12 et v. s.* olivum]).]

euboicē, eubois *v. Onom.* Euboea. ?**euca** *v.* euga.

[**eucaeria** (εὐκαιρία) *vox gr.* CIC. fin. 3, 45. off. 1, 142 (eucer- *ZL*, eucher- *cp*).]

VVLG. Sirach 6, 5 verbum dulce multiplicat amicos ... et lingua **eucharis** (*i.* εὔχαρις) in bono homine abundat ([γλῶσσα εὔλαλος, *cod. Tolet.*: gratiosa]. *inde* Ps. AVG. serm. 186, 2 p. 2095^init. quando l. -is laudes decantavit potentiae caelestis). *v. Onom.*

×eucharistia, -ae *f.*, εὐχαριστία. *scribitur*: (h)euc-: HIER. epist. 71, 6, 2 *B*. AVG. c. Fort. 3 p. 85, 9 *S*. FEL. Aug. c. Fel. 19 p. 825, 10 *P*. -isth-: TERT. adv. Marc. 4, 34 p. 534, 16 *M*. -ea: CYPR. testim. 3 cap. 26 p. 103, 7 *A*. *acc. gr.* -an: ISID. *infra l. 78.* *plur.*: *infra l. 79 (not. 1 a).* *de notione*: *de diff. inter usum gr. et lat. intercedente cf.* HIER. in Eph. 5, 3/4 p. 520^C (*ad Eph. 5, 4* εὐχαριστία *i.* 'gratiarum actio' [*sic* VVLG.]) quia non est consuetudinis inter doctos quosque ... Graecos εὐχαριστίαν ad distinctionem '-ae' (*i.* '*communionis*', *v. p. 1004, 14*) dicere, hoc est 'gratiosum esse' *eqs.* (*at cf. p. 1004, 4*). EVCHER. instr. 2 p. 160, 17 chrisma unctio. -a gratia (GLOSS.^L I Ansil. EV 42 III Abstr. EV 1. *cf. p. 1004, 50*). ISID. orig. 6, 19, 38 cuius panis et calicis sacramentum Graeci -an dicunt, quod Latine 'bona gratia' interpretatur (*cf.* GLOSS. II praef. p. XIV). GLOSS. V 558, 30 -as gratiarum actiones (*v. p. 1004, 4*).

t. t. christ. ad sacramentum in missa confectum pertinens (*cf.* Ps. AVG. quaest. test. I 109, 18 p. 266, 10 [*ad gen. 14, 18 sq.* 'protulit panes et vinum' *eqs.*] *Melchisedec* mysterium ... ostendit, dum Abrahae ... quasi patri fidelium tradidit [*v. p. 1004, 41*] -am et corporis et sanguinis domini [*i. fere* '*oblationem consecratam*'; *v. 2 b, infra l. 62*]. *de vario vocis usu cf. Schermann, Philolog. 69, 1910, 375 sqq., inprimis 408 sq.; Drews, Zschr. f. prakt. Theol. 20, 1898, 97 sqq. et RE prot. Theol. 5, 560, 35 sqq.*): **1** *proprie*: **a** *strictiore sensu*: *i. q. oratio, benedictio qua gratiae aguntur* (*sc. singularum rerum ad sacram cenam pertinentium [cf. usum vocis gr. et* εὐλογία *l. 12]. v. et* GLOSS. *p. 1003, 79*): TERT. orat. 24 p. 197, 12 (*cf. act. 27, 35* λαβὼν ἄρτον εὐχαρίστησεν κτλ., *Vulg.* gratias egit deo) a Paulo (*v. app. crit.*), qui in navi coram omnibus -am fecit (*cf.* IREN. 1, 13, 2 *Marcus* magus ... calicem ... maiorem quam est ille, in quo ... *mulier* seducta -am facit [εὐχαρίστησε], proferens et transfundens a minori, qui est a muliere -ae [*Arund.*, -a *l. v.*] factus *eqs.* [τοῦ ... ηὐχαριστημένον. *cf. I Cor. 10, 16* τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας]. *aliter l. 61. 66*).

b *laxiore usu*: *i. q. communio (syn. infra l. 56), mensa dominica* (*saepe sensu mere concreto de ipso pane consecrato [i. 'eulogia'; inde de pane circummisso: infra l. 57; v. s.* eulogia]: *v. e. g. infra l. 20 sqq. 32. 44. 46 sq. 50. de haereticorum sacramentis infra l. 51 sqq.*): α *loci potiores*: *definitur, circumscribitur per* 'corpus domini (dominicum)' *sim.*: TERT. orat. 19 p. 192, 8 quod statio solvenda sit accepto corpore domini. ergo devotum deo obsequium -a resolvit an ... obligat? (*l. 9.* accepto corpore d.). pudic. 9 p. 238, 6 opimitate dominici corporis vescitur, -a scilicet (*cf.* CYPR. epist. 15, 1 p. 514, 12 -am ... id est sanctum domini c. [Ps. ORIG. tract. 5 p. 55, 7 c. domini, id est -am]). IREN. 5, 2, 3 quando ... et mixtus calix et factus panis percipit verbum dei et fit -a sanguinis et corporis Christi. CYPR. epist. 58, 9 p. 665, 2 -ae memor *dextera* quae domini corpus accipit (*v. infra l. 33*). Ps. CYPR. spect. 5 p. 8, 12 (*syn.* Christi sanctum corpus). β *exempla generalia* (*cf. Drews, Zschr. prakt. Theol. 20, 1898, 99 sqq., ubi plura*): TERT. pudic. 18 p. 260, 6 'ne cibum quidem sumere' (*I Cor. 5, 9*), nedum -am ([AVG. epist. 54, 7 p. 166, 11. GREG. TVR. Franc. 10, 8 p. 414, 24 sume tibi -ae particulam atque impone ori tuo; *v. l. 49*]. *cf.* CYPR. testim. 3, 26^tit. p. 141, 1 -am accipere [domin. orat. 18 p. 280, 11 -am ... *Christi* cottidie ad cibum salutis. *al.* AVG. epist. 44, 10 p. 118, 9 c. Fort. 3 p. 85, 9 *al.* ACT. Petr. 2 p. 46, 17. *et al. v. et supra l. 27*]. ACT. Petr. 2 p. 46, 14 percipere. GENNAD. dogm. 22, 4 [J. Th. Stud.] 7, 1905, p. 94 -ae perceptione. AVG. epist. 54, 7 p. 166, 9 acceptionem [*antea*: dominicam cenam]). adv. Marc. 4, 34 p. 534, 16 sacramentum ... -ae (coron. 3 p. 421 Oe.). praescr. 36, 5. CYPR. epist. 16, 2 p. 519, 4 -a illis datur ([CANON. Dionys. Exig. p. 80, 7 St. *al.*]. *cf.* 16, 3 p. 519, 22 -am tradant [*v. p. 1003, 83*]). 57, 2 p. 652, 3 protectione sanguinis et corporis Christi muniamus et cum ad hoc fiat -a, ut *eqs. al.* OPTAT. 2, 19 p. 53, 21 *episcopi* iusserunt -am canibus fundi (*sim.* 2, 21 p. 59, 9). AMBROSIAST. in I Cor. 11, 23—25 p. 242^D mysterium -ae (Ps. AVG. quaest. test. I 95, 3 p. 169, 2 *al.*). HIER. in Abd. 7 p. 1106^C panem -ae (*cf.* AVG. serm. 57, 7, 7 -a panis noster quotidianus est). c. Lucif. 3 p. 157^B -am ministrare populo. *al.* AVG. c. Iul. op. imperf. 3, 162 p. 1315^p. med. matrem ... id effecisse (*sc. ut filii oculi clausi aperirentur*) imposito ex -a cataplasmate (*v. l. 32*). *al.* CASSIAN. c. Nest. 6, 6, 1 ad -ae gratiam (*v. p. 1003, 76*). PROSP. chron. I p. 430, 686 (*CAL*) quasi -am ... conficere *de sanguine infantuli* (*cf. de Ophitis*: PRAEDEST. 1, 17 p. 592^C habent ... colubrum assuetum eorum panes ... lambere atque ita ex se velut -am sanctificare [*cf. supra l. 17 et v. infra l. 73*]). VEN. FORT. carm. 10, 1 (expos. orat.), 55 p. 228, 14 si ad -am tardi accedamus (*antea*: communionem). ACT. Petr. 5 p. 51, 8 -am ... communico ei. *et al.* *nota* (*v. supra l. 16*): IREN. Rufin. hist. 5, 24, 15 p. 497, 8 presbyteris ... -am sollemniter transmittebant (*gr.* ἔπεμπον εὐχαριστίαν).

2 *metonymice*: **a** *abstracte, fere i. q. sacrificium*: CYPR. sent. episc. 1 p. 437, 7 illud malum, ut antistes diaboli audeat -am facere (*cf. Watson, style and lang. p. 266*). *v. et l. 67* (*aliter supra l. 8*). **b** *sensu concreto de re qualibet consecrata, fere i. q. oblatio sanctificata* (*cf. et p. 1003, 84*): CYPR. epist. 70, 2 p. 768, 15 -a est, unde baptizati unguntur, oleum in altari sanctificatum (*ibid. l.* 19 quando constet oleum sanctificari et -am fieri [*aliter supra l. 8*] apud ... *haereticos* omnino non posse [*cf. Drews, Zschr. prakt. Theol. 20, 1898, 100; ad a, l. 60 refert Watson l. c.*]). AVG. serm. coll. Morin 3, 3 p. 19, 25 hoc (*sc. verba domini in cena sancta adhibita*; *cf. Matth. 26, 26 sqq.*) in evangelio vel legebatis vel audiebatis, *neophyti*, sed hanc -am esse filium nesciebatis (*v. Moormann, altchristl. Sonderspr. p. 113*).

?**eucharistĭa**, (-ōrum) *n.* *ab* *εὐχαριστεῖα. *i. q. res in sacra cena oblatae*: Ps. TERT. haer. 2 p. 216, 12 istum (*sc. serpentem*) introducunt *Ophitae* ad benedicenda -a sua (*ad rem cf. supra l. 52. an* -ica?, *sic ed. Pamelii; cf. p. 1005, 2*).

eucharisticē *v. l. 84. p. 1005, 1.*

eucharisticon, εὐχαριστικόν (*masc.* -os?, *v. l. 81*). -ē *adv.* (*sc. quasi ab* -us *formatum*): *l. 84* (*cf. et f.* -ē *sc.* '*ode*' *p. 1005, 1*). *i. q. grates agens* (*de carmine*): PAVL. PELL. praef. p. 289, 17 *ut dei* gratia concessa mihi tempora recensendo -on ipsi opusculum ... contexerem (*cf. tit. carm.*: εὐχαριστικός [*sic B, sc.* λόγος?, -όν *P*; *cf. Brandes, praef. edit. p. 276 adn. 1*] deo *eqs. v. p. 657, 55 sqq.*). [*cf. tit. carm. ad* STAT. silv. 4, 2 -on ad Imp. ... Domitianum.] SCHOL. Hor. carm. 1, 10^tit. (app. gloss.) **eucharisticē** id est glorificative (*v,*
[*K.-M.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

v. p. 1004, 77). [HOR. carm. 1, 36 *inscr.* -e (*sc. ode, v. p. 1004, 78*) ad Numidam amicum (*vel sim.*).] *cf. et p. 1004, 75.*

INSCR. Dessau 4262 invicto d. Navarze Terentius Priscus p. f. (?) **eucheta** (*i.* εὐχέτης, *abl.?; an* εὐχητά *i.* '*vota*' ?) curante et sacratis d. d. c. b. (*i.* d(onum) d(edit) c(ompos) b(oti)?).

eu⟨ch⟩ochous (euxo- *trad.*) orationem fundens (*i.* εὐχοχόος) GLOSS.[L] II Abav. EV 22.

euc(h)ȳlus, -um, εὔχυλος. *trad.* escy- (*i.* efcy-). *i. q. bonum sucum vel saporem habens* (*v.* euchymus): DIOSC. 1, 119 (*de malogranato*) omne sucu(m) eustomachum habet et escylu et atrofu (*gr. 1, 110* ῥόα πᾶσα εὔχυλος, εὐστόμαχος, ἄτροφος). [*vox gr.*: CELS. 2, 19, 1.] *cf. et l. 21 sq.*

euc(h)ȳmia, -ae *f.*, εὐχυμία. *i. q. bonus sucus* (*opp.* cacocymos *l. 15*): ORIBAS. syn. 4, 15 p. 16 leporina ... caro ... melior est ... in -cymia quam bovina et berbicina cacocymos (*La*: ad bonos sucus faciendum; *gr. p. 166, 27* εἰς εὐχυμίαν).

euc(h)ȳmos, -on *et* -us, -a, -um, εὔχυμος. -cim-, -cym-: PLIN. VAL. *l. 24*; ORIBAS. *ubique.* euxim- (eupin-): CASS. FEL. *l. 26. superl. gr.*: -otata: *l. 27.* [PLIN. nat. 25, 51 *v. p. 558, 54 sqq.* VINDIC. epist. ad Pentad. p. 488, 10 (*ci. Rose*; eus hum-, seu summ-, eusomus *sim. trad.*) *v. s.* 1. eusomus.] *i. q. bono suco praeditus* (*cf.* euchylus. *opp.* cacochymus: *l. 30*). *de edulibus, potionibus, i. q. saporus*): PHILVM. med. 4 p. 147, 16 cibos ... -os et digestibiles et substipticos (PLIN. VAL. 5, 3 c. -cimus et qui vapores prohibeat. ORIBAS. syn. 8, 21 p. 231 [*deest La et gr.*]). CASS. FEL. 29 p. 50, 5 est ... bonus humor lac quod Graeci -on (euxim- *gp*, eupinō *c*) vocant (ORIBAS. eup. 2, 1 G 1 p. 472 *gala* est ... -cymotata [*Aa*; *La*: bonus ... sucus faciens; *gr. p. 606, 23* γάλα τὸ εὐχυμότατον]). ORIBAS. syn. 4, 14[tit.] p. 13. 4, 14 *pisces* omnes -i sunt. *ibid.* p. 15. *ibid.* (*opp.* cacocyma). 8, 21 p. 231 -a sunt et brassica ... et lenticla (*gr. ubique* εὔχυμος).

[**euclia** *v.* euplia.]

PLIN. nat. 34, 82 Strongylion *fecit* Amazonem, quam ab excellentia crurum **eucnēmon** (*i.* εὔκνημον) appellant, ob id in comitatu Neronis ... circumlatam.

[**eucticē** (*i.* εὐκτική. *sc.* '*ode*') *hic illic inscr.* HOR. carm. (*e. g.* 1, 30; *trad. fere* eut-).]

eucym- *v.* euchym-.

eudaemōn, -onis, εὐδαίμων. -de-: *l. 46 bis. 47. 48. 51. 52. 55.* -ón: *l. 45.* [*ex certa coni.*: *l. 49. 50.*] *i. q. beatus*:

1 *de externa condicione*: *t. t. geogr. ad significandam unam ex tribus illis Arabiae partibus regionem fertilitate insignem esse creditam* (*de ipsis incolis*: *v. l. 49. cf. vol. II 390, 82 sqq.* [*ubi seqq. addas*]; *1918, 43 sqq. et v. vol. VI 1, 436, 46 sqq.*): R. GEST. div. Aug. 5, 20 in Arabiam, quae appellatur -ón. SOL. 33, 5 -em (*sc. A*). DIVISIO orb. 21. COSMOGR. 2, 8 A. -demon. SERV. Aen. 1, 416 (-de-). OROS. hist. 1, 2, 21 (-de- *plerique codd.*). LIB. gener. chron. I p. 106, 195, 11 (-de-; *Chron. Alex. ibid. 164, 11* famosa). *v. et l. 52 sq. de Arabum gente*: CAPITOL. Opil. 12, 6 contra Arabas, quos -es (ente-, ento- *trad.*) vocant. VOPISC. Aurelian. 33, 4 Arabes -es (eundem omnes *PΣ*). LIB. gener. chron. I p. 108, 201 A. -demones: hoc enim nomine appellantur Arabia -demones (*v. l. 48. Chron. Alex. ibid. 172* famosi, famosa).

2 *de statu animi* (*acced. per veriloquium vox q. e.* daemon, *l. 56 sqq.*): APVL. Socr. 15 p. 150 arbitrantur ... -es (-de- *trad.*; *gr. ed. Ald., al.*) dici beatos, quorum daemon bonus id est animus virtute perfectus est (*cf.* AVG. civ. 9, 11 p. 382, 27 D. appellari Graece beatos -es [*gr. edd.*], quod boni sint animi, hoc est ... daemones. 9, 13 p. 385, 28 sq. si ... beati recte dicuntur -es, non sunt -es daemones *eqs.*). *adde*: CIL VI 29082 (*in lap., cuius dextra pars nunc deest*) Q. Vitellius Vi⟨telliae⟩ L. Dolichus et ⟨Nicephor⟩ Vitelliae ... G⟨laphyrae⟩ coniugi sua⟨e, vixit⟩ suis carissim⟨a, -on⟩ (*satis dub.*; *pro adi. accipit Harrod, lat. terms of endearment ..., Princeton 1909, p. 43 sq.*). *v. Onom.*

PAVL. FEST. p. 78 **eudiaeon** (*i.* εὐδιαῖον) lineum filum, quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod κλυσμός emittitur.

CIL XIV 656 d. m. M. Aur. Felix M. Aur. Tatoni filio dulcissimo q(ui) vix(it) m(enses) XI ... **eudoxī,** eupsychi (*i.* εὐδόξει, εὐψύχει. *cf. sim. acclamat. l. 73 et v. Diehl, RhM. 62, 1907, 404*).

eudoxia (*i.* εὐδοξία) claritas GLOSS.[L] Corp. E 336. *cf.* GLOSS. II praef. p. XIV -doxa bona gloria, quia doxa gloria est). [*vox gr.*: CIC. fin. 3, 57.]

CIL V 5894 (*in latere dextro*) Constanti **eudromī** (*i.* εὐδρόμει. *item* [*sed sine nomine*] *in latere sinistro et bis in antica* [*v. l. 68 sq.*]).

eudūlia (-dol- *trad., i.* εὐδουλία) bonum servitium GLOSS.[L] Corp. E 346. *K.-M.*

*ēvectio,** -ōnis *f.* *ab* evehere. PAVL. FEST. p. 80 exagogen -em. GLOSS. elatio. vectatio (vexatio *codd.*). βασταγή. ἐκκομιδὴ πράγματος. ἐξαγωγή. κτηναγωγία. μεταγωγή. μετακομιδή. σύνθεμα. σύνθημα. *singulis locis ap.* CATONEM, PAVL. FEST., APVL., *increbrescit saeculo quarto* (COD. Theod., COD. Iust., NOT. dign., CASSIOD. var., *vide indd.* [CASSIOD. *ed. Traube p. 530*]). [*ex suppl.*: *p. 1006, 45. l. v.* vectat-: *p. 1006, 53.*]

1 *proprie i. q. transportatio per vehicula sim.*: **a** *sensu strictiore*: *proficiscentium cursu publico* (*de re v. Daremberg-Saglio II 1, 865 s. v.*; *Seeck, RE IV 1859—61*; *Hirschfeld, Verwaltungsbeamten 198—200*; *praeterea* COD. Theod. 8, 5 [*intra annos 326 et 401*] *et* COD. Iust. 12, 50 '*de cursu publico*'): **α** *facultas sive ius requirendi equos vel usurpandi cursum publicum, plerumque diploma ipsum usum cursus publici concedens* (*gr.* '*δίπλωμα*'): CATO or. frg. 2 p. 37, 14 nunquam ego -em datavi, quo amici mei per symbolos pecunias magnas caperent. OPTAT. app. 3 p. 206, 3 datā -e publicā (AVG. conf. 5, 13, 23 impertitā. CASSIOD. var. 11, 9, 5 accepistis. GREG. TVR. Franc. 9, 9 p. 365, 11). SYMM. epist. 7, 48. 7, 96, 2 annonarum et -um (*cf.* AVG. epist. 117 p. 664, 22). 7, 106. MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 65, 11 -em regiam non habentes. SVLP. SEV. chron. 2, 42, 2 datā -is copiā (COD. Theod. 8, 5, 32 *largiri*). COD. Theod. 6, 29, 2, 2 citra -is auctoritatem (*sim.* 8, 5, 27). 7, 12, 2. 8, 5, 8 pr. sine -e (8, 5, 57 CASSIOD. var. 5, 5, 2). 8, 5, 9 pr. 14 pr. plures quam -o continebit veredos (*ibid.* 14, 1. COD. Iust. 12, 50, 23 pr. *cf.* CASSIOD. var. 5, 2, 2 supra -um numerum). 8, 5, 22 -um seriem (*ibid. syn.* textui -is). 8, 5, 27 emensis -bus. 8, 5, 35, 1. 8, 5, 63 manifestis -bus. CASSIOD. var. 7, 4, 1 in -bus scribitur. COD. Iust. 12, 50, 3, 1. 12, 50, 23 pr. cum -e ... iudiciali. *praeterea acc.* -em, -es (Th. = COD. Theod.): accipere: SYMM. epist. 1, 21 Th. 8, 5, 56. concedere: CASSIOD. var. 12, 15, 6. consequi: COD. Iust. 12, 50, 22 pr. -es ... animalium. dare: Th. 8, 5, 12. 14, 2 VEN. FORT. vita Hil. 7, 21. deferre alicui: Th. 8, 5, 54. demonstrare: Th. 6, 29, 2, 3. destinare: CASSIOD. var. 6, 6, 4. emittere: NOT. dign. or. 2, 72 praefectus praetorio ... -es annuales (*sc. distribuendas*) non habet, sed ipse emittit (*i. facit, conscribit*). 3, 33. Th. 8, 5, 33 pr. facere (*t. t. i. q.* '*praebere, tribuere*', *non*: *cursu publico iter facere*): Th. 8, 5, 5. 9 pr. -es birotum. 12 *ter.* 13. 19. 29. 33 pr. 38. 40. 43. 52. 56. 57. 61. *cf.* fieri: Th. 8, 5, 9, 1. impetrare: SYMM. epist. 4, 7, 7. 10. 5, 1. inspicere: Th. 6, 29, 2 pr. in -bus publici cursus inspiciendis, 6, 29, 8. 8, 5, 23, 3. 8, 5, 49. COD. Iust. 12, 49, 10, 1; *iuxta* subscribere. largiri: CASSIOD. var. 6, 3, 3. ordinare: GREG. TVR. Franc. 2, 25 p. 86, 36. ostendere: Th. 8, 5, 59. permittere: Th. 8, 5, 12 vicariis denas ... -es manu mea perscriptas. petere: HIER. vita Hilar. 22 p. 39[B]. postulare (*sc. ad inspiciendum*): Th. 8, 5, 8 pr. praebere: Th. 8, 5, 4 pr. 9, 1, 18 pr. praestare: SYMM. epist. 9, 22 COD. Iust. 12, 50, 23 pr. praesumere: Th. 8, 5, 55. prorogare: Th. 8, 5, 12. refundere (*i. recusare*): SIDON. epist. 5, 20, 2. sumere: Th. 8, 5, 32. tribuere: Th. 8, 5, 9, 1. 12, 12, 9, 1 redae cursualis unius. uti: Th. 8, 5, 44 utendae ... -is. **β** *inde fere i. q. equus*: COD. Theod. 8, 5, 41 -um contractūs. CONSTANT. vita Germ. 19 exigua -e (*i. cum paucis equis*). 20 amissio -is (*i. equi*). 44 (?). **γ** *i. q. cursus publicus*: COD. Theod. 8, 5, 3 (*a. 326*) militari via ..., ubi -o non erit.

b *sensu latiore* (*cf.* INSCR. Afr. Gsell I 4012[19] [*Madaur.*] *statuae* [*sc. pro Gezeio Largo patrono col.*] em⟨tio⟩nem et -c⟨tionem⟩ ... ordo p⟨ro⟩pria ⟨pecu⟩nia perduxit [*cf. ibid. 4011*[18] *st.* emtam atque advectam]): **α** *in viis sim.*: PANEG. 8 (5), 7, 3 frugum difficilior ... -o, *sc. in viis arduis.* PAVL. PETRIC. Mart. 4, 239 velox -o regis. PAVL. PELL. 212 carpentis -o tuta decoris. LEX Burg. lib. const. 20, 3 pro -e *fugitivi capti.* PETR. CHRYS. serm. 25 p. 270[C]. EVGIPP. Sev. 28, 2 *oleum* negotiatorum ... deferebat -o. **β** *trans mare in navi*: AVG. nat. bon. 44 p. 883, 6 (*ex graeco versum*) *naves animabus* ad -em (*AV*, vectat- *rell.*) atque ... transfretationem ... praeparatae. CASSIAN. inst. 7, 7, 2. VICT. VIT. 3, 29 -e navali *fugit. cf.* GREG. TVR. Mart. 4, 14 p. 653, 10. **γ** *de sole*: CONC.[S] I 3 Rustic. p. 166, 7 solis -em (*i. iter diurnum*; *gr.* φοράν). **δ** *in altitudinem*: APVL. met. 5, 24 Psyche ... *Amoris* crure ... adrepto sublimis -is appendix. PS. AVG. serm. 180, 3 una erit -o *assumpti in caelum Christi.* 181, 1 nubis -o.

2 *translate*: **α** *fere i. q.* ἔκστασις: AVG. serm. 5, 7 dicit ... in -e profectus sui Paulus (*seq. II Cor. 5, 16—18*). **b** *i. q. promotio ad gradum superiorem* (GLOSS. elatio): ENNOD. epist. 9, 27, 3 p. 249, 3 -em meriti vestri (*sc. ad gradum patris*).

ēvecto, -āre. *ab* evehere. GLOSS. II 313, 31 -o ἐποχοῦμαι. CAEL. AVR. acut. exc. 18 p. 719 tam gravis *tremor*, ut plerumque mente -entur *aegri* (*i. alienentur*).

ēvector, -ōris *m.* *ab* evehere. *i. q. baiulus*: PETR. CHRYS. serm. 170 p. 645[C] baiulus misericordiae, pietatis -r.

ēvectus, -ūs *m.* *ab* evehere. **1** *proprie i. q. evectio*: PLIN. nat. 18, 28 Cato (*agr. 1, 3*) ... iubet ... ut *prope praedium sit* navigiorum -us vel itinerum. GREG. TVR. Franc. 3, 3 p. 110, 18 -u navali (4, 40 p. 174, 1 glor. mart. 30 p. 506, 33 vit. patr. 17, 5 p. 732, 16). **2** *translate i. q. promotio ad gradum superiorem*: PAVL. NOL. epist. 18, 6 apostolicae sedis (*i. ad ap. sedem*) -u.

*ēveho,** -vēxī, -ctum, -ere. *ab* ex *et* vehere. exv-: *v. l. 82. p. 1007, 7.* GLOSS. -o ἐκβαστάζω. -it elevat, deportat. expatriat (exportat?). reportat. -xit elevavit, ex⟨al⟩tavit, sublimavit. portavit. -ctum elatum, exactum. NOT. Tir. 42, 6[c] -it, -xit, -ctum. *inde ab* LEGE luci Spolet. (exv-) *et* CATONE. [*ex coni.*: *v. p. 1007, 63. 1008, 36. 38. 76.*]

I *i. q. movere ex aliquo loco, exportare, efferre*: **A** *proprie*: **1** *act.* (*et pass.*): LEX luci Spolet. (CIL I[2] 366) neque exvehito neque exferto quod louci siet. CATO agr. 5, 8 *stercus* per autumnum -ito (29. VLP. dig. 33, 7, 12, 10 *plaustris. cf.* VARRO rust.

[Leumann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 13, 4 ex ea *cohorte* quod -atur. VEN. FORT. vita Radeg. 23, 56). VARRO rust. 1, 2, 14 *a vilico in villam* convehuntur fructus et -untur, cum veneunt (1, 16, 6 *plaustris et navibus* -i atque invehi. *alia de mercibus -endis*: ALF. dig. 39, 4, 15 -ctae cotes, *sc. navi*. PLIN. nat. 6, 66 merces; *opp.* invehunt. 12, 54 *tus* -itur uno tramite. 36, 2 *al.* QVINT. inst. 7, 8, 4 lanas -ere; *ibid.* oves ⟨e⟩vexit. IVLIAN. dig. 19, 1, 25 mustum. VLP. dig. 10, 4, 5 pr. *ex Celso*: merces quas exvehendas conduxit. PAVL. dig. 8, 3, 6 pr. ut amphoris vinum -atur; *syn* exportare). CIC. Verr. I 53 omnia *signa* ex fanis ... -cta exportataque esse (*cf.* TAC. ann. 16, 23 statuas et picturas. SVET. frg. 102 p. 130, 3 bibliothecam). VARRO AT. carm. frg. 22, 7 formica cavis ... -it ova. TIB. 3, 10, 8 quodcumque mali est ..., in pelagus rapidis -at amnis aquis (*cf.* OROS. hist. 5, 18, 13 arma et corpora). PROP. 3, 7, 63 Italiae regionibus -at (advehat *lect. det.*) aestus, *sc. corpus* (AMBR. exc. Sat. 1, 44 in portum ... -ctus *naufragus*). LIV. 1, 38, 6 ex planis locis haud facile -bant aquas. 25, 27, 10 tranquillitas maris *classes* in altum. MELA 3, 40 *Araxes* undam ... ultra quam canalem habet, -at (PLIN. nat. 2, 224 *amnes* aquas). SEN. dial. 11, 19, 4 corpus eius naufraga *uxor* -xit (QVINT. decl. 259 p. 56, 21 *pauper* naufragam in litus. PROB. Verg. georg. 2, 197 *naufragum* delphinus). LVCAN. 8, 36 inde ratis *Pompeium* ... -xit in altum. VLP. dig. 39, 5, 6; *sc. lapides* (*cf.* PRVD. perist. 10, 156 essedo). ITALA Ezech. 37, 12 (Tert. resurr. 29 p. 67, 12) -am vos de sepulcris (*gr.* ἀνάξω, VVLG. educam). SOL. 5, 15 sublatos parentes. PANEG. 8 (5), 6, 5 *planities* procursus fontium ... -bat. RVFIN. hist. 5, 1, 11 ad ... persecutionis -endum pondus invalidi (*item in imag. de curru sumpta*: RVRIC. epist. 2, 32 p. 415, 22 mandatorum ... onus). hist. mon. 11 p. 430[B] ab *onagro* ... ad cellulas ... -ctus est (*cf.* p. 430[C] *crocodilus eum* tergo ... suo ... -xit). *al.* PETR. CHRYS. serm. 166 p. 635[A] *imber mannae* ... praebuit et -xit (*i. attulit*) annonam.

2 *mediopass.* (*item reflex. l. 56*) *i. q. egredi, aliquo ferri*: a *generatim*: CIC. Brut. 51 ut ... e Piraeo eloquentia -cta est, omnes peragravit insulas. AETNA 607 -cta in longum lapidis fervoribus unda *est ex Aetna*. LIV. 22, 19, 10 in ancoras -untur; *i. se proiciunt*. CVRT. 5, 4, 7 Medus *amnis illuc* ... -itur (AVIEN. orb. terr. 927 *Oxus* per prolixos -ctus ... agros). RVFIN. hist. mon. 9 p. 425[C] *illuc* intra momentum temporis -ctus est. b *speciatim*: α *equo* (*cf. act. supra l. 28*): LIV. 4, 33, 7 calcaribus subditis -ctus *eqs.* 5, 36, 7 -ctus extra aciem equo (31, 24, 14 ante aciem). 9, 22, 4. 10, 28, 8 longius (TAC. ann. 1, 63. *cf. infra l. 81*). 22, 45, 3 ⟨in⟩ (*dett.; om. P*) stationem ... atque ... portas -cti sunt. 23, 47, 7 in campum (*cf.* 35, 11, 11). 31, 35, 5 in hostem (CVRT. 3, 13, 8 acri impetu). 35, 11, 10 propius saltum. *al.* CVRT. 7, 7, 35. SIL. 13, 143 portā. 16, 113 in latebras. TAC. ann. 12, 14. β *curru*: PROP. 4, 10, 42 mobilis -ctis (e vectis *Baehrens*) fundere gaesa rotis. *cetera v. p. 1008, 11 sqq.* γ *navi* (*cf. act. supra l. 20; praeterea supra l. 5*), *sive navis ipsa*: SISENN. hist. 125 Marius ostio Liris -itur. LIV. 21, 50, 1 in altum -cti sunt (26, 39, 19 *onerariae* [37, 24, 2 naves]. 26, 51, 6. 27, 29, 5 e portu. HIL. trin. 2, 8 p. 57[A] [*in imag.*] de importuosis locis). 28, 30, 3 freto in Oceanum. 29, 14, 11 in salum nave -ctus. 30, 24, 6 ⟨e⟩vectum. 37, 29, 8 classis ... laevo ... -cta cornu. 44, 28, 16 lembis -cti. *al.* QVINT. inst. 6, 1, 52 (*in imag.*) e confragosis ... -cti. SVET. Aug. 97, 3. PANEG. 10 (4), 17, 1 *Francorum* vis ... ultra ... oceanum aestu furoris -cta (*cf. infra l. 75*). IVST. 2, 6, 11 ratibus. AMM. 16, 11, 9. GILD. Brit. 65 chron. III p. 61, 22 in optato -ctus portu remis. GREG. M. in Ezech. 1, 6, 13 ligno ... -itur qui mare transit. *al.* δ *de rebus non mobilibus*: MELA 1, 16 *ora Europae tribus* se in altum *mare* ... frontibus -it (*sim.* 3, 46 *insula* -cta).

3 *mediopass. transit.*: a *i. q. consequi* (*dub. propter notionem: cf. supra l. 39*) *vel potius navem in medio flumine cum certo ripae puncto coaequare* (*nobis 'auf der Höhe von ... sein'*): CVRT. 9, 9, 8 insulam ... -cti. 9, 9, 27 -ctus ... os eius *amnis*. b *paulo aliter, fere i. q. transire, transgredi, egredi*: *proprie*: CVLEX 107 iam medias operum partes -ctus erat sol. PROP. 3, 3, 21 (*ex coni. Scaligeri*) cur tua praescriptos -cta est pagina gyro⟨s⟩ (praescripto sevecta ... gyro *edd. plerique*). SIL. 16, 372 medium campum *equi*. TAC. ann. 12, 36 fama eius -cta insulas (*i. egressa?*). APVL. flor. 2 p. 7 aquila ... -cta alis ... istud spatium, qua pluitur. *translate*: TAC. ann. 14, 52 privatum modum -ctae opes. c *i. q. escendere* (*ad II A*): CLAVD. DON. Aen. 12, 575 p. 619, 4 *portae* -ctae (*nota pass.*).

B *translate* (*mediopass. saepe*): 1 *affectus -it, affectu aliquis -itur, fere i. q. impellere*: LIV. 22, 43, 1 motos magis inconsulte ... quam ... temere -ctos. 35, 12, 12 inconsultius -ctus. 42, 62, 3 spe vana -ctus. VAL. MAX. 4, 7, 4 (*amicitiam alloquitur*) quo usque Volumni ... caritatem eve⟨xe⟩ris. 5, 1 ext. 2 temulentiae impetu -ctus SEN. Phaedr. 1070 quacumque *equos* ... -xit furor (*sc. ire*), hac ire pergunt (*cf. etiam supra l. 52*). PLIN. nat. 7, 80 Timonem ... in ... odium gentis humanae -ctum. SCHOL. Cic. Bob. p. 160, 31 St. *addere liceat*: CONC.[S] I 5 p. 176, 25 ad diligens ... dogmatum vos examen -imus. CASSIOD. Ios. antiq. 10, 27 p. 296 animae ad doctrinas -ctae (*i. fere propensae; gr.* ἀκραιφνής). 2 *in ordine disputationis -i i. evagari*: SEN. benef. 1, 10, 1 longius (*cf. supra l. 38*) nos impetus -it provocante materia. QVINT. inst. 9, 2, 17 si longius sum -ctus (9, 3, 87 LACT. inst. 6, 17, 1 AMM. 15, 12, 6. 22, 16, 24). ARNOB. nat. 2, 4 ulterius prorsus. *addatur*: PLIN. epist. 3, 1, 12 longius -i, *sc. in muneribus subeundis*. 3 *fere i. q. promovere*: PETR. CHRYS. serm. 73 p. 408[A] agnitionem ... -imus ad profectum (*sim.* EVSTATH. Bas. hex. 5, 5 p. 914[C] ad maturitatem, *gr. p. 104[D]* ἤγαγε. CASSIOD. hist. 1, 1 p. 882[C] ad crementum). SIDON. epist. 5, 9, 2 a pueritia in ... adulescentiam -cti. 4 *fere i. q. currere, vehi*: TER. MAVR. 2268 simplici *iambo Horatius semel* (*epod. 17*) carmen per omne -ctus est.

II *speciatim: in altitudinem efferre* (*cf.* GLOSS. *p. 1006, 76 sqq.*); *saepe mediopass.* (*refl. l. 16. 80*): A *proprie, fere solum mediopass.*: CVLEX 253 Epops *avis* ... volucres -ctus in auras (OV. met. 2, 588 *cornix*: alta [acta *l. v.*] per auras -or. APVL. Socr. prol. p. 109). OV. met. 2, 73 *Sol ad Phaëthontem*: rapido contrarius -or orbi (*item de Solis curru*: SEN. Herc. f. 132 caeruleis -ctus equis Titan. VAL. FL. 2, 35 -ctae [*i. -cti currus*] ... habenae. *de aliis*: LIV. 1, 48, 6 in collem ... -retur. SEDVL. carm. pasch. 1, 179 *Elias* -ctus in astra quadrigis). met. 14, 127 *Aeneas ab inferis* aërias ... -ctus ad auras. MELA 3, 57 *sol* altius se -ens (*cf.* AVIEN. orb. terr. 63 -cta dies. *addo*: MART. CAP. 8, 849 solaris ... circulus aut -itur aut descendit). PLIN. nat. 9, 34 testudines ... -ctae in summa pelagi. FRONTIN. strat. 3, 9, 2 scalis -cti in murum (CLAVD. DON. *v. p. 1007, 69*). PLIN. epist. 6, 16, 6 *nubes Vesuvii* -cta. PANEG. 5 (8), 6, 4 oceanus ... anhelitu (*sc. suo per aestum*) ... -ctus. MART. CAP. 6, 667 *mons Atlas* -ctus usque in *eqs.*

B *hominem in caelum sim.*: VERG. Aen. 6, 130 quos ... -xit ad aethera virtus. PRVD. perist. 5, 7 *martyrem* -xit ad caelum *dies passionis* (*sim.* 8, 18 -ctus gladiis). CLAVD. carm. min. 32, 18 aetherias -ctus in auras *Iesus*. RVFIN. apol. Orig. 7 p. 600[A] *Christus* secum terrenum corpus -xit. PAVL. NOL. epist. 49, 14 p. 402, 27 resuscitati -ctique *Christi*. CONC.[S] I 3 p. 130, 30 *deus Christum* -xit in caelos ([*gr.* ἀναγαγών]. *cf.* I 5 p. 269, 29. CASSIOD. in psalm. 62, 10 p. 437[B] ad caelos. *al.*). PAVL. MED. bened. 3, 4 *Christus* iustos ... ad superna ... -xit.

C *in metaphoris et imaginibus: in locum sublimiorem tollere*: HOR. carm. 1, 1, 6 palma ... terrarum dominos -it ad deos. VAL. MAX. 7, 15, 9 Catulum populus Romanus ... ad sidera usque -xit (SIL. 8, 594 Mantua ... cantu -cta. AMM. 14, 11, 29 in sidera; *opp.* ad *Cocytum* ... mergentes). VELL. 2, 30, 3 *Pompeium* in summum fastigium ⟨e⟩vectum (2, 56, 3. 2, 116, 4). 2, 52, 3 in id -cti *eqs.*; *syn.* ascendere. 2, 90, 1 in ... consulatum. 2, 127, 1 ad consulatus triumphosque ... -rentur ([(e)num- *trad.*]. TAC. dial. 13. *cf.* APVL. Socr. 4 p. 129 usque ad regni ... suggestum. TREB. trig. tyr. 8, 3 militaribus usque ad imperium gradibus -ctus est [SIDON. epist. 2, 13, 1]. VEG. mil. 2, 24 ad opes et dignitates. *similia*: VAL. CEM. hom. 13, 6 p. 734[A] COD. Theod. 12, 1, 171, 2 [*a. 409?*]. CONC.[S] I 3 p. 179, 26; *gr.* παρήχθημεν. ENNOD. opusc. 3, 26 p. 337, 12 GREG. TVR. vit. patr. 6 praef. p. 680, 10 *al.*). VAL. MAX. 1, 6, 1 *eum* ad regium fastigium -xit (*item act.*: CVRT. 4, 14, 20 summum. EVTR. 10, 8, 1 tantum. ENNOD. opusc. 2, 110 p. 321, 7 pontificale). SEN. Tro. 260 quo ... Fortuna altius -xit ac levavit humanas opes. dial. 11, 5, 1 nec secunda sapientem -unt nec adversa demittunt (*sim.* CORIPP. Ioh. 7, 80). nat. 3 praef. 8 ista quibus -eris in summum (VOPISC. Car. 1, 1 *rem p.* ad s. -i; *opp.* ad [min]ima retrahi). IVV. 1, 38 in caelum. APVL. apol. 53 super omnes stultiti⟨a⟩ -ctus. ARNOB. nat. 7, 51 ad columen dominationis (LACT. inst. 1, 1, 13; *spur.*). SPART. Hadr. 15, 2 quos summis honoribus -xit (EVTR. 7, 8, 4 COD. Theod. 14, 4, 1; *a. 334*). LACT. ira 2, 1 -i ad summum *gradum eqs.* (*cf.* PANEG. 11 [3], 20, 1). AMM. 15, 5, 17 ad augustum culmen (20, 8, 21 *al.*). 16, 6, 1 a gregario ad magnum militiae culmen -ctus (28, 4, 3 praefecturae. CASSIOD. var. 5, 4, 1 CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 44, 25). PRVD. praef. 20 militiae gradu -ctum (*cf.* CLAVD. 17, 13. 22, 123 SIDON. epist. 3, 1, 1). CLAVD. 18, 156 ab imis -ctus thalamis summos invasit honores. RVFIN. hist. 5, 16, 14 in excelsum; *opp.* deductus ad terram (*cf.* ARATOR act. 1, 38 -it excelsis, quidquid suscepit ab imis). SIDON. epist. 2, 4, 1 ad arcem *eqs.* ENNOD. opusc. 3, 20 p. 336, 1.
PAVL. NOL. carm. 27, 307 -or alto, *syn.* volans. CASSIOD. in psalm. 126 concl. p. 931[A] pennis misericordiae suae nos -at. GREG. M. moral. 28, 41 p. 472[D].

D *translate*: CVLEX 84 -ctus (*i. opibus praecellens*) finem transcendit habendi. VELL. 2, 9, 3 Accii usque in ... *illorum* comparationem -cti. 2, 41, 2 *Caesar* animo super humanam et naturam et fidem -ctus (2, 130, 1 PLIN. nat. 34, 38). 6, 9 ext. 7 *Syphax* eo claritatis -ctus, ut *eqs.* SEN. epist. 93, 4 *hominem* in summum bonum eius (*vitae*) -ctum. LAVS Pis. 239 Maecenas ... -xit (erexit *var. lect.*) Var⟨i⟩um. PLIN. nat. 26, 18 magicae vanitates in tantum -ctae, ut *eqs.* 26, 20 medicinam ... -ctam ultra magos. APVL. Socr. 12 p. 146 hos *homines* prosperare et -ere. PANEG. 12 (4), 16, 3 dux aliquis -itur, praefectus attollitur, consul creatur (*cf.* CASSIOD. var. 6, 1, 8 iudices ... -imus, consules ... promovemus). CAPITOL. Max. Balb. 2, 7 ut nobilitatem generis splendore virtutis -erit (ei lexerit *cod.*). CLAVD. DON. Aen. 5, 470 p. 477, 26 gloriā -ctus (AMBR. Hel. 21, 78 -it co ona victorem; *opp.* premit). AMM. 14, 11, 31 *fortuna* Andriscum ... ad Pseudophilippi nomen -xit (*cf.* 26, 6, 20). 26, 6, 3 ad regenda communia. MART. CAP. 8, 803 *Hermes Astronomiae* se ... -it granditate (*fere syn.* gloriatus). LEO M. epist. Conc.[S] II 4 p. 162, 13 *humilitas* in gloriam ... -cta est. SIDON. epist. 7, 14, 4 statum nostrum supra pecudes ... ratiocinatio ... -xit (*cf.* CASSIOD. in psalm. 8 div. p. 74[B]). ENNOD. opusc. 3, 125 p. 363, 9. CASSIOD. var. 8, 5, 3 nostrum -ximus principatum.

[Leumann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

part. **ēvectus**, -a, -um *pro adi.* *i. q. altus, eminens, fort. p. 1008, 21. 65.* *? compar.*: IVL. VAL. 3, 7 p. 117, 27 quinque cubitis -ior *Porus rex* (erectior *Heraeus in plag., qui iure confert 3, 53 p. 161, 17* thecam sedecim c. erectam).

deriv.: evectare, evectio, evector, evectus (-ūs).

comp.: inevectus. *Leumann.*

ēvēlātus *v.* 1. evelo.

ēvellico, (-āvī, -ātum,) -āre. *ab* ex *et* vellico (*cf.* evello). *i. q. valde vellicare, quasi vellendo spoliare*: OP. imperf. in Matth. 46 p. 897[init.] *haeretici* quasi... pulli... vulturis aut accipitris... irruunt super ipsam gallinam, id est ecclesiam, et diripiunt et dispergunt pullos eius et -ant eam.

×**ēvello,** -vellī *vel* -vulsī (-volsī; *v. infra l. 16 sqq.*), -vulsum (-volsum), -ere. *ab* ex *et* vellere. *scribitur*: exv-: PLAVT. Truc. 288 (*edd., ex* exp- *cod. P substituentes*; e- *A*). ebuls-: *p. 1010, 75.* *de formis*: -llēre: CVRT. 4, 4, 9. evulsēre: CASSIOD. *p. 1010, 67.* evulsit: SEN. dial. 6, 16, 7 *ex coni.* (avolsit *A*). FLOR. epit. 4, 12, 38. ITALA *p. 1010, 2.* ISID. *infra l. 59* (*v. et l. 22*). evolsimus: PS. QVINT. decl. 12, 8 p. 224, 12 (-vuls- *VMδ*). evulsero: VVLG. Ier. 12, 15 (*Amiat.* -lero). NOT. Tir. 91, 6 -it. 91, 11 evulsum. *de notione*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 424, 1 B. GLOSS.[L] III Abol. EV 17 -ere excludere. V Aa E 632 -sit, erupit, expilavit (expoli(c)avit *Acc., Abba*). GLOSS.[L] II Philox. EV 6 -it ἐκτίλλει. GLOSS. ἀποσπῶ, auello, decerpo. *al.* *legitur inde a* PLAVTO, LVCIL., CATONE, L. CRASSO (*singulis locis*), VARRONE (*bis*), CIC. [*it.* svellere, svegliere. *M.-L.*] [*variat in codd. c.*: avellere: *v. vol. II 1305, 51 sqq.* (*v. l. 17. 45. 58. p. 1010, 19. al.*). CIC. Att. 3, 9, 1. PLIN. nat. 6, 1 a- *R* (e- *a*, volsa *DF*); *coni.* e- *pro* a- *trad.*: CIC. epist. 5, 12, 5 (*Kayser*). convellere: *v. p. 1011, 37.* vellere: *cf. Cato agr. 37, 2* vellito c. PLIN. nat. 17, 55 e-. *v. l. 50. 63. p. 1010, 41.* SEN. benef. 3, 3, 1. *saepius* (*ex coni.*: PLIN. nat. 20, 90; vul- *trad.*). *cf. et p. 1011, 8.* *conicitur*: PLIN. nat. 18, 185 (-sis *pro* in molsis).]

I *proprie: i. q. vellere (cf. A 1 et 2), vi fere aliqua adhibita eximere vel eripere, extrahere*: **A** *usu strictiore: e situ naturali (antiquissima ea, ut vid., significatione vellendi infra l. 37 sqq.)*: **1** *ad corpus animantium pertinentia*: **a** *pilos, lanam sim.*: PLAVT. Truc. 288 abire hinc ni properas..., iam ... istos ... crispos cincinnos ... usque ex cerebro exvellam (*v. l. 14*). VARRO rust. 3, 9, 20 -sis ex alis pinnis et e cauda, *sc. gallinarum* (PLIN. nat. 10, 147. 11, 228 pinnarum caules [*opp.* praecisae]. *cf.* 29, 113 plumis). CIC. Tusc. 3, 62 in luctu capillum sibi -ere (PHAEDR. 2, 2, 10 funditus. *al.*). PAVL. FEST. p. 370 -sis *pilis* (SEN. epist. 47, 7 retritis pilis aut penitus -sis. PLIN. nat. 14, 123. 28, 171 ad palpebras *eqs.* -so... pilo [32, 70. *cf.* 25, 156]. *saepius.* SER. SAMM. 673 -sam [*A*, a- *B*] ... vetat rursus procrescere silvam *pilorum. al.*). PLIN. nat. 8, 207 saetae dorso -sae (30, 142 ex cauda). 29, 34 *lanam sucidam* (*opp.* detonsam. 29, 38). CYPR. GALL. gen. 132 (*cf. gen. 3, 21*). SIDON. epist. 1, 2, 2 *barbam* stirpitus tonsor assiduus ⌊genis⌋ (*v. adn.*) ... -it. **b** *dentes* (*cf.* evulsio): LVCIL. 404 uncis forcipibus dentes -ret (uellere *cod. N Char. gramm. p. 121, 9 B.*). CELS. 7, 12, 1[B. F] *dentem* qui cadere debuit. PLIN. nat. 30, 25. **c** *alias corporis partes (inde ap. med.: passiones, morbos infra l. 60 sqq.)*: α *generatim*: L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 3, 4 haec tibi est excidenda lingua, qua vel -sa *eqs.* (CIC. Sest. 60). CIC. nat. deor. 2, 24 cum cor animantis alicuius -sum ita mobiliter palpitaret (SEN. Phoen. 160 cor... tot scelerum capax -e. *aliter p. 1011, 27*). PAVL. FEST. p. 76 *v. p. 433, 73.* SEN. Herc. O. 346 si quid ex ... Hercule concepit Iole, manibus -am meis (a- *E*). PLIN. nat. 32, 39 -sae carnes *testudinum.* LACT. inst. 6, 15, 4. ISID. alleg. 106 Sedecias cuius oculos ... rex Babylonis -sit (*Vulg. IV reg. 25, 7* effodit). β *in arte medica* (*cf. l. 52 et v. p. 1010, 8 sqq.*): CELS. 7, 7, 1[B] digitis ea⟨m⟩ (*sc. vesicam oculi*) adprehendere oportet et -ere. 7, 12, 2 *tonsillas* circumradere et -ere. 7, 26, 1[C] *calculum*... -ere ([uell- *J*]. 7, 26, 5[A]). HIER. hom. Orig. in Ezech. 5, 1 p. 371, 28 B. per ignem radices canceris. THEOD. PRISC. log. 29 p. 126, 14 utimur ventosis cucurbitis ignitioribus violentius -entibus (*v. app.; i. fere 'vim extrahendi habentibus'*).

2 *res naturae*: **a** *herbas, arbores sim.* (*tam de ratione vellendi, carpendi [e. g. infra l. 71 sqq.] quam eradicandi, exstirpandi [e. g. infra l. 76. 82]*): CATO agr. 48, 2 simul herbae inceperint nasci (*in seminario*), eximito (*syn.*). nam si herbam duram velles, cupressos simul -es. VARRO rust. 1, 47, 1 herba in pratis... non modo non -enda..., sed etiam non calcanda (CELS. 6, 9, 7 cum suis radicibus. PLIN. nat. 17, 70 sariri ... herbasque -i. *al.* PALLAD. 2, 14, 2 manu ... non sarculo. PS. APVL. herb. 131, 12 H.-S. *al.* CASSIOD. in psalm. 48, 14 p. 345[D] radicitus). CIC. Cato 71 poma ex arboribus cruda si sunt, vix -untur. Att. 15, 4, 2 excisa... est arbor, non -sa (LIV. 33, 5, 8 *bis.* SVET. Vesp. 5, 4 -sa radicitus atque prostrata. ALF. dig. 33, 2, 12 ex fundo. VLP. dig. 7, 1, 12 pr. -sis vel vi ventorum deiectis. 47, 7, 7, 2 -erit vel exstirpaverit. *al.*). HOR. carm. 3, 4, 55 truncis. epist. 1, 14, 5 certemus, spinas animone ego fortius an tu -as agro. PLIN. nat. 17, 87 *fici radices* ([*opp.* exemptas]. 27, 107 *herbae.* PS. APVL. herb. 84, 7 H.-S. *al.*). VAL. FL. 3, 709 hastam... ut semel est -sa (excussa *C*) iugis. 6, 716 (*ex Hom. Il. 17, 57 sq.*). PS. QVINT. decl. 12, 8 p. 224, 12 campos (*i. herbas in c. crescentes*) -simus, silvas destruximus. VLP. dig. 47, 7, 3, 3 si *saligneae virgae* succidantur aut -antur. ITALA Ezech. 17, 4 (Weing. *al.*) *aquila* summa teneritudinis (*sc. cedri*) -sit (ἀπέκνισε. VVLG. avulsit). VVLG. psalm. 128, 6 foenum. Sirach 40, 16 (ἐκτιλήσεται). *al.* PS. APVL. herb. 30, 4 H.-S. folium. *et al.* *in imag. vel alleg. (ita ut subsit notio aut vellendi, i. sede sua removendi aut eradicandi, i. destruendi)*: CIC. Tusc. 3, 13 non solum ramos amputare miseriarum, sed omnis radicum fibras -ere. 4, 57 omnia ista ex errorum orta radicibus ... -enda et extrahenda penitus, non circumcidenda nec amputanda sunt (*cf.* Att. 10, 11, 3 PELAG. in I Tim. 6, 10 p. 501, 12 S.). TERT. adv. Prax. 1 p. 228, 16 avenae Praxeanae ... -sae videbantur (*cf. Matth. 13, 25 sqq. al.*). VVLG. III reg. 14, 15 *deus* -et Israel de terra bona hac (Am. 9, 15 [*opp.* plantabo]. *al.*). psalm. 51, 7 (*cf. syn.*). Ier. 1, 10 (*syn.* destruas, disperdas). 12, 17 -am gentem illam evulsione et perditione (*cf. p. 1011, 33 sq.*). *al.*

b *varias res naturales*: LVCR. 3, 327 quod genus e thuris glaebis -ere odorem haud facile est *eqs.* (*syn.* extrahere). PLIN. nat. 9, 109 *margaritae* conchis ... adhaerescunt nec his -i queunt nisi lima. 32, 22 *curalium* retibus. STAT. Theb. 2, 561 saxum ingens ... rupibus -it ([a- *BM*]. MARCELL. chron. II p. 100, 518, 1 *terrae motu* saxa suis -sa conpagibus). APVL. met. 1, 3 lunam despumari, stellas -i, diem tolli. *al.* *per imag. c. vi 'exstinguendi'*: VVLG. Ier. 18, 14 -i possunt aquae erumpentes (*hebr.* נִתַּשׁ *ni., i. 'deleri'; aliter LXX* ἐκκλίνειν *et l. 47 sq. 75 sqq.*).

B *sensu latiore: e quovis loco (quo quid aut pervenerat aliquo modo aut cui variis modis adfixum infixumve erat)*: **1** *animantia (nec non membra, animas)*: **a** *sensu mere locali ('regno', fere i. q. pellere l. 34)*: CIC. Att. 3, 9, 1 *v. p. 1009, 27.* HYG. Gell. 10, 16, 13 Hercules *Theseum* ... e petra. LVCAN. 9, 155 pyramidum tumulis -sus Amasis atque alii reges. PLIN. nat. 30, 83 *ricinus* -atur ex aure laeva canis (30, 84 e sue. *al.*). TERT. anim. 57 p. 392, 17 *magia* iam quiescentes animas -ere ab inferis creditur. ITALA Zach. 13, 7 (Tert. fug. 11 p. 481 Oe.) oves (ἐκσπάσατε, VVLG. dispergentur). IVST. 39, 3, 11 *feminam a deae simulacro* (*cf.* VVLG. exod. 21, 14 ab altari). IORD. Rom. 262 *Nerone* regno -so (344 de regno [*Get. 242* pulsum]). *al.* *in imag.*: TERT. scorp. 6 p. 156, 6 -sum ... hominem de diaboli gula. VVLG. Ier. 22, 24.

b *accedente sensu liberandi (nota refl. infra l. 41 [se i. 'corpus suum'])*: HOR. sat. 2, 7, 27 haeres nequiquam caeno cupiens -ere plantam. OV. met. 9, 79 pollicibus ... meas pugnabam (*sc. Hercules*) -ere fauces. PLIN. nat. 8, 158 *equum* a Dionysio relictum in caeno haerentem, ut se -isset (*E a*; ue-, se vellis sed *l. v.*), secutum vestigia domini *eqs.* ITALA Am. 3, 12 (Hier. hom. Orig. in Ezech. 4, 7 p. 368, 17 B.) quemadmodum ... si pastor ex ore leonum -at duo crura ovis ..., ita -entur filii Istrahel (*utrubique gr.* ἐκσπάω, VVLG. eruo). VVLG. psalm. 24, 15 *deus* -et de laqueo pedes meos (*in imag.: cf. et l. 44*). *al. v. et p. 1011, 33.*

2 de structura, materia: a de altera lingua in alteram vertenda: i. q. transferre (cf. vertere; aliter p. 1029, 12): AVR. Fronto p. 10, 27 N. quos quidem versus (sc. Hom. B 24) orator egregius mire quondam -tit. b corporaliter i. q. transformare (cf. convertere; syn. l. 49): PSALT. Cas. 104, 29 -uit (v. p. 1026, 74) aquas eorum in sanguine (μετέστρεψε, VVLG. convertit).

B vertere ita, ut quae stant aut ex una parte certo in loco stabilita sunt **proruant, concidant, collabantur,** i. q. **prosternere** sim. ([v. et s. II, p. 1030, 13]. cf. TERT. anim. 45 p. 374, 25 aliud est concutere, aliud movere, aliud -ere, aliud agitare): 1 latiore usu: a res corporales (AMM. 31, 13, 6?, v. p. 1028, 84): α c. solo obi.: CIC. div. 2, 69 simiam urnam -isse, sortes dissipavisse (ROMVL. fab. Aesop. Thiele 87 [recc. g., v.] cornix [seq. movere; Ps. Dosith. L: convertere]). AETNA 606 -sis ... fornacibus. PROP. 4, 3, 14 fax traxit ab -so lumina nigra rogo. OV. met. 12, 222 -sae turbant convivia mensae (SEN. dial. 3, 19, 4. ITALA Ioh. 2, 15 [codd. a b q al.] nummulariorum; ἀνέτρεψεν, VVLG. sub-. et al. v. et infra l. 66). CVRT. 4, 15, 16 equi etiam currus -erant ([FIRM. math. 8, 13, 4 p. 308, 15 al.]. cf. SIL. 16, 407 Durius ... -sum propulit axem Atlantis. VLP. dig. 19, 2, 13 pr. cisiarius cisium). SIL. 10, 587. IVV. 3, 258 si procubuit qui saxa ... portat axis et -sum fudit super agmina montem (sc. saxorum. aliter p. 1029, 69). TAC. ann. 2, 31 illis ... -entibus adpositum ⟨cum⟩ (v. app. cr.) mensa (v. supra l. 59) lumen (MIN. FEL. 9, 7 [seq. extincto]. et al. v. l. 76. p. 1024, 28. 1026, 6). AMM. 15, 10, 5. VEG. mil. 4, 23 p. 144, 19 laqueis captos arietes ... in obliquum trahunt et cum ipsis testudinibus -unt (ibid. l. 21 [a- P]). sim. al. β addito 'quo': per praep. in (cf. et supra l. 31), i. q. deicere: OV. met. 1, 231 ego vindice flamma in domino (-um l. v.) dignos -ti tecta penates. 11, 555 siquis Athon Pindumve revulsos sede sua totos in apertum -erit aequor (aliter p. 1029, 69). LVCAN. 5, 647 discordia ponti succurrit miseris fluctusque -ere puppim non valet in fluctum (cf. p. 1028, 29). VLP. dig. 9, 1, 1, 4 quadrupes in aliquem onus. super: PETRON. 64, 10 candelabrum ... super mensam -sum (cf. l. 66).

b aliquem (? equum: PROP. 4, 10, 8; v. supra l. 9): α in universum (absol. infra l. 81; in imag. infra l. 84 sqq. [de deo quasi deiciendo p. 1028, 4]): QVADRIG. hist. 10^b, 6 ubi Manlius eum (sc. Gallum) -tit (antea: donec subvertit). SEN. benef. 6, 26, 1 nequitia est ut extrahas mergere, -ere ut suscites, ut emittas includere. PAVL. dig. 9, 2, 45, 3 si non intellegitur, uter servus ab utro -sus sit (sc. 'ut in flammam incideret'). VVLG. psalm. 117, 13 impulsus -sus sum, ut caderem (דְּחִיתַנִי דְּחֹה). inde per similitudinem (v. supra l. 78): CIC. Mil. 56 Mars saepe spoliantem iam et exsultantem -tit et perculit ab abiecto. SEN. epist. 9, 9 florentes amicorum turba circumsedet: circa -sos solitudo est (v. p. 1026, 83). TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 357, 23 deus exacerbabitur, sed non periclitabitur, movebitur, sed non -etur (v. p. 1027, 78).

β notabilius: pass. (vice fere depon. fungens) i. q. labi, elabi, excidere sim. (GLOSS. v. p. 1026, 78; aliter p. 1030, 10): (I) corporaliter: vehiculo, equo sim. delabi, excuti (p. p. p. pro subst.: infra l. 11 sqq.; acced. de [v. et infra l. 16]: infra l. 14. v. et p. 1024, 25): SEN. epist. 103, 1 naufragium facere, vehiculo -i (cf. l. 14). -sus pro subst. (v. supra l. 8): PLIN. nat. 21, 133 baccaris radix spasticis, -is, convulsis, suspiriosis salutaris est (28, 238 ruptis convulsisque, -is). 26, 137 contusis et -is. 28, 62 -os ... ac iacentes. PS. MVSA herb. Vett. l. 132 -sis de vehiculo (v. l. 10). (II) apud christ.: spiritu, fide sim. labi; religione cadere ([cf. syn. infra l. 20. 21. 25]. imag. servata: infra l. 24 sq.; acced. de: infra l. 26. cf. in verborum lusu: AVG. conf. 4, 16, 31 quia inde [sc. a te i. bono] aversi sumus, perversi sumus. revertamur iam ... ut non -amur eqs. [i. 'labamur']): TERT. carn. 6 p. 436 Oe. Apelles a disciplina Marcionis in mulierem carne lapsus, dehinc in virginem Philumenen (A, abl. BC) spiritu -sus est (cf. praescr. 30, 5 lapsus in feminam et 30, 6 in alteram f. impegit). praescr. 3, 4 (= PS. CYPR. ad Novat. 14 p. 64, 19) Saul, bonus prae ceteris, livore postea -itur. NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 3 p. 551, 18 cum adhuc non tantum iaceant, sed et cadant -sorum (univers- B) fratrum ruinae (seq. eversionem; v. p. 1024, 53). paulo aliter p. 1029, 16 sqq. pendet de (cf. etiam supra l. 9): TERT. fug. 4 p. 469 Oe. cum quis in persecutione -itur de salute (opp. ex persecutione proficit in s.).

2 usu strictiore: a de nave in naufragio -enda (inde de hominibus, qui naufragi deiciuntur vel excutiuntur [per imag. infra l. 39. 42]: infra l. 38 sqq. opp. erigi: infra l. 36. cf. et p. 1027, 74): CIC. de orat. 1, 174 qui duorum scalmorum naviculam in portu -erit. parad. 20 navem ... gubernator (fin. 4, 76 bis. CVRT. 4, 1, 36 AMM. 22, 15, 16 al.). SEN. Ag. 1006 repletum ratibus -sis mare (PETRON. 114, 9 ratem fluctus). epist. 97, 11 non gaudet navigio gubernator -so (CVRT. 9, 9, 24 n. ... -sa fluctibus erigi. al.). IVV. 12, 31 iam alternum puppis latus -entibus undis (i. 'modo hoc modo illud l. iactantibus, ut navem plane subvertant'). homines (v. supra l. 30; syn. eiecto l. 40): CIC. dom. 137 tu procella patriae ... quod in naufragio rei p. ... demerso populo R., -so atque eiecto senatu dirueris eqs. rep. 1, 51 (post lac.) si fortuito id faciet, tam cito -etur quam navis, si eqs. LVCAN. 5, 654 (verba Caes.) tantusne -ere ... me superis labor est parva ... puppe sedentem eqs.?

b de arboribus, quae caedendo, eruendo sim. humi proiciuntur (vi ventorum: infra l. 51. 54. 55. cf. per imag.: CIC. Tusc. 3, 83 stirpes aegritudinis ipso trunco -so omnes eligendae sunt [aliter p. 1029, 73]): VERG. georg. 1, 256 tempestivam silvis -ere pinum (Aen. 11, 136). 2, 208 nemora (cf. LACT. inst. 2, 7, 17 -so Aesculapii luco). VAL. MAX. 1, 1, 19 ut Turullius occisus ... -sis iam arboribus poenas lueret; antea succisum (SEN. dial. 6, 16, 7 -sis a. quas ... ventus radicitus evolsit eqs. SVET. Dom. 15, 2 [opp. surrexerat, syn. corruit]. PAVL. sent. 5, 22, 2 al. cf. SIL. 6, 196 arboris ... molem penitus ... revulsam -tit fundo [seq. eruit]). PHAEDR. 2, 4, 9 quercum (PLIN. nat. 16, 131 tempestatis vi). OBSEQ. 43 p. 165, 11 Nuceriae ulmus vento -sa (opp. erecta). al.

C alio vertendo e sede, loco, condicione sim.; i. q. **avertere, amovere** sim.: 1 c. vi vel foras movendi vel depellendi: a homines loco, i. q. expellere, eicere, depellere: α acced. abl. separ. unde quis depellatur (possessione, bonis sim.) indicante (inde trsl. de statu quo quis publice utitur: infra l. 68): PLAVT. Persa 566 -es tuo arbitratu homines fundis, familiis. Trin. 214 bonis ... hunc adulescentem ... suis ([omnibus A]. CIC. Quinct. 95. S. Rosc. 115 funditus [opp. convertit]. Verr. II 1, 93. 3, 100 aratores ... omnibus [II 3, 204]. al. LACT. mort. pers. 31, 6). Trin. 616 ut agro -at Lesbonicum, quando -tit aedibus. CIC. div. in Caec. 21 eos ... plane fortunis omnibus ([Verr. II 2, 43. 3, 16. 198 aratores. al.]. Verr. II 1, 135. Flacc. 11 omnes ... spoliatos, vexatos, f. -sos. al.). cf. p. 1024, 43. translate (v. supra l. 60): quasi expellendo privare (v. p. 1026, 77): CIC. Sull. 1 ita tulit casus ..., ut ... amplissimo honore ... invidiā ... et Autroni odio -retur. SALL. rep. 2, 4, 2 quein ... male faciundo ac dicundo dignitate alios, alios civitate -sum irent. β acced. ex (nota lusum verb.; cf. l. 74): AVG. civ. 2, 20 p. 78, 31 D. quisquis felicitatem theatri ... auferre temptaverit, eum ... multitudo avertat ab auribus, -at e sedibus, auferat a viventibus.

b fores cardinibus, fere i. q. emovere (v. l. 79), effringere (de cardinibus mundi l. 78; pendet ab: infra l. 81): SEN. Thy. 876 nos ... digni premeret quos -so cardine mundus? CLAVD. DON. Aen. 2, 490 p. 215, 30 (ad 'emoti ... cardine postes') cum Pyrrhus ... -endis foribus operam daret (cf. ibid. p. 216, 6. 7, 620 p. 92, 31 non solum ... Iunonem portas aperuisse, sed -isse postes ipsos a cardine [VERG.: 'cardine verso']. cf. p. 1024, 45).

2 c. notione declinandi, deflectendi, detorquendi (huc pertinere vid. AMM. 31, 13, 6 humus rivis operta sanguineis gressus

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

labiles -bat [*i. 'pedes gradientium declinabat' sc. e firmo vestigio et sic labiles reddebat; an ad I B 1 a, p. 1027, 54?*]. *cf. et p. 1026, 67*):

a *generatim*: α *corporali motu vel locali*: TER. Haut. 372 inversa verba, -sas cervices tuas, gemitus ... abstine ([*v.* SCHOL. *ad l.*]. *cf.* FRONTO p. 234, 3 N. faciem defunctorum ... maeremus, os obseratum, oculos -sos, colorem undique deletum [*cf. et supra l. 1*]). TERT. anim. 17 p. 324, 16 (*de remo in aqua inflexo apparente*) teneritas ... substantiae ... prout icta seu mota est, ita et imaginem vibrans -it lineam recti. β *incorporali ratione*: *de translatione* (*opp.* vertere; *aliter p. 1027, 44*): HIER. adv. Rufin. 2, 19 p. 442[C] conferte Origenis verba ... his, quae ab isto (*Rufino*) non versa sunt, sed -sa (*i. 'non accurate translata, immo detorta atque immutata'; opp* ad verbum transtuli). *de animo* (*syn.* declinare): VVLG. Dan. 13, 9 *senes* -erunt sensum suum et declinaverunt oculos suos (*aliter l. 33*).

b *speciatim ap.* ECCL.: *i. q. avertere a fide, religione, recta credendi via sim.; seducere* (*opp.* convertere *infra l. 21; i. q. seducendo decipere* [*acced.* seductione]: *infra l. 30. cf. Egger, Jahresh. österr. Arch. Inst. 18, 1915, Beibl. p. 258 adn. 3 et v. p. 1026, 41.* [*aliter p. 1028, 15*]): α *c. obi.*: ① *obi. sunt homines*: TERT. praescr. 42, 1 ethnicos; *opp.* convertendi ([*v. vol. IV 868, 63*]. PASS. Barth. 8 p. 148, 3 [a- *R*, ver- *P?*]; *gr.* ἀπέστρεψα ... ὑπέ-). ITALA Matth. 24, 24 (Tert. anim. 57 p. 393, 6) ad -endos ... electos (πλανῆσαι, VVLG. ut in errorem inducantur). HERM. Pal. mand. 6, 2, 4 servos dei (καταστρέφοντα, *item vulg.*). IREN. praef. 1 multos -unt attrahentes eos *eqs.* (ἀνατρέπουσιν). CYPR. epist. 60, 3 p. 694, 9. PRISCILL. tract. 1, 7 p. 8, 6 dubios; *syn.* deducunt (5, 84 p. 64, 4). *al.* CONC.[S] I 3 p. 16, 18 corrigere -sos (*subst., v. p. 1026, 83; gr.* τοὺς διεστραμμένους). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 71, 21 Cyrillianos ... seductione ... ac muneribus omnes fere, ut ita dicamus, -isse (*gr.* ἀπατήσαντας. *cf. I 5 p. 378, 40* decepisse *et v. supra l. 18*). PASS. Barth. 8 p. 148, 3 (vert- *M, P?*; a- *R*; *gr.* ἀποστρέψας). PASS. Perp. 3 p. 64, 11 (a- *l. v.*; *gr.* πείθειν). *et al.* ② *animum, mentem* (*aliter l. 14. p. 1031, 82*): ITALA Ezech. 13, 18 (Optat. 1, 2 p. 4, 12 *al.*) vae facientibus velamen ... ad -endas animas. animae -sae sunt populi mei *eqs.* ([διαστρέφειν ... διεστράφησαν, VVLG. ad capiendas ... caperent; *hebr. rad.* צדה *'capere'. cf.* OPTAT. 1, 2 p. 4, 9 *ad h. l.* 2, 24 p. 61, 12 *al.*]. *v. et p. 1024, 55*). CYPR. epist. 52, 2 p. 618, 10 ad -endas fratrum mentes (OPTAT. 1, 2 p. 4, 7 [*ad Ezech. l. 34*] simplices. *al.*). ITALA Dan. 13, 56 (Lucif. Athan. 2, 10 p. 166, 9) concupiscentia -tit cor tuum ([*syn.* seduxit; *gr. deest verbum*, VVLG. sub-]. AVG. civ. 1, 27 p. 43, 7 D.). AVG. civ. 5, 23 p. 236, 9 D. *et al.*

β *ad obi. acced. praep.* ab: HERM. Pal. sim. 6, 2, 1 hic corrumpit mentes servorum dei -itque eos a veritate (καταστρέφει ... ἀπό, *vulg.* vertit). BARNAB. 2, 10 *nequam* nos a vita nostra (ἐκσφενδονήσῃ ... ἀπό).

D *motione saepius et tamquam imitus repetita vertere res, quae sub superficie quadam latent, infixae sunt sim.; i. q.* **agitare, turbare, miscere,** *sursum deorsum versare* (GLOSS. *v. p. 1026, 80. cf. et s. II, p. 1030, 13*): **1** *corporaliter sive localiter*: **a** *liquida* (*vi ventorum praeter infra l. 57 [de remigibus]; nota de peragitando decocto* [*c. praep.* ad]: *infra l. 63. cf. s. c [infra l. 79] et v.* PORPH. Hor. epod. 10, 5 [*ad* 'inverso mari'] quid est -so [in- *edd. a Fabricio*] mari? an contrariis fluctibus? ['*an* quid est ⟨inverso mari⟩? -so mari an contrariis fl.'? *Heraeus*]): VERG. Aen. 1, 43 *Pallas* disiecitque rates -titque aequora ventis (STAT. Theb. 5, 141 en validis spumant -sa lacertis aequora [*v. p. 1023, 27*]). OV. epist. 7, 42 adspice ut -sas (ad- *E*) concitet Eurus aquas ([*v. p. 1023, 27*]. PETRON. 123 v. 234 auster ... pulsas -tit aquas). SEN. Ag. 475 undique incumbunt simul rapiuntque pelagus infimo -sum solo (*sic A recte*, infimum -so polo *E*) *venti* (*cf. Soph. Ant. 590* κυλινδεῖ βυσσόθεν ... θῖνα κτλ. *et v. infra l. 84*). epist. 4, 7 momento mare -itur (STAT. Theb. 5, 704). *nota* (*v. supra l. 52*): CHIRON 925 p. 277, 24 haec omnia ... decoques in cacabo novo, ad mellis grassitudinem -antur (*i. 'tamdiu peragitentur, dum mellis crassitudinem habeant'*).

b *solida, fere i. q. eruere, effodere*: α *versando, agitando aperire* (*arando l. 71*): ACC. trag. 400 Triton fuscina -ens specus *eqs.* ([*v. p. 844, 66*]. *cf. sim. de mole alqa. eruenda*: CATVLL. 66, 43 ille quoque -sus mons *Athos* est, quem maximum *eqs.* [*sc. 'ferro effossus' per hyperbolen pro 'perfossus'; aliter p. 1027, 64. 72*]). VAL. FL. 7, 75 -so iacias (*Iason*) dum semina campo ([*v. l. 67*]. *cf.* AVIAN. fab. 28, 11 *bos* -sam pedibus dispergit harenam [*v. p. 1023, 27*]). β *versando egerere herbas* (*c. abl. instr.: l. 74; aliter p. 1028, 44*): PALLAD. 6, 4, 2 si quis lupinum stercorandi agri causa seminabit, aratro illum ... debebit -ere ([*Colum. 11, 2, 44* subvertit; *cf. Geopon. 3, 5, 7* σκάπτειν ... τέμνειν]. *sim.* 9, 2. 10 tit., 9). PELAGON. 27 radicinas ipsas, quas plerumque aratrum -it (*gr. Hippiatr. II p. 88, 10* ἄγρωστιν ... οἱ γεωργοὶ τῷ ἀρότρῳ ἀποτέμνουσιν).

c *de flexu corporis ab imo usque repetito* (*videtur imago ex usu q. e. sub a [supra l. 51] esse derivanda*): CVLEX 180 furit stridoribus *serpens*, ... flexibus -sis (-vex- *Γ*) torquentur corporis orbes (*ΓFS*, torquetur ... orbis *rell.*; *cf. Leo ad l.*).

2 *translate*: LVCR. 5, 163 dicere ... nec fas esse *a dis* ... fundatum *mundum* ... sollicitare ... nec verbis vexare et ab imo -ere summa ... desiperest (*i. 'ab i. usque ad s. vertere'; cf. Munro ad l. et v. p. 1029, 60. vix ad 1 A 1 b, p. 1027, 33*).

II *c.* ***delendi, perdendi, tollendi notione*** (*tam sensu plane destruendi [v. l. 25 sqq. p. 1031, 39. 1032, 42 al.; inde i. q. tollere, abolere: p. 1031, 60. 1032, 50 al.; extinguere: p. 1031, 43. 58 al.] quam funditus movendi, affligendi [syn. p. 1031, 35. 49. 1032, 22 al.], vexandi, perturbandi [v. p. 1031, 58. 82. 1032, 33] sim. [i. q. corrumpere, depravare: p. 1031, 45. 1032, 4. 13. 1033, 15]*). *audaciora: pass.* -i (*i. 'tolli'*) *fere i. q. 'desinere' p. 1032, 9 (pro dep. 'collabi' [aliter p. 1028, 6]: l. 52); alia v. p. 1031, 3. 1032, 12 (acced. dat. comm.). p. 1033, 20.* *ceterum monendum est propriam vel convertendi (commutandi; v. s. I A, p. 1027, 20) vel prosternendi et miscendi (v. s. I B. D, p. 1027, 50. 1029, 47) vim hic illic adhuc vigere (cf. e. g. infra l. 25 sqq. p. 1031, 36. 41. 1032, 18 sqq. 29 al. praeterea v. ea exempla, quibus opp. vocab. velut*: constituere [*l. 38. 78. p. 1031, 33. 76. 1032, 58. 83*], construere [*l. 59*], fundare [*p. 1032, 32*], stabilire [*p. 1032, 23*], stare [*l. 61. p. 1031, 68. 1032, 24*]; firmus [*p. 1032, 30. 71. 80*]. *al.*). *cf. et -ere alcis. rei* statum: CIC. rep. 1, 51 hunc optimum statum *rei p.* pravis hominum opinionibus -sum ([QVINT. inst 2, 16, 4 civitatium; *antea*: turbaverint]. TERT. anim. 17 p. 325, 12 totum vitae st. HIER. epist. 52, 11, 3 quidquid inebriat et st. mentis -it).

A ***proprie*** (*sc. corporali destructione*): **1** *c. plena vi delendi, i. q. excidere, demoliri, diruere, vastare sim.*:

a *res*: α *urbes, aedificia, opera exstructa, arte vel manu facta sim. (nota* 'vasa baculis': *i. q. concutere infra l. 73. in imag. l. 75. cf. l. 70*): RHET. Her. 4, 27, 37 populus Romanus Numantiam delevit, Karthaginem sustulit, Corinthum disiecit, Fregellas -tit. CIC. Verr. II 2, 160 istius ... statuam (*ibid.* [*syn.* deiectae]. ad Brut. 1, 15 [9, 23], 9; *opp.* statuissemus [*ibid.*]. *et al.*). dom. 62 *villam* funditus. 101 domum meam (*ibid.* publicata ... et -sa [102]. 105. 147 [*opp.* aedificata]. har. resp. 39 *al.* OV. epist. 3, 36. *et al. cf.* FIRM. math. 3, 4, 17 p. 119, 16 numquam ... Mars d. suam -it [6, 31, 62 p. 165, 19; *opp.* tuetur. *cf. et p. 1031, 49*]). Sest. 35 urbem ... excisam et -sam (off. 1, 82 [*coni.* diripiendis]. *al.* VERG. Aen. 2, 746 OV. fast. 2, 689. LIV. 32, 33, 16 funditus -isse ac delesse. *al.* MANIL. 2, 596 *al.* SEN. contr. 10, 6, 2 [*opp.* servantur]. SEN. Tro. 41 ruinas urbis -sae. *al.* OROS. hist. 1, 16, 1 [*opp.* constituendo]. *et saepe*). har. resp. 6 *Carthaginem Scipio* (Tusc. 3, 54 *al.* PLIN. nat. 33, 57. *et al.*). Phil. 2, 107 bustum in foro. 4, 13 Numantiam; *syn.* exciderunt ([*cf.* fat. 27]. EVTR. 4, 17, 2 a solo. *et al.*). nat. deor. 1, 115 deorum ... templa et aras (t.: QVINT. decl. 323 p. 274, 10 -sis exustisque. SVLP. SEV. chron. 2, 30, 6 *al.* aras: SEN. dial. 7, 26, 5. ITALA iud. 6, 25 [Lugd.]; καθελεῖς, VVLG. destrues. AMM. 22, 11, 9 [*opp.* locatam]. *al.*). *al.* VERG. Aen. 9, 529 *turrem* Itali summa ... vi (LIV. 34, 29, 6. *et al.*). 10, 45 per -sae ... fumantia Troiae excidia (OV. fast. 1, 523 [*opp.* resurges]. SEN. Tro. 285. *et al.*). HOR. epist. 2, 2, 34 castellum ... praetor (*cf.* GREG. M. in Ezech. 1, 9, 9 p. 874[A] urbes erutas, -sa castra). PROP. 2, 1, 29 -sos ... focos ... gentis Etruscae. LIV. 5, 53, 5 Romam (*opp.* restituere. *cf.* SIL. 17, 189 -sam ... excindere R.). 32, 16, 11 muri partem ... operibus hostium ([CVRT. 7, 2, 29. VVLG. Sirach 49, 15 qui erexit nobis m. -sos et stare fecit portas; *i. 'collapsos'. gr.* πεπτωκότα. *v. l. 10. p. 1026, 83 al.*]. *cf.* VAL. MAX. 4, 1, 12 [*in compar.*] moenia nostrae urbis -sa sunt; *sc. Scipio interemptus* [SIL. 3, 2 Sagunti]). 31, 26, 12 diruere ... templa ac simulacra -ere (AVG. cons. euang. 1, 19, 27 p. 26, 9 -i ... -suiri [*BO*, aeversu∗ri, *eras.* i, *H*[1]; *v. p. 1026, 75*]. *al.*). 35, 21, 5 Tiberis ... duos pontes, aedificia multa ... -tit. *al.* SEN. Herc. f. 998. Phoen. 557 Thebas (*antea*: erue. QVINT. inst. 5, 10, 111). dial. 5, 33, 1 civitates longo saeculorum labore constructas (*i. 'urbes'. sic etiam*: ITALA iud. 9, 45 [Lugd.]; τὴν πόλιν καθεῖλε, VVLG. destructa. *al.* AVG. civ. 21, 24 p. 533, 29 D. [*opp.* stantibus ... moenibus]. *al. cf. p. 1032, 29*). *al.* LVCAN. 8, 490 -it ... arces respectus honesti ([*antea*: perit]. *cf.* SIL. 17, 375 *Scipio* servatas ... funditus arces *Carthaginis*). SIL. 6, 86 Sidonia tecta. INSCR. Notiz. archeol. 2 (1916) p. 155 (*in miliario imp Hadr., a. 118/19*) *Hadrianus* viam quae tumultu Iudaico -sa et corrupta erat, res(tituit) (CIL XII 107 [*a. 163*] vi torrentium e⟨v⟩ersas). CIL III 324 (*a. 285/305*) lavacrum thermarum Antoninianarum funditus -sum (IX 2338 [*ca. a. 350/60*]; *opp.* restituit). CAPITOL. Gord. 34, 5 *al.* AMM. 17, 7, 3 ... typhones suburbana funditus. *al.* VVLG. sap. 5, 24 (*alleg.*) malignitas ... sedes potentium. *al.* AVG. civ. 17, 23 p. 253, 29 D. Hierusalem (*al.*). *al.* COD. Theod. 16, 10, 18 (*a. 399*) aedes. *al.* PALLAD. hist. mon. I 42 p. 328[B] (*gr. p. 148, 7* παρέδωκεν ἀπωλείᾳ). *talia persaepe.* *nota* (*v. supra l. 26*): VEN. FORT. vita Pat. 5, 17 vasa ubi pulmentaria decoquebant, singula suis baculis -erunt. *per imag.* (*v. supra l. 26*): CIC. Catil. 4, 13 *Lentulus* ad -enda rei publicae fundamenta Gallos arcessit ([*sim.* Att. 1, 18, 3 ille annus duo firmamenta rei p. per me ... constituta -tit]. *cf.* SEN. Tro. 6 columen -sum occidit pollentis Asiae [*i. Troia*]. *al.*).

β *loca culta, terras: i. q. vastare* (*cf. et p. 1032, 17; aliter p. 1031, 9*): SEN. Herc. f. 934 nullus ... nive nutritus agros amnis -sos trahat (*cf.* COLVM. 1, 7, 6 *frumentarium fundum*; *syn.* vexant). VLP. dig. 2, 11, 2, 8 locum (*fort. et* QVEROL. p. 29, 4; *v. p. 1023, 43*). VVLG. Sirach 10, 19 terras gentium -tit dominus et perdidit ... us-

[*K.-M.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

que ad fundamentum *(gr. 10, 16 κατέστρεψεν)*. OROS. hist. 3, 8, 5 Atilius ... Liparam Melitamque insulas (6, 4, 2 Cretam).

b *aliquem (de bestia, i. q. discindere, dilacerare; nota opp.* convertere): ITALA Matth. 7, 6 (Tert. uxor. 2, 5 p. 689 Oe.) ne *porci* conculcent ... *margaritas* et conversi vos quoque -ant *(στραφέντες ῥήξωσιν,* VVLG. dirumpant).

2 *not. debilitata (latin. recentiore) i. q. damnum, detrimentum inferre, laedere (fere reparandum, restituendum. p. p. p. subst.: infra l. 14)*: **a** *de bestiis agros, culturas sim. laedentibus (aliter p. 1030, 80)*: GREG. TVR. Franc. 7, 22 p. 305, 3 si expellebantur *equi* ab his, quorum -bant labores. LEX Burg. lib. const. 23, 5 ut quod porci -erint, componatur. 89, 1 ab animalibus et pecoribus *vineae. ibid.* ipsae vites. *al.* LEX Visig. 8, 3, 13 *(opp.* integer). *ibid.* quae a pecoribus -sa fuerint. *passim.* *inde* ēversum, -ī *n. pro subst. i. q. damnum (v. supra l. 9)*: SVLP. SEV. chron. 1, 18, 6 si cuius pecora alterius sata depaverint, dominus pecoris -a restituet. **b** *de hominibus animalia domestica vexantibus*: LEX Burg. lib. const. 49, 4 caballos; *opp.* servatos (LEX Visig. 8, 3, 13 si quis caballum aut pecus [*v. l. 23*] alienum in vinea ... invenerit, non expellat iratus, ne ... -at. 8, 5, 7 c. suum vel animal [*v. l. 21*]. *al.*). 73, 1 aut periclitatum ... aut -sum animal aut debilitatum ([*anteced.*: damnum faciat; *cf. q. seqq.*]. LEX Visig. 8, 5, 7 errantia. *al.* [*v. et l. 20*]). LEX Visig. 8, 3, 13 si pecora, dum ... *iratus* expellit, -erit, domino ... damnum ... restituat (8, 4, 20 *al. v. et l. 19*). *talia passim.*

B *translate (c. respectu et rerum externarum velut condicionis, gradus, fortunae sim. et interiorum ut affectionis, animi, morum sim.)*: **1** *latiore usu sc. quibuslibet modis perdere, affligere, conturbare sim.*: **a** *homines (deos infra l. 46)*: *α singulos (refl. v. infra l. 49.* AVG. *v. p. 1026, 43)*: CIC. Quinct. 74 per se adflictum atque -sum propinquum suum. Verr. II 2, 159. 3, 48 -sis funditus aratoribus (II 3, 77 [*seq.* adflicti, perditi]. II 3, 215; *opp.* sublevarat. *al.*). dom. 125 iura constituisti ... quibus in te conversis ... alios -re⟨s⟩. Phil. 14, 14 ego qui Catilinam haec molientem sustulerim, -erim, adflixerim. leg. 3, 24 Ti. Gracchum ... sublatus intercessor -tit *(seq.* perculit; *v. p. 1030, 14)*. CAEL. Cic. Att. 10, 9ᵃ, 5. CIC. epist. 5, 2, 8 me ... non iudicio ... sed vi atque impressione. *al.* VAL. MAX. 5, 10, 3 se ... subrutum et -sum. *al.* SEN. Herc. f. 477 Euryti ... -si domus (*i. per hypallagen pro* '-sa d.'; *v. infra l. 49*). Tro. 416. 431 ne desit -sis metus (*pro subst.; v. p. 1026, 83*). IVV. 10, 108 Crassos ... Pompeios, *Caesarem.* TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 318, 18 funditus *antichristum.* ITALA Ier. 17, 13 (Aug. c. Faust. 13, 16 p. 397, 18) -entur, quoniam dereliquerunt ... dominum (*i.* '*extinguentur*'; *ἐπὶ τῆς γῆς γραφήτωσαν,* VVLG. in terra scribentur). VVLG. Sirach 4, 35 (*aliter gr. 4, 30*). AVG. civ. 1, 33 p. 50, 13 D. (*syn.* corrumpi). cons. euang. 1, 27, 42 p. 42, 4 -sis dis aliis (1, 29, 45 p. 45, 3). *al.* SALV. gub. 6, 72. PRISC. Anast. 202 socios ... furtis. *et al.* *v. et l. 53.*

β hominum complexum, populum sim.: CIC. Deiot. 33 multos ... vexatos ..., multas adflictas et -sas domos (LIV. 40, 8, 11 se stirpemque suam, domos, regna funditus [*v. l. 30. p. 1032, 38*]. PHAEDR. 3, 10, 50 a radicibus. SEN. Ag. 912 funditus [*seq.* occidunt]. *et al.* [*v. vol. V 1, 1985, 15 sqq. et cf. l. 39. p. 1030, 31*]). fin. 1, 43 cupiditates ... non modo singulos homines (*v. supra l. 30*), sed universas familias -unt (SALL. rep. 2, 3, 7 ab stirpe). VERG. georg. 1, 500 -so ... saeclo. LIV. 36, 34, 4 gentem (*al. v. infra l. 70*). VELL. 2, 115, 4 paene funditus *Delmatae* (*cf.* SEN. Tro. 532 Phrygibus ... -sis [863 *al.*]). ITALA III reg. 18, 17 (Lucif. Athan. 1, 16 p. 95, 9) Israel (ὁ διαστρέφων, VVLG. conturbas). VVLG. I Macc. 7, 26 populum (ἐξᾶραι).

b *res*: *α varias incorporales (saepius i. q. tollere, auferre: v. l. 66. 72. 73. 79. p. 1032, 16 al.)*: ENN. ann. 258 non semper vestra -it, nunc Iuppiter hac stat (*cf. Norden, Enn. u. Verg. p. 49*). ACC. trag. 366 summam gloriam -i sines tam desubito? CIC. leg. agr. 2, 50 hanc ... legem ad illius (*Pomp.*) opes -endas ... comparari (*cf.* VERG. Aen. 2, 603 divum inclementia ... has -tit opes [*sc. Troiae; cf. vs. 4* eruerint]. CVRT. 8, 5, 6 regum. *al.*). Rab. perd. 2 in his rebus (*sc. auctoritate senatus sim.; cf. p. 1032, 63*) -endis (*cf.* off. 2, 3 utinam res p. stetisset ... nec in homines non tam commutandarum quam -endarum rerum cupidos incidisset! *al.* VERG. Aen. 3, 1 res Asiae Priamique ... gentem [*v. supra l. 55*]). Sest. 1 (*syn.* violarint, vexarint, perturbarint). Brut. 238 *Macri* si vita ... mores ... vultus ... non omnem commendationem ingeni -ret. fin. 2, 80. 3, 10 honestum ... quasi virtutis lumen extinxeris et virtutem penitus -eris (SEN. dial. 9, 15, 1). ac. 2, 31 totam vitam ... funditus (Tusc. 3, 58 LACT. inst. 3, 7, 3 *al.*). off. 3, 22 societas hominum et communitas -atur (3, 28 *a dis* constitutam. *cf.* LIV. 34, 31, 6; *syn.* violavi). Att. 11, 16, 2 (*opp.* correxit). ad Q. fr. 3, 2, 1 *al.* LVCR. 3, 84 pietatem ([*F*, -e *rell.*]. Ps. QVINT. decl. 17, 2 p. 303, 4). OV. met. 13, 623 non ... -sam ... cum *Troia* ... esse spem quoque (QVINT. decl. 267 p. 89, 20 adulescentiae ... cupiditatibus). LIV. 30, 30, 21 decora (30, 32, 4; *opp.* cumulaturi). 36, 15, 2 coeptā segnitiā (*cf.* SEN. nat. 4 praef. 15 propositum meum). SEN. contr. 1, 7, 17 quomodo animi magnis calamitatibus -rentur (*sim.* [*cf. p. 1030, 7*]: TERT. anim. 17 p. 325, 2 sensus. DICT. 3, 25 divinitus vobis -sa mens est [AVG. agon. 9, 10 p. 112, 22 ebrietas]. VVLG. act. 15, 24 turbaverunt vos verbis -entes animas vestras [*ἀνασκευάζοντες.* ACT. Petr. 15 non corrumpes a. ... quas -bas et contristabas]. *al. aliter p. 1029, 14. 33*). PHAEDR. 2, 4, 5. SEN. benef. 1, 10, 1 -sos mores (TAC. ann. 14, 20 abolitos paulatim patrios m. funditus). dial. 11, 13, 6 mala. *al.* PETRON. 140, 6. QVINT. inst. 2, 17, 34 non -it opus rhetorice quod efficit ([*antea 30*: destruit; *seq.* solvit]. *cf.* TERT. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 23 totum dei o.). TERT. pudic. 5 p. 227, 11 -endae pudicitiae. anim. 52 p. 385, 4 nihilo refert integram abire corporis navem an dissipatam, cum animae navigatio -atur (*v. p. 1030, 9*). adv. Prax. 29 p. 285, 12 ut *apostolus* duritiam pronuntiationis scripturarum auctoritate molliret et scandalum auditori -ret (*i.* '*demeret*', '*evitaret*'; *cf. p. 1030, 11*). adv. Marc. 4, 4 p. 429, 27 emendator ... evangelii a *Tiberio* usque ad *Antoninum* ... -si Marcion (*i.* '*corrupti*', '*adulterati*' [*v. p. 1030, 8*]. *sic etiam*: 4, 5 p. 432, 7 evangelii veritatem). *al.* CAEL. AVR. chron. 4, 7, 96 bitumen ... saepe ... fastidium ingessit -so appetitu. *et passim.*

β rem publicam, imperium, territorium (cf. p. 1030, 80): QVADRIG. hist. 8 ad rem publicam -endam (CIC. Mil. 24. Phil. 10, 12; *opp.* conservandam. *al.* QVINT. inst. 8, 2, 9 [= SVET. Iul. 53; *verba Catonis*] Caesarem ... sobrium accessisse. *al.* RHET. Her. 4, 28, 38 radicitus -isti [*seq.* deiecisti]. CIC. Verr. II 2, 132 leg. agr. 1, 19. Sest. 5 in ruinis -sae atque adflictae. 67; *opp.* servasset [*al.*]. Phil. 2, 52 [*syn.* deleri]. fin. 4, 65; *opp.* stabilire. off. 3, 4 plura brevi tempore -sa quam multis annis stante r. p. scripsimus [*cf.* Att. 15, 11, 4]. *al.* LIV. 23, 2, 4 [*opp.* incolumi]. *et passim* [*v. et p. 1030, 19. 76*]). CIC. div. in Caec. 7 populatae, vexatae, funditus -sae provinciae (Att. 5, 16, 2 in perditam et plane -sam in perpetuum pr. *al.* BELL. Afr. 26, 3 [*syn.* perire]. *et al.*). Verr. II 4, 76 funditus ... illam (*sc. Segestanorum*) civitatem (Pis. 57 [*syn.* perditae]. leg. 2, 39 totas. Lael. 23 quae tam firma c. est, quae non odiis ... funditus possit -i? *al.* LIV. 30, 16, 6 *al.* Ps. QVINT. decl. 12, 19 p. 235, 23; *opp.* servem. PLIN. paneg. 34, 2 ne fundata legibus c. -sa legibus videretur. PASS. Theclae 9 p. 25, 1 [*Cabcd*; sub- *A*; commovet atque sollicitat *B*]. *al. et passim* [*v. et p. 1030, 59*]). off. 2, 80 Graeciam. Att. 9, 9, 2 perire melius esset in patria quam patriam servando -ere (FLOR. epit. 2, 15, 9). LIV. 34, 4, 2 *luxuria* (*sim.*) omnia magna imperia -erunt (VAL. MAX. 2, 7, 13 SEN. epist. 91, 6. TAC. hist. 1, 30 vitia ... -ēre i. *al.* [*aliter infra l. 67*]). OCTAVIA 816 *Achilles* regna -tit Priami (SIL. 3, 590. *v. et p. 1031, 50*). TAC. hist. 1, 50 prope -sum orbem ... sed mansisse ... imperium (CLAVD. 5, 19). CLAVD. 5, 424 -sis ... Rufinum divide terris. *et al.*

γ rem familiarem, pecunias (aliter p. 1033, 20): CIC. Quinct. 53 hominis propinqui fortunas funditus. Ps. QVINT. decl. 13, 12 p. 257, 23 credo depopulatos agros -sosque (vers- *B V*) reditus. VLP. dig. 47, 6, 1 pr. ne ... *servi* -ant domini patrimonium (AMM. 16, 8, 8. COD. Theod. 8, 5, 7 [*a. 354/360*]. *cf.* CYPR. eleem. 19 p. 388, 10 [*alleg.*] p. deo creditum ... *non* calumnia ... forensis -it). LAMPR. Alex. 20, 4 aerarium (*fere i. q.* '*exhauriret*'). COD. Theod. 12, 1, 14 (*a. 326/353*) decurio -ens fiscalia commoda (*v. adn. crit.*).

2 *strictiore usu*: **a** *i. q. vim, auctoritatem tollendo irritum reddere, resolvere, infringere*: *α in universum*: Ⓘ *incorporalia: varias res, quales ad instituta publ. vel privata (iure, legibus sim. sancta) pertinent*: CIC. Verr. II 2, 46 -e leges, testamenta (*v. infra l. 69*), voluntates mortuorum, iura (*v. infra l. 58*) vivorum (Catil. 1, 18; *syn.* perfringendas. prov. 46; *syn.* perditae. Phil. 1, 19 [*opp.* defenditis]. LIV. 3, 55, 4 consularem l. ... decemvirali potestate. *et al.* *cf.* VLP. dig. 37, 14, 16 pr. legis praeceptum). Verr. II 3, 21 cum haec *iura* essent ita constituta *decumano*, Verres ... inventus est, qui haec non commutaret, sed -ret (*cf.* QVINT. decl. 341 p. 346, 8 publicum. GAIVS dig. 40, 9, 3 aut -ere aut minuere i. electionis. *v. l. 55*). dom. 41 pontifices et ... augures ... tribunatum tuum (*cf.* SALL. or. Lep. 23 tribuniciam potestatem [LIV. 4, 42, 6 *al.*]). Mil. 90 *curiam i. auctoritatem senatus* (*cf. p. 1031, 67*). SALL. rep. 2, 13, 3 utei libertatem -sam restituas. LIV. 8, 30, 11 maiestatem dictatoriam et disciplinam militarem a magistro equitum victam et -sam (8, 34, 3). TAC. ann. 16, 22 imperium (*i. dominationem imperat.*; *seq.* perverterint [*cf. supra l. 36*]). GAIVS dig. 38, 2, 7 iudicium; *opp.* comprobare (VLP. dig. 29, 4, 4, 1). COD. Iust. 3, 28, 35 pr. totam observationem testamentorum ([*opp.* tuetur]. *cf.* 6, 28, 4, 1 filius ... testamentum -bat [*ibid.* 6, 28, 4, 6]. *v. supra l. 54*). 8, 55, 10, 1 donationes (*opp. antea*: firmas illibatasque). Ⓘⓘ *vim corpoream (in re bell. de machinis ita tollendis, ut nil iam valeant)*: VITR. 10, 16, 2 machinationes *oppugnatoriae hostium* ... ex tempore sollerti consiliorum celeritate sine machinis saepius -untur.

β peculiariter: adversariorum dicta, sententias, praecepta sim. argumentando, contra dicendo, disputando (inde ipsos adversarios p. 1033, 11); i. q. refutare, dissolvere sim.: CIC. Mur. 29 vestra responsa atque decreta ... -untur saepe dicendo (*opp.* firma esse). de orat. 2, 161 *Carneades* nullam umquam in ... disputationibus rem defendit, quam non probarit, nullam oppugnavit, quam non -erit. orat. 122 sua confirmare, adversaria -ere. fin. 1, 25. ac. 2, 15 Arcesilas ... constitutam philosophiam (*inde* LACT. inst. 3, 6, 7). 2, 18 ut retineamus eam definitionem, quam Philo voluit

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ere. *al.* SEN. epist. 94, 21. QVINT. inst. 7, 2, 12 ita -so quo defendimur *eqs.* 7, 3, 23 *finitio* duobus generibus -itur, si *eqs. al.* TERT. anim. 24 p. 340, 7 totum illud pariter . . ., cui *eqs.* IREN. 1 praef. 2 *sententiam* (*gr.* ἀνατρέπειν). LACT. inst. 2, 8, 50 quia *Epicurus* nihil novi potuit reperire, ut . . . dissentire a ceteris videretur, vetera voluit -ere. 2, 8, 54 providentiam divinam (*syn. antea*: tollere). *al.* FIRM. math. 1, 1, 3 p. 5, 2 disputationum argumentis vim totam divinitatis (*cf.* AVG. civ. 5, 9 p. 202, 27 D.). AVG. civ. 10, 11 p. 418, 20 D. c. Cresc. 2, 33, 41 p. 400, 18 quid ingeram, quod vestrum -at et absumat errorem (c. Petil. 1, 26, 28 p. 22, 2 *al.*). *al.* BOETH. in top. Cic. 5 p. 356, 38 id quod praecesserat (*opp.* confirmetur). *et al.* *ipsum hominem* (*v. p. 1032, 77*): QVINT. decl. 388 p. 439, 5 dum -ere vis testem, alterum dedisti. AVG. c. Pelag. 4, 6, 15 p. 536, 26 nihil sic -it Pelagianos dicentes *eqs.*

b *t. t. med. de vitiando stomacho* (*cf. p. 1025, 72*): PHILVM. med. 1 p. 105, 8 *cholerico umore in ventre congregato* stomachus -itur *eqs.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 127. 132 *medicamen* quod st. -it. ORIBAS. syn. 4, 19 p. 22 (*Aa, La*) *de cacostomachis*: fenus grecus -it st. et sesamus similiter (*gr. p. 171, 11* ἀνατρέπει).

c *i. q. dilapidare* (*syn. l. 22*), *prodige uti* (*cf. p. 1026, 40; aliter p. 1032, 42*): COD. Theod. 12, 6, 1 (*a. 321*) siquem susceptorem -isse constiterit rationem *eqs.* (*syn. postea*: dilapidavit).

deriv.: eversio, everso, eversor, eversus; ? evertibilis.

ēverv- *v.* everb-.

[GLOSS. V 499, 12 **ēvescor** excomedo (*v.* eviscero).]

ēvestīgiō *v. s.* ex *p. 1091, 53.*

ēvestīgo, (-āvī), -ātum, -āre. *ab* ex *et* vestigo. GLOSS. II 303, 45 ἐξιχνεύω exvestigo, indago, investigo. *i. q. investigare*: SEN. contr. 2, 1 (9), 7 *Crassus* post -ta illa fugitivorum arma urbis Romanae divitissimus. [OV. met. 15, 146 (e- *codd. aliquot recc.*) *v. s.* investigo.]

[**euēthēn** AMM. 22, 8, 33 (*trad.*) *nunc gr.* εὐήθη *ed.*]

PS. SORAN. quaest. med. 198 p. 267, 35 quid est **euexia**? (*i.* εὐεξία). bona aut proba valitudo vel habitudo corporis *eqs.* (*opp. 199* cachexia).

MART. CAP. 8, 816 sicubi . . . circulos perhibebo, ideali quadam prudentia . . . dispensetur. sicque habeatur, cum **ēvexum** (-im R^1, vex- L^1) devexumque (*opp.*) mundum dixero, cum similis cunctis suis partibus sit sublimeturque *eqs.* (*i.* '*rotunda specie sursum directum*'). [*var. l.*: *v. p. 1029, 81.*]

eufr- *v.* euphr-.

POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 9 (*inter natantia*) corvus. pardus. delfin. **euga.** congres *eqs.* ('euca' *accipit Schuchardt, Zschr. Roman. Phil. 30, 1906, 720 et cft. c.* 'nüneuke' *i.* 'Neunauge').

eugae *v.* euge.

PLIN. nat. 27, 82 glaux *herba* (*v. app. cr.*) antiquitus **eugalacton** (erg- *RE, i.* εὐγάλακτον) vocabatur, cytiso . . . similis *eqs.* *K.-M.*

***euge** *interiectio,* εὖγε. *producitur ultima syllaba: in arsi*: PLAVT. Most. 260 TER. Andr. 345. *in thesi*: PLAVT. Bacch. 1105, *ita ut Richter (Studemund Stud. I 516 sqq.) et Lindsay (ubique in edit. Plaut.) scripturam* eugae, *quam praebet Plauti cod. A sexies (v. l. 78. 84. p. 1034, 11 [ter]. 13), cod. B semel (v. p. 1034, 15), praeferant. at v. Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.* eu. *de notione*: GLOSS.^{L} III Abol. EV 16 -e: laetus (-tantis?); alibi 'va', sed hoc duabus partibus Donatus, sive in bona sive in mala (*v. adn.*). 19ª -e: laudatio sive salutatio (*cf.* IV Plac. E 5). V Aa E 607 -e: vox bona praeclara. GLOSS. bene. gaude. *al.* DIOM. gramm. I 419, 9 laudantem ut -e. GRAMM. suppl. 218, 15 SCHOL. Hor. Vind. ars 328, *v. p. 982, 24. cf. p. 1034, 17. 18. 28. 29.* NOT. Tir. 119, 43 -e. 119, 44 -e, -e. *legitur ap.* PLAVT., TER., PERS., MART., GRAMM., QVEROL., VVLG. (*inde ap. Eccl.*), MART. CAP., ENNOD., INSCR.

[*variat c.* fuge (-ae): *v. l. 84. p. 1034, 9. 13. falso trad. pro* fugae: PLAVT. Asin. 555 (*corr. Buecheler*). *probabiliter leg.* fige: ITALA Is. 54, 2 (Hesych. in lev. 25, 31 p. 1125^C) -e, non parcas (πῆξον, μὴ φείσῃ, VVLG. ne parcas); *cf. ibid.* (Hier. in Is. 54, 2 p. 516^C) pelles aulaeorum tuorum fige, ne parcas. CIL IV 1909 *suppl. Zangemeister* (*cf. p. 1034, 6*). PETRON. 58, 3 eug' euge *ex* geuge *coni. Thomas, Stud. z. lat. u. gr. Sprachg. 1912, p. 110* (*cf. vol. VI 2, 1973, 7*).]

interiectio gaudentis, approbantis sim.; fere i. q. eu, recte, bene (*fusius tractat Richter loco l. 50 allato. iteratur: v. infra l. 82. p. 1034, 9. 15. 31. 32. al.* *acced. adv.*: *v. infra l. 75. 82. 83 al.* *seq. vocat.*: *v. l. 78. 80 al.* [*fort. dat.*: *v. p. 1034, 32*; ? *acc. exclamat.*: *v. l. 76*]. super: *v. p. 1034, 34*): **1** *in universum* (*ironice e. g. p. 1034, 1*): **a** *absolute*: PLAVT. Amph. 802 quid postquam lavi? :: accubuisti. :: -e optime. nunc exquire. Bacch. 991 adero. :: ⌊-e (eu *CD*). litteras minutas!⌋ :: qui quidem videat parum; verum, qui satis videat, grandes satis sunt (⌊ ⌋ *sine distinctione Leo, Lindsay*) Epid. 356. Merc. 283 Lysimache, salve. :: -e (-ae *A*) Demipho, salveto (*cf. de salutantibus*: Most. 1076 Stich. 660. TER. Andr. 345 o Pamphile, te ipsum quaero. -e [*v. supra l. 49*], Charine! [*cf.* SCHOL. Ter. p. 84, 3 -e: salve, vox salutantis]). Mil. 241 apud ⟨te⟩ eos hic devortier dicam hospitio. :: -e, -e, lepide, laudo commentum tuom. 967. Most. 587 iam hercle ego illunc nominabo. :: -e strenue. Persa 557 (-ae *A*). Pseud. 323 (fuge *A*). 712 *al.* PERS. 1, 49 recti finem . . .

esse recuso '-e' tuum et 'belle' (*cf.* PRISC. gramm. II 552, 9). 1, 75 -e poeta. 1, 111 -e omnes, ⟨omnes⟩ bene, mirae eritis res (*distinxit post* bene *Buecheler*). 5, 167. MART. 2, 27, 3 effecte! graviter! cito! nequiter! -e! beate! MART. CAP. 8, 809. ENNOD. carm. 2, 60, 7 -e vetustorum reparator, perge, novorum conditor. CIL IV 1590 (*Pompeiis*) -e Issa (1591. *cf.* 1592 ⟨G⟩enialis -e). XI 259, 3 -e, Simon Petre, et . . . suscipe munus (10). *et al.*

b *acced. sententia, qua quasi explicatur -e*: PLAVT. Aul. 677 -e, -e (fuge fuge *cod., corr. Camerarius*), di me salvom . . . volunt (*cf.* Rud. 1037). Bacch. 1105 -e (*v. p. 1033, 49*), socium aerumnae . . . video. Epid. 9 -e (-ae *A*), corpulentior videre. 493 -e, -e (-ae, -ae *A*), Epidice, frugi es. Mil. 213. Most. 312 Callidamates . . . incedit. -e, oculus meus, conveniunt manuplares eccos (*cf.* 686 [-ae *A*, fuge *P*]. Poen. 576 [ecce *P*]. Truc. 503 [*v. adn. crit.*]). 638. Persa 90 me dicit, -e (-ae *B*). 462 -e, -e, exornatu's basilice (*cf.* QVEROL. p. 9, 8). Rud. 164. Truc. 186 *al.* TER. Ad. 911 pater lepidissime. :: -e, iam lepidus vocor (*cf.* SCHOL. Ter. p. 121, 27 -e: secum. congratulantis est). Haut. 677 -e habeo optumam *rationem* (SCHOL. Ter. p. 121, 27 -e: exultat). TERT. adv. Marc. 4, 17 p. 474, 22 -e, Marcion, satis ingeniose detraxisti illi pluvias et soles, ne creator videretur. QVEROL. p. 21, 23. 24, 9. HIER. epist. ed. Morin (Bull. d'anc. litt. 3, 1913) p. 56, 73. VVLG. Matth. 25, 21 (= 25, 23) -e serve bone, . . . quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam *eqs.* ([*gr.* εὖ. Luc. 19, 17, *gr.* εὖγε]. *citant*: PAVL. NOL. epist. 34, 3 p. 305, 15 *al.* EPIST. pontif. 388 Conc.^{S} I 2 p. 94, 14. *et al.*). CYPR. GALL. gen. 615. ENNOD. epist. 2, 28, 2 p. 70, 3. *v. et Hofmann, Umgangsspr., p. 27.*

2 *spectat ad insultationem inimicorum* (*cf.* HIL. in psalm. 69, 3 p. 343, 8 -e -e . . . inridentium vox est *eqs.* CASSIOD. in psalm. 39, 20 p. 293^C -e verbum quidem praeconiale est; sed cum recto animo non profertur, ad derisionem trahitur inferendam): VVLG. psalm. 34, 21 dixerunt (*sc. adversarii*): -e, -e, viderunt oculi nostri (34, 25 non dicant in cordibus suis: -e, -e, animae nostrae [הֶאָח נַפְשֵׁנוּ; *dat.* τῇ ψυχῇ *LXX*; *v. p. 1033, 72*]. 39, 16. 69, 4. Ezech. 25, 3 dixisti: -e, -e super sanctuarium meum, quia pollutum est. 26, 2. 36, 2. *cf.* AVG. in psalm. 24, 3 p. 184$^{p.\,med.}$). *Burckhardt.*

GLOSS.^{L} V Aa E 604 **eugenēs** (*i.* εὐγενής) nobilis seu nobilitas eugenīa (εὐγένεια. *cf.* I Ansil. EV 127 nobilis Graece, Eugenia ergo nobilissima. *v. l. 51 et cf. Onom.*). Corp. E 333 -es nobiles (nobilis *leg.*).

eugeneus, -a, -um. *ab* *εὐγένειος (*cf.* εὐγενής, εὐγένεια). -eus: CATO *l. 45* (*inde* VARRO *infra l. 46*; *at* PLIN. *in eius tem loco afferendo* -i-; *v. l. 46*). -ius: COLVM. *l. 48.* PLIN. *l. 49. 50* (*cf. et l. 41*). *i. q. nobilis, generosus* (*nonnisi de vino, vite; cf. nominis explicationem*: PLIN. *l. 49*): CATO agr. 6, 4 Aminnium *vinum* minusculum et geminum -[a]eum, helvolum minusculum conserito (*inde* VARRO rust. 1, 25, 1. PLIN. nat. 14, 46 -ium; *v. l. 41*). COLVM. 3, 2, 16 frigidum ac roscidum solum . . . commodissime sustine⟨n⟩t -iae (-aginiae *SA*; *v. p. 992, 36*) *vites*, cum sunt in Albano colle (PLIN. nat. 14, 25 -iam *vitem* Taurominitani colles cum generositatis cognomine [*v. l. 44*] misere Albano . . . agro *eqs.* 14, 26 -ia *v.*).

GLOSS.^{L} Corp. E 343 **eugenīa** (εὐγένεια) nobilitas (*v. et l. 37*). *K.-M.*

eugepae *interiectio.* *de origine v. Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.* eu. *fusius tractat Richter, Studemund Stud. I p. 526.* *exclamatio gaudentis, fere i. q.* eu, euge (*ironice e. g. l. 56. 59*): PLAVT. Amph. 1018 sed aedis occluserunt. -ae, pariter hoc fit atque ut alia facta sunt. Capt. 274 -ae, Thalem (euge petalem [*unde* euge potalem P^E] *cod.*) talento non emam Milesium. 823. Merc. 626 di sciunt culpam meam istanc non esse ullam. :: -ae (euge papae *B*), deos absentis testis memoras. Pseud 743 Rud. 170. 437 -ae, salvos sum. Stich. 381. *cf. Hofmann, Umgangsspr. p. 27.* *Burckhardt.*

eugium, -ī *n.* *ab* *εὔγειον (εὔγειον, *cf. Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.*). *de membro muliebri, vagina* (*cf.* NON. p. 107, 26 -um media pars inter naturalia muliebria [*inde* GLOSS. V 641, 24]. *v. Goldberger, Glotta 18, 1930, 58*): LVCIL. 940 (*in vs. corrupto*) Hymnis sine -o ac †destina (*cf. Marx ad l.*). LABER. mim. 25 quare tam arduum ascendas? †an concupisti -um scindere? 140 quae deleritas vos suppolitores facit †cum cano -o puellitari?

AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 42, 2 p. 374, 20 *topazion lapis* est . . . quodam genitali opere naturae **euglyphus** (-f- *AGMPR*, -glif- *NOT*; *i.* εὔγλυφος), hoc est bene insignitus atque mirabilis.

euhagēs. *ab* εὐαγής? (*ab Amm. errore lectum pro* οὐατεις *i.* 'vates' [*sc.* ΕΥΑΓΕΙϹ *pro* ΟΥΑΤΕΙϹ]). -is *nom. pl.* (*sic trad.*; -es *Clark*): *l. 79*; -is *acc. pl.*: *l. 78.* *de certis Gallorum iuxta bardos* (*v. l. 79*) *et druidas* (? *v. l. 78*) *viris venerabilibus* (*cf. Ihm, RE V 1737, 29 sqq.*): AMM. 15, 9, 8 (= TIMAG. frg. 3 II p. 320, 25 sqq. J.) viguere studia laudabilium doctrinarum, inchoata per bardos et -is et dry⟨si⟩das (?, dratis *cod.*; *cf. vol. V 1, 2070, 81*). *ibid.* bardi *eqs.*, -is . . . scrutantes †serviani et sublimia naturae pandere conabantur. *K.-M.*

euhān, εὐάν (εὖ ἄν). *vox bacchantium*: ENN. scaen. 125 pariter -n ⟨euhoe euhoe⟩ euhium . . . iuvenum coetus alterna vice inibat (*affert* CHAR. gramm. p. 314, 9 sqq. B. *propter* euhoe [*suppl. Fabricius*; pariter euchoe neucheum *C*]). NOT. Tir. 106, 3. *v. Onom. s. v.* Euhan. [*Burckhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

euhāns, -ntis. [*ab* euhān *more participiorum formatum. W.* (*cf. Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.*).] *scribitur*: euan-: CATVLL. 64, 391, *v. l. 9.* SERV. Aen. 6, 517 *ASRH, v. l. 12. al.* (h)euuan-: OPT. PORF. 27, 6 *QWv, v. infra l. 17.* SERV. Aen. 6, 517 *C. al.* ? heuan-: APVL. met. 8, 27, *v. adn. crit.* GLOSS.^{L} V Aa E 583 -is (-es): furientes vacantes (baccha-). [APVL. met. 4, 8 *coni. Heinsius.*] *i. q. gr.* εὐάζων '*euhan*' *clamans* (*pendet acc.*: *l. 11* [*i. fere* '*orgia celebrantes*', *v. Norden ad l.*]. *latiore sensu fere i. q. furens v. l. 14*): CATVLL. 64, 391 Liber ... Thyiadas effusis -īs crinibus egit (PROP. 2, 3, 18 -es [eufau-, eu *ex* en *F*] dux Ariadna [*v. adn. crit.*] choros). VERG. Aen. 6, 517 *Helena*, chorum simulans, -īs orgia circum ducebat Phrygias (SERV. *ad l.* -is Phrygias: aliter non stat versus. '-es' autem bacchantes a Libero, qui Euan dicitur [*cf.* PRISC. gramm. II 220, 1]). SIL. 1, 101 non ille (*Hannibal*) -is Massylae (*i. Libycae vatis*) palluit iras. APVL. met. 8, 27 *deae Syriae sacerdotes* -es exsiliunt incitante tibiae cantu lymphaticum tripudium. OPT. PORF. 27, 6 -īs Satyros.

CIL VI 180 Romuli, **euhēmerī** (*i.* εὐημέρει, '*bonam vitam agas*'. *cf. Dessau 3703 adn. et v. p. 1005, 68. 73*).

CIL IX 686 Dianae **eu⟨h⟩ierō** (-miero *trad.*; *i.* εὐιέρῳ '*sanctissimae*') templum cum ara L. P(ublius) *eqs.*

euhius, (-um *et* -on, *v. l. 24*) *v. Onom. s. v.* Euhius. *acc. pro mera exclamatione bacchica adhibitus esse videtur*: ENN. scaen. 125 *v. p. 1034, 82.* NERO carm. frg. 3 M. -on ingeminat. *cf.* OV. ars 1, 563, *v. l. 44.*

euhoe, εὐοῖ (εὐ οἵ). *scribitur* euhe, euohe, heuhoe, euoe *al.*, *v. l. 37. 39. 43 et cf. Neue-Wagener, Lat. Formenl. II^3 995.* PRISC. gramm. III 91, 4 sonituum illiteratorum imitationes, ut risus 'ha ha hae' et 'phy' et '-oe' et 'au'. 91, 27 proprie ... voces interiectionum primitivae sunt, ut 'papae, ... -oe, ohe'. GLOSS. ἐπίφθεγμα εἰς Διόνυσον. *vox bacchantium* (*v. infra l. 38. 45.* PROB. inst. gramm. IV 146, 5 aut bacchamur, ut puta '-oe'. *extra verborum consecutionem ponitur*: *infra l. 36*): ENN. scaen. 125 *v. p. 1034, 82.* PLAVT. Men. 835 -oe atque -oe (*Lindsay*; eubi [eum *B*^{1}] atque heu *cod.*; -oe, Bacche, *Richter, Leo*; euhan -oe *Heraeus in schedis*) Bromie. CATVLL. 64, 255 quae (qui *V*) ... furebant -oe bacchantes, -oe capita inflectentes (euche *codd. utroque loco*). VERG. Aen. 7, 389 -oe (euhie SCHOL. Hor. carm. 2, 11, 17) Bacche fremens ([SERV. *ad l.* vox bacchantum est]. OV. met. 4, 523 [euhe *fere codd.*]). HOR. carm. 2, 19, 5 *sqq.* -oe ... mens trepidat metu plenoque Bacchi pectore turbidum laetatur! -oe, parce Liber ([*inde* IVV. 7, 62 satur est cum dicit Horatius '-oe', *quem vers. citat* SIDON. epist. 8, 9, 1]. PRISC. gramm. III 73, 18 Horatius in carminibus: heu hoe Bacche precor). OV. ars 1, 563 pars clamant Euhion, '-oe' (3, 157). met. 6, 597 (*v. adn. crit.*). PAVL. NOL. carm. 19, 281 -oe, Bacchi sonum, ... imitantur. *Burckhardt.*

ēvibrisso, -āre. *ab* ex *et* vibrisso. TITIN. com. 169/170 si erit tibi cantandum, facito usque exvibrisses (*cf. Paul. Fest. p. 370* vibrissare est vocem in cantando crispare; *seq. vs. Titinii*).

ēvibro, (-āvī, -ātum), -āre. *ab* ex *et* vibro. **1** *proprie i. q. extra, foras vibrare, torquere*: AMM. 24, 4, 16 scorpiones ... rotundos lapides -bant. **2** *trslt. i. q. excitare (syn. l. 53), instigare, pellere (acced. ad l. 55)*: GELL. 1, 11, 1 Lacedaemonios ... *tibiis* ... in proeliis ... usos ... non ... ut excitarentur atque -rentur animi *eqs.* (*opp.* moderatiores modulatioresque). AMM. 14, 1, 10 *Thalassius* eum (*Caesarem*) ad rabiem potius -bat (*opp.* mitigabat; *seq.* Caesar ... efferatus).

ˣ**ēvictio**, -ōnis *f.* *ab* evincere. *i. q. actio evincendi*: **1** *t. t. iur., i. q. vindicatio vel recuperatio rei alcis., quam quis emptor a venditore quodam (non domino) acquisierat, per iustum dominum* (*saepius in locum vocis q. e.* 'auctoritas' [*sc. ea quae est venditoris rem quamcumque mancipantis*] *supponi vix mirum, quia ex hac ipsa notione originem duxisse videtur. de re cf. Mommsen, Ges. Schr. III p. 462. 568; Leonhard, RE V 2538, 22 sqq. s. v. emptio; E. Rabel, Haftung des Verkäufers wegen Mangels i. Rechte [1902]. et al.* *legitur saepe in* DIG. *inde ab* IAVOL., NERAT., *semel* COD. Theod. [*v. infra l. 81*], *crebrius* COD. Iust. *cf. imprimis* DIG. 21, 2 de -bus. COD. Iust. 8, 44): IAVOL. dig. 21, 2, 60 quantum venditorem pro -e praestare oporteat (NERAT. dig. 21, 2, 48 ob ... -em id praestari debet. *al.* POMPON. dig. 13, 7, 8, 1 si ... mancipia ... quaedam ... ita vendiderit creditor, ut -em eorum praestaret. PAPIN. frg. Vat. 12 -is securitatem. VLP. dig. 19, 1, 10 duas -es. COD. Iust. 2, 23, 1 [*a. 194*] periculum -is. *al.*). *ibid.* nihil venditor praestabit praeter simplam -is nomine (CELS. dig. 21, 2, 10. *saepe.* COD. Iust. 8, 44, 30; *a. 294. al.*). CELS. dig. 21, 2, 62, 1 de -e obligatio (*cf.* AFRIC. dig. 21, 2, 46, 1 -is o. contrahit. *al.*). 21, 2, 62, 2 de -e actio (*al. cf.* PAPIN. dig. 21, 2, 66, 1 pro -e. *al.* 41, 2, 49, 2 -is a. *al.*). IVLIAN. dig. 21, 2, 39 pr. sibi ... de -e stipulationem ... dari (*al. cf.* SCAEV. dig. 21, 2, 69, 3 -is st. contrahi. *al.*). GAIVS dig. 21, 2, 6 pro -e caveri (*al.* VLP. dig. 7, 6, 5, 5 de -e. *al.*). MARCELL. dig. 17, 1, 49 de iure -is ... quaesitum est. PAPIN. dig. 21, 2, 66, 2 damnum -is ad personam pertinuit emptoris 21, 2, 67 post -em servi. *et passim* (*v. V. i. R.*). COD. Theod. 13, 6, 6 (*a. 372*) nisi maluerint hi ... onus agnoscere ... -is ac melioratae rei ... inspectione habita. COD. Iust. 7, 37, 3 pr. vel -is vel alterius inquietudinis gratia. *saepius* (*v. ind. Cod. Iust.*). *translate*: AVG. gest. Pelag. 8, 21 p. 74, 11 non ... natura ... nec legis scientia, per quam fit concupiscentiae cognitio, non -o (e vitio *UF*) liberat a corpore mortis huius sed gratia domini.

2 *i. q. devictio* (*cf.* GLOSS. -o ἐκνίκησις): PHILOCAL. fast. Oct. 28 (CIL I^2 1 p. 274) -o tyranni (*pertinet ad Constantini de Maxentio victoriam a. 312 reportatam*). *K.-M.*

ˣ**ēvidēns**, -ntis. [ex *et* videri. *W.*] *abl. sing. ubique* -i *excepto* -e PLIN. nat. 37, 44 -e causa (*BFh*, -ta *d*, videntur *rell.* [*mutatis praeced. verbis*]; -i ⟨de⟩ c. *dubitanter Mayhoff*). *compar.*: CIC. nat. deor. 2, 5 Lael. 27 LIV. 44, 41, 6. *et al.* *superl.*: LIV. 8, 9, 12 VAL. MAX. 1, 6, 11. 3, 2 ext. 9. *et saepe.* *adv.* evidenter *v. p. 1037, 55.* *de notione*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 416, 17 B. aperta ... -ia. p. 422, 21 dilucida -ia. GLOSS.^{L} II Abav. EV 13 apertum, patens, extensum, efficax (V Aa E 616). Philox. EV 13 πρόδηλος, φανερός, ἐναργής. NOT. Tir. 25, 44. *redduntur e Graeco*: δῆλος: *v. p. 1037, 36.* ἐμφανής: *v. infra l. 34.* ἐναργής: *v. l. 43. 78.* ἐπίδηλος: *v. infra l. 75.* ἐπιφανής: *v. infra l. 28.* ἐνεργής: VVLG. I Cor. 16, 9 ostium ... mihi apertum est magnum et -s (*inde* PELAG. in I Cor. 16, 9 p. 227, 20 S.). Philem. 6 communicatio fidei. *legitur non nisi in pedestri sermone inde a* CIC., *deest e. g.* CAES., TAC.; *frequentant* ICTI. [*var. lect.*: PS. VARRO sent. 46 G., *v. p. 426, 55.* *falso trad., ut vid.*: APVL. Plat. 2, 26; *v. p. 1038, 25.*]

i. q. cerni potest: **I** *proprie*: *de iis fere rebus, quae visu* (*gustu*: *l. 29*) *percipiuntur*: CELS. 4, 1, 13 abdomen ... ab exteriore parte -i cute, ab interiore levi membrana inclusum. PLIN. nat. 11, 100 in quo (*sc. in muscarum genere*) lingua -s fistula est. 11, 219 arteriarum pulsus in cacumine maxime membrorum -s. 11, 235 papillas (*Aristot. hist. an. 13 p. 504^b, 23* ἐπιφανεῖς). 13, 43 pomum ... a ceteris generibus distans sapore quodam ferinae (*sc. carnis*) in apris -issimo (*v. adn. crit.*). 19, 110 incisuris eius (*i. folii*) -bus (*opp.*: levioribus). 21, 104 flos ... non -s (nonne videns *V*), sed intus occultus (*Theophr. hist. plant. 7, 15, 3* ἄνθος οὐ προϊὸν οὐδὲ ἐκφαῖνον). VLP. dig. 14, 3, 11, 3 non in loco remoto, sed in -i. 21, 1, 14, 10 *cicatrix.* VVLG. sap. 14, 17 imaginem regis (ἐμφανῆ). AVG. quaest. hept. 6, 9 p. 426, 16 ille ... -i igne crematus sit (*ibid.* visibilis ignis). PHYSIOGN. 53 p. 73, 3 cervix ... nervis -bus tenta (tensa *A*, extenta *Mo*) est (*gr. I p. 367, 4* τράχηλος νεύροις κατατείνεται). LEX Visig. 10, 3, 3 *lapides* propter indicia terminorum notis -bus sculptos. *et al.*

II *translate*: **A** *fere i. q. manifestus, perspicuus, apertus*: **1** *pro adi.*: **a** *varia ex usu* (*de animantibus v. l. 60 sqq.*): CIC. ac. 2, 18 plerique ... definitiones ... -ium rerum non improbant (2, 46. LIV. 39, 34, 6 [*opp.* dubia]. *et saepe*). Tim. 31 mensura (*gr. p. 39^B* μέτρον ἐναργές τι). nat. deor. 2, 5 qui ... est hoc illo -ius? 3, 9. top. 97 narrationes ... ut planae sint, ut breves, ut -es, ut credibiles (*inde* QVINT. inst. 4, 2, 64. *cf. p. 1038, 37 sqq.*). LIV. 6, 8, 6 maxime id -s fuit, cum *eqs.* (8, 9, 12). 28, 16, 12 non tam -i ... subitae mutationis causa ([*seq.*: sine probabili causa]. 44, 41, 6. CELS. 1 prooem. 13 [*opp.* abditarum]. 1 prooem. 18 -es ... *causas* appellant, in quibus quaerunt, initium morbi calor attulerit, an frigus *eqs. al.* PLIN. nat. 7, 181 *al. et saepe*). *al.* VAL. MAX. 9, 5 ext. 1. CELS. 7 praef. 1 est ... *medicinae partis, quae manu curat,* effectus ... -issimus (*cf.* 7 praef. 2). SEN. epist. 13, 12 metum. PLIN. nat. 2, 76 ratio (9, 71 VLP. dig. 30, 34, 3. *et saepe*). *al.* QVINT. inst. 5, 10, 7 ἀπόδειξις est -s probatio (CELS. dig. 5, 3, 45 nisi si -issimis probationibus possit ostendere [VLP. dig. 12, 4, 6 *al.* COD. Iust. 3, 33, 13, 3 *al.*, *v. Krüger, ALL 10, 1898, 252, qui Dig. locos pro interpol. accipit*]. VLP. dig. 40, 12, 27, 1. *cf.* APVL. met. 10, 11 argumentum [AMM. 15, 6, 2. *et al.*]. AMM. 16, 1, 3 *documentum* [27, 2, 9. *et al.*]. *et sim. al.*). QVINT. inst. 9, 2, 52 hac -ior figura (*sc. ironia*) est. VLP. dig. 30, 74 voluntas (32, 73, 4 *al.*). HILARIAN. pasch. 1 p. 1106^D haud ... -issima responsione (RVFIN. hist. 1, 2, 11. *et al.*). TRACT. in Luc. 1, 6 probatorem -issimum dominum possidebant (*cf.* COD. Theod. 11, 36, 30 [*a. 385*] debitores. LEX Visig. 10, 3, 4 -bus inspectoribus fines ... cognoscuntur [*i.* '*certis*'; *cf. legem subseq.*]. *sim.*: AVG. civ. 19, 4 p. 359, 20 D. sapientia -issima testis est). COD. Theod. 9, 1, 3 (*a. 322*) cum ius -s adque manifestum sit, ut *eqs.* ([COD. Iust. 7, 14, 9 pr.; *ca. a. 294*]. *cf.* COD. Iust. 6, 29, 2 [*a. 294*] iuris -issimi est. *al.*). SEDVL. op. pasch. 2, 9 p. 209, 9 -issimis aspectibus ... credamus (*opp.* somnio). *talia saepe.*

b *specialia quaedam*: **α** *de ominibus sim.*: LIV. 5, 51, 4 tam -s numen ... adfuit ..., ut omnem neglegentiam divini cultus exemptam hominibus putem (*cf.* APVL. met. 11, 13. 21 [*coniunct.* perspicua]. *inde personate*: CIL XIV 44, 2 numini -issimo Minervae Aug(ustae) sacrum). VAL. MAX. 1, 6, 11 M. Crassus ... -issimis ante tantam ruinam monstrorum pulsatus ictibus. SVET. Iul. 81, 1 prodigiis. Aug. 97, 1. Nero 6, 2 futurae infelicitatis signum (*al.* VVLG. II Macc. 15, 35 auxilii dei [ἐπίδηλον]. *et al.*). 46, 1 *portenta* somniorum et auspiciorum et ominum (IVL. VAL. 3, 54 mirum p. atque -s ad exitum. *et al.*). CIL III 427 (*aet. Severi*) -i in⟨lustrique provi⟩dentia (*ibid. gr.* ἐναργεστάτης). AVG. civ. 1, 8 p. 13, 18 D. si non eas (*res secundas*) deus ... -issima (sapientiss- *A*, scientiss- *p*) largitate concederet. 16, 43 p. 194, 22 adtestabatur ... -issima mirabilibus signis vocibusque divinitas. *et sim. al.* **β** *de delictis sim.* (*de maleficis p. 1037, 4 sq.*): VAL. MAX. 6, 3, 8 in tam -i scelere. 8, 1 absol. 8 facinora. 9, 4, 1 fraus (VLP. dig. 1, 12, 1, 7). 9, 15, 1 mendacium (ARNOB. nat. 2, 56 p. 92, 11 [*coniunct.* manifestum]. *et al.*). SVET. Iul. 54, 3. VLP. dig. 9, 4, 8

[*Burckhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iniuria. *al.* PAVL. dig. 12, 6, 65, 1 calumnia (APVL. apol. 45. *et al.*). *al.* MAXIMIN. c. Ambr. 97 -s ac (ad *trad.*) publicum latrocinium. *et sim. al.* AVG. in psalm. 77, 30 p. 1003 fin. ut eos (*Aegyptios*) ... in manifesta scelera producens, in -issimos impios evidentissime vindicaret. PS. AVG. serm. ed. Mai 27, 1 *traditor.* EPIST. pontif. 665 (*Gelas.*) p. 32, 3 Schwartz alicui forsitan -iori ... communicare ... haeretico.
γ *de rebus sine dubio eventuris, fere i. q. certus*: CELS. 2, 8, 33 mors (CLAVD. DON. Aen. 12, 120 p. 566, 26 *al.*). APVL. met. 3, 29 exitium. PRISCILL. tract. 7 p. 83, 9 poena (*al.*). CLAVD. DON. Aen. 2, 650 p. 234, 14 malum (3, 60 p. 272, 16 *al.*). 6, 690 p. 598, 18 periculum (*saepe*). SACR. Leon. 386 tristis aculeus -is inferni (*385* saevientis inferni. *cf. Vulg. I Cor. 15, 56*).

2 *neutr. pro subst.*: **a** *plur.*: CLAVD. DON. Aen. 2, 730 p. 246, 2 animus ... vera et -ia non sentit et falsa pro veris admittit. AVG. civ. 18, 23 p. 285, 3 D. quae (*Sibylla Erythraea*) ... cognoscitur de Christo -ia multa cecinisse (*seq.*: manifesta). in psalm. 64, 4 p. 776 p. init. cantemus ... donec ad -iora perveniamus. **b** *sing.*: in -i *fere i. q. in aperto*: CLAVD. DON. Aen. 1, 50 p. 24, 16 ultionis spes in -i constituta. 1, 560 p. 111, 23 aperuit quod fuerat in -i. *ibid. l. 24.* FVLG. myth. 2, 3 nocet malitia, aut in -i ut potentior ... aut occulte ut ... latro. AVG. in euang. Ioh. 32, 6 p. 1644 p. med. in -i est intellectus. EPIST. pontif. 391 Conc.S I 2 p. 108, 5. *cf. et infra l. 31. 33. 37. 41.* in (ex) -i *i. q. evidenter, manifesto*: FVLG. myth. 3, 4 hoc in -i significans. COD. Theod. 1, 5, 3 (*a. 331*) si ... ex -i claruerit.

B *spectat ad dignitatem: fere i. q. clarus*: BELL. Alex. 49, 2 neque ullum genus quaestus (quaestuis *A. Klotz, v. adn. crit.*) aut magni et -is aut minimi et sordidi praetermittebatur.

structurae ad II A: **1** *pendet enunt.*: **a** *acc. c. inf.*: -s est: CELS. 4, 31, 9 cum -s sit, omni purgatione ... superiora ... exinaniri. SVET. Vit. 7, 1 VLP. dig. 3, 3, 40, 4 CHALC. comm. 60 p. 129, 1 HIER. in Gal. 4, 24 p. 390 A. *et al.* in -i est (*cf. supra l. 18*): COD. Theod. 2, 27, 1, 2 (*a. 421*). **b** *interrog. obl.*: CLAVD. DON. Aen. 1, 705 p. 138, 4 in -i est ... quanta ... fuerit multitudo. **c** quia (*cf. gr. l. 36*): AVG. serm. coll. Morin p. 385, 11 nihil manifestius, nihil -ius, quia die pentecostes acceperunt legem Iudaei. PS. AVG. quaest. test. I 47, 5. 114, 25. CONC.S I 5 p. 48, 19 (*gr. I 1, 1 p. 31, 4* δῆλον ... ὅτι). AVELL. p. 737, 23 cum in -i sit, quia *eqs.* **d** quod: SALV. gub. 3, 4 p. 43, 2. **2** *supin.*: APVL. met. 1, 3 quae si paulo accuratius exploraris, non modo compertu -ia, verum etiam factu facilia senties. **3** *inf.*: CLAVD. DON. Aen. 1, 230 p. 52, 25 'meus' quam vim ... habeat in -i est nosse (10, 460 p. 351, 18).

syn. et iuxta posita: apertus: CLAVD. DON. Aen. 2, 550 p. 225, 4. 6, 690 p. 598, 18. *et al.* certus: NICET. spir. 3 p. 21, 5. clarus: AVG. spir. et litt. 7, 12 p. 164, 4. *et al.* expressus: AVG. in euang. Ioh. 19, 17 p. 1554 p. init. indubitabilis: MACR. somm. 1, 20, 20. indubitatus: AVG. civ. 14, 13 p. 34, 11 D. manifestus: *v. p. 1036, 64 al.* MAXIMIN. c. Ambr. 136. *et al.* perspicuus: *v. p. 1036, 70.* CIC. ac. 2, 46. *et al.* praeclarus: AVG. epist. 140, 78 p. 226, 18. probabilis: *v. p. 1036, 47.* publicus: MAXIMIN. c. Ambr. 97. visibilis: *v. p. 1036, 35.*

opposita: abditus: *v. p. 1036, 47. al.* dubius: *v. p. 1036, 42.* CELS. 1 prooem. 52. incertus: CELS. 1 prooem. 52. obscurus: CELS. 1 prooem. 74 VLP. dig. 10, 4, 3, 13. occultus: *v. p. 1036, 31.* AVG. civ. 20, 24 p. 469, 24 D. remotus: *v. p. 1036, 33.*

adv. ×**ēvidenter.** *compar.* -ius *inde ab* IVLIAN. dig. 18, 5, 5 pr., *notione positiva e. g. infra l. 82. al.* *superl.* -issime *inde a* SVET. Tib. 45. *de prosodia*: ēvī-: PAVL. PELL. 270 (*cf. Petschenig p. 319. an* nostrí | ĕvĭ-?). GLOSS.L II Philox. EB 3 φανερῶς, περιφαινος (-φανῶς). EV 15 ἐμφανῶς. V Abba EV 21 manifeste. GLOSS. ἐπιφανῶς. ἐναργῶς. προδήλως. σαφῶς. aperte. clare. perspicue. *respondent in Graecis*: ἀναφανδόν: RVFIN. hist. 5, 8, 6. διαρρήδην: THEOPHIL. ALEX. praef. 1. ἐναργῶς: CONC.S I 5 p. 53, 43 *al.* ὁμολογουμένως: CONC.S I 3 p. 30, 17 *al.* παρρησίᾳ: *v. p. 1038, 3.* προφανῶς: CONC.S I 4 p. 76, 15. σαφῶς: HEGES. 1, 40, 11 p. 91, 22 *saepe.* τὸ ἀληθές: HEGES. 4, 6, 4 p. 249, 4. τρανῶς: EVSTATH. Bas. hex. 9, 6 p. 964 C. τῷ ὄντι: CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 126, 11 (*gr. Plato, Phaedo p. 66 D*). *legitur inde a* LIV., *crebrescit ap. posterioris aetatis scriptores.*
i. q. aperte, manifesto, clare (*abundanter positum v. l. 80 sq.*): **1** *c. verbis* (*v. et l. 4*): LIV. 6, 26, 7 cum tam -r paenituerit. 34, 54, 8 arguit. CELS. 2, 33, 6 quid *quis* -r compererit. 3, 18, 11 SCRIB. LARG. 77. QVINT. inst. 8, 3, 86 non ... satis eloquentiae ... clare atque -r ostendere (PAVL. dig. 31, 85 CHALC. comm. 312 p. 339, 6. *et saepe*). SVET. Tib. 45 -issime apparuit (IVLIAN. dig. 18, 5, 5 pr. *al.* OPTAT. 1, 10 p. 13, 3 [*antea*: manifestissime constet]. AMM. 15, 13, 2. *et passim*). CHAR. gramm. p. 147, 27 B. videre (ITIN. Anton. Plac. rec. A 46 p. 190, 2. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 5, 15 p. 427, 19 nec maria -r cernantur aut sidera). SCAVR. gramm. VII 25, 15 -r sonus huius litterae exprimitur (VLP. dig. 28, 6, 24 AMBR. patr. 4, 18 p. 134, 16. *et saepe*). VLP. dig. 26, 8, 1 pr. -r ... sua auctoritate rem adquirit (*cf.* LEX Visig. 3, 2, 2 ut bona eiusdem mulieris ..., si sunt ... idonei filii, -r obtineant [*item abundanter, ut vid.*: 5, 6, 3 de pretio venditi pignoris creditor, quantum ei debetur, sibi -ius tollat]). IVLIAN. dig. 34, 5, 13, 2 idem ... est -r. APVL. met. 11, 22 monuit. *al.* PS. TERT. adv. Iud. 9 p. 725, 30 Oe. -r propheta in sequentibus dicit (RVFIN. Adamant. 1, 15 *al.* AVG. civ. 4, 31 p. 186, 1 D. *et saepe*). ITALA Ioh. 16, 25 (cod. e) quando iam non in proverbiis loquar vobis, sed -r de patre nuntiabo vobis ([παρρησίᾳ, VVLG. palam]. FILASTR. 107, 7). AVG. civ. 13, 19 p. 581, 20 D. corpus animantis, quod -r vivebat, -r emoritur. COD. Theod. 16, 5, 54, 3 (*a. 414*). *et passim.* *c. ellipsi verbi*: DIOM. gramm. I 381, 18 denique -r (*b*, videnter *B*, videntur *AM*) 'fluvidum *eqs.*' **2** *adiunctum adi., subst.* (*v. l. 12*): VAL. MAX. 6, 2, 4 eum ... -r nocentem ([9, 1, 7]. *cf.* 8, 1 absol. 11 noxiis). IVLIAN. dig. 50, 17, 65 ab -r veris. GAIVS dig. 2, 8, 5, 1 -issime locupletem vel, si dubitetur, adprobatum fideiussorem. PHYSIOGN. 6 p. 10, 4 pupillae ... subnigrae ⌊vel -r nigrae⌋ (⌊ ⌋ *om. CES*). 11 p. 18, 6 furiosus. PAVL. PELL. 270 nostri -r honores (*pro adi.* '*evidentes*'; *vix ad verbum* obfuerint *pertinens*).

syn. et iuxta posita ad 1: absolute: COD. Theod. 11, 16, 20 (= COD. Iust. 10, 48, 15; *ca. a. 395*). aperte: AVX. Maximin. c. Ambr. 42 RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 64, 3 B. *et al.* clare: *v. p. 1037, 71.* expresse: AVG. civ. 9, 23 p. 399, 14 D. familiariter: RVFIN. hist. 1, 2, 6. manifeste: *v. p. 1037, 74.* RVFIN. epist. Clement. 18. *et al.* palam: *v. l. 3.* RVFIN. hist. 5, 8, 6.

oppos.: latenter: AVG. c. Faust. 12, 36 p. 630, 7 epist. 130, 18 p. 61, 11 *al.* obscure: CLAVD. DON. Aen. 4, 35 p. 360, 16.
deriv.: evidentia.

×**ēvidentia,** -ae *f.* *ab* evidens (*vox a* CIC. *ad ex. gr.* '*ἐνάργεια*' *formata. v. l. 32*). [*ex coni.*: APVL. Plat. 2, 26 est ... alia ... civitas *a Platone* fabricata, non ut superior sine evidenti⟨a⟩ (*suppl. Scaliger*), sed iam cum aliqua substantia.]

I *i. q. condicio rerum (et corporearum et incorporearum. animalis v. infra l. 74), quae manifesto sub conspectum vel intellectum hominum cadunt* (*tam c. not. q. e.* '*evidentem esse*' *vel* '*fieri*' *quam [rarius, v. e. g. infra l. 41. 47]* '*evidentem reddere*'): **A** *speciatim redditur vox gr.* ἐνάργεια: **1** *t. t. philos.*: CIC. ac. 2, 17 quod nihil esset clarius ἐναργείᾳ — ut Graeci, 'perspicuitatem' aut '-am' nos, si placet, nominemus, fabricemurque si opus erit verba ... — sed tamen orationem nullam putabant inlustriorem ipsa -a reperiri posse. *ibid.* alii ... negabant se pro hac -a quicquam priores fuisse dicturos. AVG. c. acad. 3, 10, 22 p. 62, 16 evigilavit Carneades ... et circumspexit rerum (*cf. infra l. 48. 70*) -am. **2** *t. t. rhet.*: *i. q. narrandi genus, quo res tamquam ante oculos ponuntur* (*distinguitur a* '*perspicuitate*' *l. 43.* QVINT. inst. 8, 3, 61. *v. Ernesti, Lex. techn. Lat. rhet. s. v.*): QVINT. inst. 4, 2, 63 sunt qui adiciant his (*sc. expositionis iucunditati eqs.*) -am, quae ἐνάργεια Graece vocatur. 4, 2, 64 -a in narratione ... est quidem magna virtus, cum quid veri non dicendum, sed quodammodo etiam ostendendum est, sed subici perspicuitati potest (6, 2, 32 insequitur ἐνάργεια, quae a Cicerone inlustratio et -a nominatur, quae non tam dicere videtur quam ostendere. 8, 3, 61). 9, 2, 40 quem locum (*sc. sub oculos subiectionem*) ... subiecimus -ae. *cf. etiam p. 1039, 6.* *inde fere i. q. dilucida expositio*: BOETH. arithm. 1 praef. p. 5, 3 ut ... ad -am rerum (*cf. supra l. 37*) nostris etiam formulis ac descriptionibus uteremur.

B *latiore usu* (*syn. substantia: l. 54; cf. supra l. 26. fere i. q. testimonium: l. 56. audaciora v. infra l. 73*): **1** *absolute*: VAL. MAX. 1, 7 ext. 10 proximum somnium ... propter nimiam ... -am ne omittatur impetrat (*cf.* APVL. Plat. 1, 5 corpora propter insignem -am sui simili iudicio cognosci [*ibid.* substantiam]). CELS. 1 prooem. 58 ipsa -a eius opinioni repugnat (AVG. conf. 11, 4, 6 vox dicentium est ipsa -a. pecc. mer. 1, 35, 65 p. 65, 25 [*seq.*: res ... manifestior est]). AVG. civ. 12, 28 p. 556, 11 D. nondum ... secundum -am, iam tamen secundum dei praescientiam. pecc. mer. 2, 13 p. 85, 3 (*spectat ad verba Danielis*) quis huic -ae contradicit, nisi quem plus delectat defensare quod sentit quam quid sentiendum sit invenire? (*cf.* serm. 242, 1, 1 p. 1139 med. contra istam -am disputant homines. *sim. al.*). *al.* **2** *acced. gen. obi.*: EPIST. procur. de salt. Bur. I (CIL VIII 10570) 2, 21 (*a. 180—183*) cu⟨ius nostrae in⟩iuriae -a ... ⟨inde profec⟩to potest aestimari (*cf.* AVG. c. Faust. 16, 11 p. 449, 14 si fuerit -a clarioris veritatis obpressus [adv. Don. 7, 8, 11 p. 108, 26 *al.*] FVLG. RVSP. epist. 3, 33 p. 537 B -am suae imbecillitatis et egestatis agnoscat). ARNOB. nat. 5, 38 p. 208, 7 omne quod gestum est et in alicuius operis -a constitutum. AVG. civ. 19, 18 p. 387, 1 D. credit ... sensibus in rei cuiusque -a (c. Faust. 13, 10 p. 389, 18 rerum. *al. cf. supra l. 37*). quaest. hept. 7, 49 p. 488, 12 mirabilis signi. in psalm. 58 serm. 1, 22 p. 705 fin. AVELL. p. 275, 15 erubescentes -am praedictorum (*gr.* [*v. in adn. crit.*] τῶν εἰρημένων τὸ προφανές). *et al.* *audaciora*: *fere i. q. apparentia manifesta*: VVLG. II Macc. 3, 24 *deus* magnam fecit suae ostensionis -am ...; apparuit ... equus terribilem habens sessorem (ἐπιφάνειαν μεγάλην ἐποίησεν). *fere i. q. potentia evidens*: AVG. in psalm. 54, 20 p. 642 med. quomodo in haeresi remanebit ad tantam -am sanctae catholicae? APRING. in apoc. 5, 1 mundum virtute potentiae circumscriptum vel rimatum interius -a maiestatis.

epitheta ad I B: corporalis: AVG. serm. 242, 2, 2 p. 1139 fin. personalis: EPIST. pontif. 670 (*Gelas.*) p. 94, 16 Schwartz (-am *Zs*, dividentium *B*).

II *de qualitate translucida, i. q. perluciditas*: **1** *proprie*: IVL. VAL. 2, 24 *Alexander* delectatus eius (*sc. fluminis*) -a
[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf. Ps. Callisth. 2, 8, 1* καθαρὸν δὲ τὸ ὕδωρ ἐστίν). 2, 29 ut propter saxi illius -am (-a *P*) capilli etiam conditi cadaveris viserentur (*cf. Ps. Callisth. 2, 18, 1* ὕελος περιεκέχυτο αὐτῷ). 2 *translate*: AVG. soliloq. 1, 1, 4 p. 871$^{med.}$ *de deo*: una aeterna vera substantia ..., ubi summa concordia, summa -a (*opp.*: confusio). doctr. christ. 4, 10, 24 p. 99$^{med.}$ *in oratione* -ae diligens appetitus aliquando neglegit verba cultiora (*cf.* PS. PROSP. vocat. gent. 2, 7 p. 692^{B} haec magistro gentium tanta luce, tanta -a praedicante. *aliter v. sub I A 2*). *ibid. al.* serm. 362, 28, 29 p. 1633$^{p. init.}$ verum ... certissima -a contuebimur.

? **ēvideo,** -ēre. GLOSS. V 291, 20 -et praevidit (generosus *ad 19 spectare videtur*).

ēvideor, -ērī. *retrograde q. v. formatum ab* evidens; *v. Brender, Rückläuf. Ableit. p. 54.* *i. q. videri*: ARNOB. nat. 2, 54 p. 90, 16 incipient -eri (videri *Sab.*, e⟨videnter⟩ videri *Brakman*) aut eo invito res pessimae fieri aut ... ignaro ac nescio. *Burckhardt.*

ēvigēsco, -ere. *ab* ex *et* vigescere (*cf.* devigescere). *i. q. vigorem amittere, debilem reddi*: TERT. anim. 38 p. 365, 26 *animam* mortalem ... *esse*, quae cibis sustineatur, denique derogatis eis -at, postremo subtractis intercidat. *cf.* evigoratus.

? GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. E 17 egregius (egretus?) erectus **ēvigil** (*v. adn.*).

ēvigilanter *v.* evigilo *p. 1041, 19.*

ēvigilātio, -ōnis *f.* [*ab* evigilare. *W.*] *vox Augustini (praeter l. 30. 37).* *i. q. actio evigilandi* (*v. l. 54 sqq.; componitur fere [pro opp.: v. l. 31. 33; syn.: v. l. 29. 31. 35] c. vocabulo q. e.* resurrectio): **1** *laxiore usu*: **a** *proprie*: AVG. civ. 17, 18 p. 243, 4 D. (*ad psalm. 3, 6* 'dormivi ... exsurrexi') nisi somnus iste mors esset et -o resurrectio, quam de Christo (*v. l. 38*) ... oportuit prophetari (*sim.* ISID. fid. cath. 1, 53, 2 p. 492^{B}). 17, 18 p. 244, 31 (*opp.* resurrectionem). epist. 140, 76 p. 224, 17 propter futuram resurrectionem velut -em. in psalm. 75, 9 p. 963$^{med.}$ (*opp.* somnium; *antea*: evigilet). serm. 361, 10, 10 resurrectio Christianorum semel erit, somnus animalium et -o quotidiana est. trin. 4, 13, 17 p. 899$^{a. med.}$ (*anteced.* resurrectionis). **b** *transl. de condicione mentis* (*v. p. 1040, 25 sqq.*): AVG. soliloq. 1, 1, 2 pater -is atque illuminationis nostrae. GREG. M. moral. 24, 9 p. 291^{C} ut torporis nostri -o subsequatur.

2 *strictius de Christi a mortuis resurrectione* (*cf. infra l. 80; opp.*: dormitionis *l. 40*; vigilia *l. 42*): AVG. in psalm. 150, 3 p. 1963$^{med.}$ *Christi* dormitionis et -is. serm. coll. Morin p. 456, 20 -is eius horam vigilando expectamus. p. 690, 1 ut ... *Christi* ex mortuis -em nostra vigilia (*paschalis*) frequentaret *eqs.* (*v. p. 1040, 62 sqq.*).

×**ēvigilo,** -āvī, -ātum (*v. infra l. 51*), -āre. [*ab* ex *et* vigilo. *W.*] ae-: *v. p. 1040, 55.* exvig-: NON. *p. 1040, 32* (*e coni.; v. l. 52*). CHAR. gramm. p. 472, 18 B. (*inter verba act. I^{ae} coniug.*). *de formis*: -turus: AVG. *p. 1040, 64.* NOT. Tir. 63, 70. GLOSS. IV 440, 43 -vit expersit ([*i.* -perrexit]. *sim.* GLOSS.^{L} V Abba EX 52. *v. infra l. 59*). *de usu*: *legitur inde a* CIC. (*nonnisi not. q. e. s. II; v. p. 1040, 84. 1041, 11. 14*), TIB. *p. 1040, 66,* OV. *p. 1041, 15; frequentius ap. Christ.* *transitive*: *v. p. 1040, 20. 66. 1041, 13;* *pass. impers.* -tum: CIC. *p. 1041, 11.* [*variat c. simpl.* vig-: *v. p. 1040, 11. 80. 82. 1041, 2. 18 al.* *e coni.*: *v. l. 44.* APVL. met. 4, 18 (vig- *trad.*, evig- *Stewech*) *v. s.* vigilo.]

I *ingressivo sensu ac perfectivo: i. q. somno solvi, expergisci* (*cf. syn. infra l. 82; v. et l. 74. 75 bis; opp.* vigilanter *l. 68. p. 1040, 30. cf. et graeca [praeter ea quae infra afferuntur]*: διυπνίζομαι: VITAE patr. 5, 7, 43 *al.* διανίσταμαι: CASSIOD. Ios. antiq. 10, 12 p. 296. ἔξυπνον γενέσθαι: RVFIN. hist. 4, 15, 10 p. 341, 1. GLOSS. *v. supra l. 47*): **A** *proprie de dormiente* (*cf. in alleg.*: AVG. in psalm. 93, 25 p. 1213$^{med.}$ [*ut Chr. in navi dormiens excitatus est*] -et fides tua, excita Christum in corde tuo. *aliter p. 1040, 80*): **1** *intrans.*: **a** *nude* (*nota significantiorem de mortuis resurgentibus usum, quippe qui* 'dormire' *dicantur infra l. 80; cf. et supra l. 38*): STAT. silv. 5, 3, 128 *Palinurus* -vit in undis. Theb. 10, 121 zonis lucentibus *Iridis* icta -at domus *Somni.* QVINT. inst. 9, 4, 12 cum -assent *Pythagorei; opp.* cum somnum peterent (*cf.* TERT. anim. 43 p. 372, 25. AVG. nat. anim. 4, 21, 34 p. 412, 14 dormi et videbis, sed cum -veris, vigilanter discerne, quod videris. *al.*). PS. QVINT. decl. 2, 19 p. 37, 4 prima sunt -antium praesidia clamores; *seq.* cum excitareris (*sic part. praes. pro subst.*: AVG. civ. 10, 25 p. 440, 5 D.). PLIN. epist. 1, 5, 9. 9, 36, 1. SVET. Galba 4, 3 utque -vit ([TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 421, 10]. *cf.* FRONTO p. 229, 17 N. ne timeto, nam ⌊vivent⌋ [⌊ ⌋ *v. app. cr.; sc. sumpto suco soporis*] et paulo post, ubi -verint, exsurgent). ARNOB. nat. 2, 7 p. 52, 25. AMM. 16, 5, 5 (*seq.* exurgens). CLAVD. DON. Aen. 9, 320 p. 231, 29 (*syn.* surgerent). *al.* VVLG. cant. 2, 7. Luc. 9, 32 (διαγρηγορήσαντες). *al.* RVFIN. Orig. princ. 1, 4, 1 p. 63, 17 (*opp.* dormierit). *al.* AVG. civ. 13, 11 p. 570, 2 D. in somno esse quisque, donec -et, dicitur. *al.* VITAE patr. 5, 7, 43 non -ante sene (*gr. Nau, Rev. Or. chr. 1908 p. 281 n. 211* ἐξυπνιζομένου). *al. et al.* *de mortuis* (*v. supra l. 63*): HIER. in Is. 26, 19 p. 303^{B} quia mors eorum (*sc. qui in Christo mortui sunt*) somnus est, nequaquam iuxta LXX 'resurgere', sed 'expergisci' et '-are' dicuntur. VVLG. Dan. 12, 2 qui dormiunt in terrae pulvere, -bunt (*cf. p. 1040, 8*). *cf. et p. 1040, 13. 23.*

b *c. additam.* (*cf. et l. 41. 47. 83*): α *indicatur 'ad quid'*: APVL. met. 8, 12 relictis somnolentis tenebris ad aliam poenalem -a caliginem (*sc. cum oculis te privavero*). ZENO 2, 43, 2 (*opp.* obdormivit). *v. et l. 43. p. 1041, 5.* β *unde*: (I) *per praep.*: VVLG. gen. 9, 24 Noe ex vino. RVFIN. hist. 5, 1, 26 p. 413, 4 velut ex somno quodam ([*gr.* ἐκ βαθέος ὕπνου ἀνεγρηγόρησεν]. CONC.^{S} I 5 p. 260, 5 velut ex s. et ebrietate [*gr. I 1, 6 p. 118, 14* διαγρηγορήσας]). APRING. in apoc. 20, 4 (*ad Dan. 12, 2 p. 1039, 83*) Christianorum resurgentium et ex pulvere terrae -antium. VVLG. gen. 28, 16 Iacob de somno (45, 26 gravi. GREG. TVR. virt. Mart. 2, 33 p. 621, 31 tamquam). VEN. FORT. vita Radeg. 35, 81 -anti (vig- *G*) de sopore de morbo nihil apparuit *eqs.* *cf. infra l. 42.* AVG. in euang. Ioh. 49, 10 p. 1752$^{init.}$ cum ab hoc somno (*i.* '*morte*'; *v. p. 1039, 80*) -bunt *mortui* (gen. ad litt. 12, 2 p. 380, 23). *cf. infra l. 17.* (II) *abl. separ.*: SVLP. SEV. chron. 1, 43, 7 ut somno quo tenetur -et ([*opp.* dormiat]. APON. 12 p. 217; *opp.* requiescit in sopore). γ *acced.* ab '*auctoris*' (*sc. verbo -andi quasi vim pass. exercente*): VVLG. Iudith 14, 9 ut non ab excitantibus, sed a sonantibus Holofernes -ret (*syn. antea* excitandi; *aliter l. 13*).

2 *transitive: i. q. expergefacere, suscitare* (*opp.* obsopire *l. 21*): HIL. myst. 1, 3, 1 p. 4, 19 obsopito Adam ex latere eius ... Eva gignitur, quo -to *eqs.* HIER. in Is. 26, 19 p. 303^{B} unde et Lazarus, qui -andus (-turus *Vatic.*) erat, a domino dormiens appellatur (*v. p. 1039, 80*). VITA Hil. 15, 19 p. 1235^{B} semel -tus.

B *in imag. aut transl.*: **1** *i. q. animi, mentis sim. torpore, languore, hebetudine pulsa excitari, sollicitari*: **a** *generatim fere i. q. resipiscere, ad se redire*: α *absol.* (*cf. etiam infra l. 70 sqq.*): FRONTO p. 146, 18 N. ubi illud acumen tuum? -a et adtende quid cupiat ... Chrysippus ([AVG. in euang. Ioh. 73, 3 p. 1825$^{med.}$ -a ... et vigilanter audi *eqs.* CLAVD. MAM. anim. 3, 3 p. 159, 9 -a paulisper ac ... intuere]. *sim. c. imperat.* [*cf. et infra l. 72*]: NON. p. 451, 12 exvigila [et vigilia *trad.*] aliquando et ... cogitationum torpedinem pelle [*cf.* ZENO 2, 49 -a ... omnique saecularis somni torpore discusso ... disce *eqs.*]. AVG. civ. 2, 29 p. 96, 25 D. plenius. ALC. AVIT. hom. 6 p. 112, 29 [*ad psalm. 43, 23* exsurge ... domine] si non diximus Christo 'vigila nobiscum', saltim dicamus '-a propter nos'. *al.*). HIER. in Dan. 5, 7 p. 520^{C} -et ... Porphyrius qui ... *reginam* Balthasaris somniatur uxorem. AVG. c. acad. 3, 10, 22 p. 62, 15 hic -vit Carneades, nam nemo istorum minus alte quam ille dormivit. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 16, 32 -bis tanto somno depressus et audies *eqs.* GREG. M. in euang. 13, 5 p. 1125^{C}. β *acced. praep.*: '*unde*': HIER. epist. 8, 3 expergiscere, -a de somno (*v. et supra l. 10*). *in quam rem*: AVG. beat. vit. 4, 35 p. 115, 20 *mater* quasi -ans in fidem suam. doctr. christ. 3, 14, 22 quidam dormitantes ... *non* in sapientiae lucem poterant -are. in psalm. 83, 9 p. 1063$^{extr.}$ in spem (*cf. supra l. 1 sqq.*). **b** *sensu adversativo, fere i. q. exsurgere (addita ubique praep.)*: VVLG. Ier. 51, 29 -bit contra Babylonem cogitatio domini (קָמָה). Ezech. 7, 6 venit finis, -vit adversum te *eqs.* (הֵקִיץ). RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 7, 2 p. 244, 12 cum -verit *deus* super impietates nostras.

2 *i. q. quasi expergiscendo vegetum fieri, reviviscere sim.*: *de igni*: LACT. opif. 18, 4 latet ... mens oppressa somno tamquam ignis ... cinere sopitus: quem si ... commoveris, rursus ardescit et quasi -at. *de oculis acie orbatis*: SEDVL. carm. pasch. 4, 37 *Iesus* lumina tangens *caecorum* -are (ae- *T*) iubet, quae somnus presserat ingens (*cf. op. pasch. 4, 3 p. 257, 17 sq.* vigili ... tactu perexcitat).

II *durativo sensu: i. q. vigilem esse, vigilare* (*syn. l. 64. 73; cf. l. 80*), *excubare*: **A** *vi propria* (*per alleg. infra l. 62*): **1** *intr.* (*opp.* dormire *l. 60. 62. 63*): ARNOB. nat. 7, 13 p. 248, 1 -are sese (-ares ee *P*) atque dormire, deambulare subsistere *eqs.* (*cf.* VVLG. I reg. 26, 12 non erat quisquam qui ... -ret, sed omnes dormiebant). AVG. serm. coll. Morin p. 690, 2 sqq. (*alleg.; v. supra l. 58*) -anti ... semper capiti *Christi* ... licet dormitura ... membra vigilando ... consonarent et ipsa (*sc. membra*) ... -tura atque cum illo sine ullo somno vigiliā ... regnatura (*cf. p 1039, 41*).

2 *transit., fere i. q. pervigilare*: TIB. 1, 8, 64 cum promittit *puella*, subito sed ... fallit, est mihi nox multis -anda malis.

B *translate: quasi excubando alacrem, attentum, laboriosum, sollertem, studiosum sim. esse*: **1** *intrans.*: **a** *absolute* (*cf. et supra l. 27*): α *de hominibus*: APVL met. 2, 6 dum amenti similis celero vestigium, 'age', inquam, 'Luci, -a et tecum esto' (*item in exhortatione* [*aliter supra l. 31*]: ITALA Matth. 25, 13 [cod. a] -ate; γρηγορεῖτε, VVLG. vigilate [VVLG. I Cor. 15, 34; ἐκνήψατε]. *al.*). VVLG. Sirach 33, 16 ego novissimus -vi *eqs.* (*i.* '*attentissime studui*'; *gr.* ἠγρύπνησα). AVG. c. Pelag. 4, 6, 15 p. 537, 16 itane nondum -atis? nondum auditis? MVTIAN. Chrysost. hom. 8, 4 p. 297$^{med.}$ -emus aliquando (*gr. p. 76$^{init.}$* ἀνανήψωμεν). 13, 4 p. 325$^{fin.}$ (*gr. p. 108$^{init.}$* νήφετε). 22, 3 p. 377$^{init.}$ (*gr. p. 159$^{extr.}$* ἐὰν νήφωμεν). β *de animi rebus*: CYPR. unit. eccl. 27 p. 233, 11 (*ad. Luc. 12, 37, ubi* 'vigilantes') ut quando ... *deus* pulsaverit, -et (vig- *MR*) fides nostra vigilantiae praemium ... receptura (*aliter p. 1039, 61*). RVFIN. Orig. in gen. 8, 2 p. 79, 3 B. amoris -ante (vig- *D*) memoria.

b *c. additam.*: α *pendet praep.*: (I) *in c. abl.*: CIC. parad. 17 quid ... laboravi aut quid egi aut in quo -arunt curae

[*K.-M.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et cogitationes meae eqs.? ad Brut. 1, 15 (9, 23), 1 Messalla tanta ... industria est tantumque -at (vig- GHN) in studio ut eqs. AVG. gen. ad litt. 6, 11 p. 184, 6 si quis in eis (sc. scripturae verbis) -et. GREG. M. in Ezech. 2, 9, 20 p. 1056^B sua voce excitata -at in opere mens (opp. torpebat in otio). (II) ad (aliter p. 1040, l. 43): CYPR. epist. 11, 6 p. 500, 15 ne ... epulis mens gravata minus ad preces orationis -et (GREG. M. moral. 2, 79 p. 594^D ad insidias providendas. 9, 88 p. 908^A). VVLG. Iob 8, 6 deus ad te (Sirach 6, 36 -a ad eum [ὄρθριζε πρὸς αὐτόν]). β acced. dat. comm., fere i. q. consultum, provisum esse (nota part. perf. pass. pro impers. [v. p. 1039, 50]): CIC. rep. 3, 41 etsi nobis qui id aetatis sumus, -tum fere est, tamen de posteris ... sollicitor.

2 transitive: i. q. (vigilando) elaborare, accurate perficere, elucubrare: CIC. Att. 9, 12, 1 quam honesta ... quam expedita tua consilia, quam -ta tuis cogitationibus eqs. OV. trist. 1, 1, 108 tu, liber, aspicies ... fratres, quos studium cunctos -vit idem. GELL. 1, 7, 4 homini lectione exercito pleraque ... veterum litterarum quaesita, meditata -taque (meditatae vigilatae- A) erant.

adv. **ēvigilanter** (sc. a part. praes. -ans pro adi. sumpto). i. q. vigilanter, indefesse: CORIPP. Ioh. 7, 203 veneranda senectus -r agit populos.

ēvigōrātus, -a, -um. [ab ex et vigor. W. (cf. vigorare).] i. q. dempto vigore attritus, debilitatus sim. (acced. abl. instr. l. 25; syn. mollitus l. 26): TERT. apol. 17, 5 anima carcere corporis pressa, ... libidinibus et concupiscentiis -a. pall. 4 p. 936 Oe. exuvias bestiae tantae (sc. leonis) ... diu mollitas et -as et exodoratas. v. evigesco.

ēvīlēsco, -uī, -ere. [ab ex et vilesco. W.] i. q. vilem, futtilem fieri; pretio, auctoritate sim. minui (de homine l. 33): VAL. MAX. 5, 4, 7 nulla ... acerbitate fortunae ... pretium carae pietatis -it (eul- L^1). TAC. hist. 3, 53 Muciani criminationibus -uissent pericula sua (Antonii). SVET. Claud. 15, 3 propter quae usque eo -uit imperator, ut passim ac propalam contemptui esset. IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 6, 26 p. 1562^init. -uit pompa baptismatis.

ēvincio, -vīnxī, -vīnctum, -īre. ab ex et vincire. nota in usu fere esse part. perf. pass., accedente saepius acc. q. v. gr. (sub 1 b et 2 a), formas autem finit. (perf.) bis tantum inveniri ap. TAC. infra l. 54. legitur inde ab HEMINA (praeterea ap. scriptt. TAC., GELL.) et ap. poetas inde a VERG. [p. p. p. in codd. confund. saepe, falso, c. evic-: v. l. 44. 61. 63 al. cf. l. 65. p. 1042, 57. 1043, 9.]

1 fere i. q. vincire (cf. SERV. auct. ecl. 7, 32 [v. infra l. 47] '-ta' vel simpliciter, vel valde [v. e. g. l. 44], ut 'eduramque pirum'), redimire, coronare sim.: a de rebus: HEMINA hist. 37 lapidem fuisse quadratum ... -tum (vinctum l. v.; [evict- M]) candelis quoquoversus. TAC. hist. 4, 53 spatium omne, quod templo dicabatur, -tum vittis coronisque. b de hominibus eorumque corporis partibus (praeter l. 56: de Europa, fere i. q. 'ornata'): VERG. ecl. 7, 32 puniceo ... suras -ta Diana coturno (ANTH. 118, 18). Aen. 5, 269 puniceis ibant -ti tempora taenis (8, 286 ramis). 5, 364 caestu -tis attollat bracchia palmis. 5, 494 viridi ... -tus oliva (cf. 774 caput ... foliis -tus olivae). OV. am. 3, 6, 56 -tas ... comas (sc. vittā. cf. met. 15, 676 -tus vitta crines albente sacerdos). STAT. Theb. 1, 554 comitum famulumque -ta pudicā fronde manus. 5, 208. TAC. ann. 6, 42 Surena ... Tiridaten insigni regio -xit (cf. 15, 2 diademate caput Tiridatis -xit). 11, 4 Claudium spicea corona -tum (cf. CLAVD. 21, 87 roseis ... -ta [P^1 φ, indu(c)ta P^2 Π A] coronis ... Europa [v. supra l. 47]). CLAVD. 22, 241.

2 i. q. vinciendo vel constringere vel alligare (additur quo quid astrictum sit: per dat.: l. 65. 68, per ad: l. 63, cf. l. 66 sq.): a proprie: de hominibus et eorum membris (cf. supra l. 36): TIB. 1, 7, 6 novos ... Roma triumphos vidit et -tos (V^2 al., et (e)victos, invi(n)ctos sim. al.) bracchia capta duces. OV. trist. 4, 4, 73 -ti (Φ ς, evic- Tr.) tristem ducuntur ad aram (sc. Orest. et Pyl., sic: Pont. 3, 2, 72 -ti geminas ad sua terga manus). SEN. Ag. 15 Ixion celeri corpus -tus rotae. SIL. 2, 48 me -ta (Ch, en vic- [vic̄-] FOV [L]) lacerandum tradite dextra. 2, 341 artis post terga catenis -tus palmas (cf. CYPR. GALL. gen. 751 Isaac -tus [G, -is A] manibus posterga retortis). GELL. 20, 1, 54 binis quadrigis -tus in diversa nitentibus laceratus est. b translate: GELL. 14, 1, 3 omnia rerum humanarum ..., tamquam stellis atque sideribus -ta, duci et regi.

ˣēvinco, -vīcī, -victum, -ere. ab ex et vincere. GLOSS.^L II Abav. EV 12 -tus prorsus victus. 14 -it consequitur. Philox. EV 11 -cit ἐξενίκησεν. 14 -i νικηθῆναι. legitur inde a CAES. (?, v. l. 77), [HIRT.?, v. l. 84], VERG., HOR. frequentatur ab ICTIS (cf. p. 1043, 56 sqq.). [ex coni.: LIV. perioch. 49 p. 58, 12 Catonis sententia -cit (Halm, dev- cod. [cf. vol. V 1, 861, 43], perv- ed. pr.), ut eqs. (cf. p. 1043, 43 sqq.). v. et l. 80. p. 1042, 50. variat -ere: c. vincere: CAES. civ. 1, 67, 6 haec vincit (σ, ev- β) in consilio sententia. VERG. p. 1042, 18. IVST. 3, 3, 10 vincat (τ, ev- π ι [-ant D]). HIER. epist. 39, 1, 3 al. cf. TAC. ann. 12, 60 quae ⟨e⟩vicerant (Heinsius, vic- M). v. et p. 1042, 50. c. et vincere: OV. fast. 3, 688 v. p. 1042, 31. MANIL. 3, 63 v. p. 1042, 65. SEN. Herc. O. 562 (-e A; et v- E). cf. OCTAVIA 902 evicta (trad., et v- corr. Gronov.). c. devincere (cf. l. 76): p. 1042, 21. cf. et l. 40. dub.: HIRT. Gall. 8, 52, 5 quod ne fieret, ... consules ... iusserunt (codd., evicerunt Iurinius; cf. p. 1043, 42 sqq.). SEN. Herc. O. 1967 quidquid in nobis (i. Hercule) ... mortale fuerit, ignis -tus (E; invic- A, 'an recte? cf. ἀκάματον πῦρ', Schwartz [in plag.]; -tum acc. n., Heinsius) tulit. DRAC. Romul. 4, 11 (coni. Buecheler)].

i. q. vincendo superiorem fieri, devincere, superare: A usu generali: 1 sensu stricto: pugnando, dimicando: a in re bellica: α absol. i. q. victoriam parere: LIV. perioch. 112 p. 108, 6 Caesar ... cum magno suo discrimine -cit. β c. obi.: LIV. 10, 17, 10 (in oppugnatione) -cit omnia adsuetus praedae miles (cf. p. 1043, 8 sqq.). TAC. ann. 3, 46 imbelles Aeduos -ite et fugientibus consulite. CAPITOL. Gord. 26, 3 auxiliis vel militibus ... Persas. CLAVD. DON. Aen. 2, 320 p. 191, 17 arcis est secunda defensio, ... ut -tis muris ipsa succedat (cf. 2, 480 p. 214, 27 firmitatem ... postium. al.). 7, 40 p. 11, 9 acies hostium. 9, 565 p. 261, 27 -tis ... fossis. al. SVLP. SEV. chron. 1, 24, 3 a rege Mesopotamiae -ti et subacti Iudaei. CASSIOD. hist. 4, 7 p. 959^D (syn. subiugasset). SERM. Caspari Anecd. p. 330, 20 -tis hostibus. de arbore caesa in similitudine bellatoris vulnerati: VERG. Aen. 2, 630 ornus vulneribus (bipenni factis) donec paulatim -ta (victa V) supremum congemuit eqs.

b in aliis dimicationibus: TERT. scorp. 6 p. 156, 8 homo ne solummodo evasisset, verum etiam -isset (A, dev- B) inimicum (i. diabolum). de bestiis fere i. q. vincendo depellere, delere: PALLAD. 1, 35, 6 campas fertur -ere qui eqs. in imagine: PROSP. c. coll. 15, 4 p. 258^B cui persuadere poteris per naturalem liberi arbitrii facultatem tam arduum certamen -tum.

2 sensu latiore: quavis ratione: a homines (praeter l. 30. 34. 39 pass.; fere abl. instr. vel causae aut acced. aut facile subaud.): α cum respectu rei qua quis superetur (bestias fere i. q. domare: SEN. benef. 1, 2, 5 adsiduitas ... meriti pertinacis -it): VERG. Aen. 4, 474 Dido -ta dolore decrevit ... mori. 4, 548 tu lacrimis -ta meis ..., germana (SEN. Med. 491). OV. fast. 3, 688 -tas (Heinsius; et victas DG [t prius et s in ras. G^2], evicta [et vic- B ς] est AV) precibus ... dedit illa (puella) manus ([i. pars pro toto]. VAL. MAX. 6, 5 ext. 3. SEN. Med. 184 -it gener. TAC. ann. 4, 57 al. cf. infra l. 53 sqq. p. 1043, 45). trist. 3, 1, 76 -tus longo tempore Caesar. SIL. 15, 332. STAT. Theb. 7, 558 pactis Eteoclem. 9, 840 pudore. TAC. ann. 15, 64 oblata mitiore spe blandimentis vitae -tam esse Paulinam ad vivendum (cf. l. 47 sqq.). APVL. met. 3, 9 necessitate. ITIN. Alex. 44 Alexandrum Darii uxor (sc. pulchritudine) ... non -erit. SVLP. SEV. chron. 1, 14, 6 decem plagis corporis et regni sui contusus Pharao et -tus est. SIDON. carm. 15, 148 Minerva ... calathis -ta recedens. CASSIOD. Ios. antiq. 18, 1 p. 513 -ti ratione pontificis (gr. 18, 3 οἱ μὲν ἡττηθέντες ... τῶν λόγων). coniung. c. simpl.: TAB. devot. (CIL I^2 2, 2520; non post a. 40 a. Chr.) 8 tradas (sc. Proserpina Plotium) ... febri quartanae sim. ... quas (acc. pro nom.) cum illo luctent deluctent illunc -ant vincant usque dum animam eius eripiant.

β cum respectu finis ad quem quis vincendo adducatur, fere i. q. flectere (fere i. q. persuadere l. 53. cf. et l. 37): TAC. hist. 2, 64 nec ... fortunae illecebris aut ambitu civitatis in gaudium -ta (ann. 1, 57 uxor Arminii ... -ta [Ruperti, victa trad.] in lacrimas). ann. 11, 37 Lepida supremis ... necessitatibus ad miserationem -ta erat. SVET. Tib. 37, 2 nec ut (aliter p. 1043, 45) revocaret umquam ullis populi precibus potuit -i (PS. VEN. FORT. vita Remed. 7, 19 Remedius ... precibus est populi ... -tus, ut orationem ... funderet eqs.).

b res: vincere sic, ut vis alcis. rei sive superetur sive tollatur (depellatur): α res naturae (sim.: PROP. 4, 7, 2 lurida ... -tos [ς, eiunc- N, euinc- O] effugit umbra rogos): VERG. Aen. 2, 497 aggeribus ruptis cum spumeus amnis exit oppositasque -cit gurgite moles eqs. ([AVG. spir. et litt. 4, 6 p. 158, 27]. cf. CYPR. GALL. iud. 221 ripas ... tumens fluvius. al.). OV. epist. 18, 155 -ta per aequora (sim.: met. 14, 76 ubi Troianae remis avidam ... Charybdin -ēre rates [cf. 15, 706 navis ... -it fretum. trist. 1, 10, 33]. PLIN. nat. 9, 98 cancri os Ponti. ITIN. Alex. 8 vadum [i. Granicum] milites). OV. met. 14, 769 oppositas nitidissima solis imago -cit nubes (SEN. nat. 1, 8, 6; syn. scindit). MANIL. 3, 63 astra zodiaci vagas ... -unt ([M; et vinc- GL]. i. 'cursu superant') stellas (syn. vincuntur). SEN. dial. 11, 19, 4 -tis ... tempestatibus. nat. 2, 26, 4. 4, 13, 3 nix stipata aestatem. 5, 10, 2 frigus a sole. PETRON. 79, 4 lineamenta cretā notata -erunt spississimam noctem (sc. ut cerni possent. cf. p. 1043, 6). AVIEN. ora 712 labos ... conditorum ... formam locorum et arva naturalia -cit arte. MACR. Sat. 1, 21, 3 sol -tis sex signis inferioris ordinis incipit eqs. EVCHER. pass. 3 p. 166, 24 -tis transmissisque angustiarum faucibus. arbores, herbas (fere depellendo; supereminendo l. 75): HOR. carm. 2, 15, 4 platanus ... caelebs -et ulmos. SEN. Phaedr. 457 arbor ... celso vertice -et nemus quam non maligna caedit ... manus. PLIN. nat. 18, 147 si -erint herbae eqs. (18, 185 herbas lupinum).

β res (malas praeter l. 84) maxime corpus animantium afficientes: SVLPICIA Tib. 3, 17, 3 tristes -ere morbos (ibid. 5 CELS. 3, 22, 8. COLVM. 6, 5, 2 [seq. propulsandi]. VEG. mulom. 4, 3, 6 [syn. expellendi]. cf. CELS. 5, 26, 33 si ne haec [i. erodentia] quidem -unt [sc. putredinem]. VEG. mulom. 1, 11, 9. 1, 15, 4 acerbissima passio. 1, 56, 32 perfrictionis incommodum [syn. pellatur]. CHIRON 153 p. 48, 5 vitia insanabilia [245 p. 73, 27 morborum]. et al.). OV. met. 1, 685 ille ... pugnat molles -ere somnos. SEN. dial. 2, 10, 4 sapiens

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quosdam ictus recipit, sed receptos -it et sanat et comprimit. 12, 17, 1 in perferendis et -endis doloribus. nat. 2, 59, 4 hoc (*i. varia genera mortis*) ... nulla potentia -it. AMBROSIAST. in Rom. 1, 16 p. 55^C *in alleg. Christ.*: mortis -tae (*al.* PELAG. in Rom. 3, 24 p. 33, 5 S. mortem Christus). MIRAC. Steph. 1, 3 ad -endas caecitatis t e n e b r a s (*cf.* MACR. Sat. 1, 17, 40 lupus ... oculorum acie ... tenebras noctis. *v. p. 1042, 69*).

γ v a r i a s r e s (fere incorporeas; saepius iniquas, abominandas sim. v. et p. 1042, 9): LIV. 9, 6, 5 -cit (*codd., praeter M*: evinc-) miseratio ... superbiam. SEN. Herc. f. 558 -as utinam i u r a ferae Stygis (*v. infra l. 49*). Herc. O. 1199 Ditis -ci moras. Thy. 440 quidquid obstat. clem. 1, 14, 1 multae iniuriae patientiam -erunt. dial. 4, 4, 1 *affectus* rationem -cit. epist. 82, 23 opiniones totius aevi. *al.* VAL. FL. 2, 186 -ta ... matrum corda. SIL. 3, 587 veneno desidiae virtus ... -ta senescit. CYPR. GALL. iud. 375 m e n s ... periclo (PS. AVG. quaest. test. I 122, 12 p. 369, 6 ad -endas ... incredulorum mentes). PORPH. Hor. carm. 2, 17, 22 pericula. serm. 2, 3, 239 cum vellet *Aesopi filius* patrimonium animo -ere (*sc. dilapidando*), dicitur *tot HS* ... una hora *absumpsisse*. epist. 2, 1 pr. *Augustus* invidiam virtute. VICTORIN. POETOV. in apoc. 6, 1 p. 69, 9 (rec. Hier.) incredulitatem (*rec. Victorin.* vincerent). PRISCILL. tract. 1, 31 p. 26, 22 diem nostrae nativitatis. CLAVD. DON. Aen. 5, 20 p. 428, 1 sequamur fortunam quam non valemus -ere. *al.* SVLP. SEV. epist. 2, 7 cui post -tum mundum ... reddita est corona iustitiae (*sim. de v i t i i s s a e c u l a r i b u s*: SACR. Leon. 445 animus ... stimulos aetatis. FAVST. REI. epist. 9 p. 214, 22 -tae c a r n i s [*cf.* CE 748 = INSCR. christ. Diehl 1714, 9 -tis carnis vitiis saevoque dracone]. POMER. 3, 17, 2 p. 501^A malum). MART. CAP. 2, 143 *Philologia* omnem difficultatem superae conscensionis (*v. app. crit.*). *et al.*

B *s i g n i f i c a n t i u s: quasi vincendo fere i. q.*: **1** *d e m o n s t r a r e, o b t i n e r e (syn. l. 32)*: **a** *seq. a c c. c. i n f.* (*cf.* convinco): HOR. sat. 2, 3, 250 si puerilius his ratio esse -et amare nec quicquam differre *eqs.* ARNOB. nat. 7, 45 p. 279, 20 -ere atque obtinere vos posse Aesculapium illum fuisse serpentem. **b** *aliquid*: TERT. scorp. 3 p. 151, 2 definitiones dei adversus superstitiones tam -tas quam ... vindicatas. CLAVD. MAM. anim. 3, 16 pr. p. 185, 6 quae ... edissertata quaeque ... -ta sunt.

2 *p e r f i c e r e, p r a e s t a r e*: OV. Pont. 3, 1, 31 hoc. VAL. FL. 1, 248 (*verba Iasonis*) viri, mecum dubiis ... -ite rebus quae meminisse iuvet nostrisque nepotibus instent. CLAVD. DON. Aen. 12, 370 p. 596, 8 qui ... pendens trahebatur -erat aliquid, sed duorum equorum vim ad plenum superare non valuit.

3 *i m p e t r a r e, c o n s e q u i (seq.: enunt. fin. l. 43 sqq.; a d c. gerund. l. 50)*: LIV. 2, 4, 3 -unt ... instando, ut litterae sibi ... darentur. 3, 41, 1 in hanc sententiam ut discederetur, ... -bant. 4, 25, 1. 5, 26, 1. 38, 9, 7 partim consilio, partim precibus -cit, ut *eqs.* (*aliter p. 1042, 52*). LIV. perioch. 49 p. 58, 12 *v. p. 1041, 75.* LIV. epit. Oxyrh. 7, 177 Appius Claudius -cit, n e *eqs.* BOETH. cons. 1, 4, 12 p. 9, 13 ne coemptio exigeretur -ci (*v. et p. 1041, 84. cf.* AVG. conf. 1, 11, 17 pater ... non -it in me ius [*v. supra l. 10*] maternae pietatis, q u o m i n u s in Christum crederem). AVG. pecc. mer. 3, 12, 21 p. 149, 2 a d quos (*sc. parvulos*) faciendos Christianos voluntas Christiana ... unius parentis -erat.

4 *in usum venire (recipi)*: COD. Iust. 12, 19, 14, 1 (*Iustin.*) quod in universo scrinio ... libellensium -isse monstratur, id in adiutores sacrae memoriae ... transferendum censemus.

C *s p e c i a t i m t. t. a p. I c t o s: i. q. v i n d i c a r e, r e c u p e r a r e, r e p e t e r e sensu eo, quem s. v.* evictio *p. 1035, 58 accuratius definitum invenies (deest* COD. Theod.*)*: QVINT. decl. 388 p. 433, 22 *dispensator* adulescentem ... dominum ... apud venaliciarium repertum iudicio adserens -cit (*cf. ibid.* p. 436, 12). 388 p. 439, 19 qua ratione alienum s e r v u m -it (LABEO dig. 32, 29, 3 IAVOL. dig. 21, 2, 58. AFRIC. dig. 21, 2, 46, 2 in l i b e r t a t e m [*ibid.* 3 *Mommsen*, -e *trad. al.*]. PAVL. dig. 19, 1, 43 interest emptoris s. non -i. *al. cf.* PAPIN. dig. 18, 7, 6 *servam*). ALF. dig. 6, 1, 57 f u n d u m (*al.*). PROC. dig. 31, 48, 1 si h e r e d i t a s -ta fuerit (IVLIAN. dig. 5, 3, 55 GAIVS inst. 3, 36. *et saepe*). *talia saepissime (v. V. i. R.).* TAB. cer. Dac. (CIL III p. 937; *a. 139*) 9 si quis eam puellam p a r t e m v e quam ex eo (*sic*) quis -erit *eqs.* ([*ibid.* p. 959, 8; *a. 160* mulierem]. *cf. ibid.* p. 941, 8 eum p u e r u m ... partemve *eqs.* [PAP. Britann. 229, 8; *a. 166*]. *ibid.* p. 945 [*a. 159*], 9 eam domum partemve *eqs.*). *ibid.* p. 941, 11 q u a n t u m id erit, quod ita ex eo -tum fuerit (*ibid.* p. 959 [*a. 160*], 11 q. i. e. quot ita ex ea quit -tum ablatumve fuerit). COD. Iust. *saepe (v. ind.). inde, ut vid., l a x i o r e u s u: acced. dat. i. q. sibi v i n d i c a r e*: TERT. apol. 47, 11 fabulae ... de similitudine fidem infirmarent veritatis ⌊vel eam sibi potius -rent⌋ (⌊ ⌋ *P; aliter F*). *fere i. q. v i n d i c a t i o n e c o n s e q u i, o b t i n e r e*: AVG. c. Cresc. 3, 43, 47 p. 453, 26 Maximianus episcopus ... dicta inter partes iudiciaria sententia basilicam fundi Calvianensis -erat, quam vestri inlicite ... usurpaverant. CIL XII 5278 ⟨monu⟩men⟨t⟩um (*sc. ab aliis occupatum*) -cit idem⟨que⟩ nomina restituit.

[**ēviolāsse** *in vs. nondum sanato varieque temptato* PROP. 1, 7, 16 (te violasse, evoluisse *coni.*; *v. Enk ad l.*).]

euippius, -ī *m.* *ab* **εὐίππιος* (*cf. nom. pr.*). *scriptum est* EVVIPI-. *dub. signif.* (*de venatore quodam in lud. publ. producte*): CIL VI 10210^a T. Fl(avio) Maximino (centurioni) -vip(p)io sum(m)o venatori Alexandria Clymene ... fecit (*cf.* equarius 'venator' *p. 708, 20*). *K.-M.*

ēvīrātio, -ōnis *f.* *ab* evirare. GLOSS.^L III Abol. ER 5 eruatio (evir-) *v. p. 566, 39.* *i. q. c a s t r a t i o (translate de pilorum evulsione, signo sc. mollitiae)*: PLIN. nat. 29, 26 perdidere imperii mores ... potus ... ieiunorum ac vomitiones et ... perpotationes ac pilorum -o instituta resinis *medicorum eqs.*

ēvīrātus *v.* eviro *l. 75 sqq.* *Junod.*

NON. p. 154, 4 puellascere, ecfeminari vel **ēvīrēscere** (*F*³, revirdis- *rell.*; *cf. Sittl, ALL 1, 1884, 488 adn.*). [**ēvīrescere?** (-ī- *metro probatum*): VARRO Men. 425 (*trad.* eiur-, evir- *Non. p. 101, 31 sq. tam in lemm. quam in vs. cit.*) *v. s.* elure sco *p. 436, 4 sqq.* (*Havet, Lindsay*).] *K.-M.*

ēviriātio, -ōnis *f.* *ab* eviriare. *fere i q. d e b i l i t a s, d e b i l i t a t i o (cf. infra l. 21 sqq.)*: CHIRON 404 p. 124, 5 *iumentum* nimis emacrescit ... nec stercus reddere potest -is causa.

ēvirio, (-āvī,) -ātum, -āre. *ab* ex *et* vir (*cf.* eviro). GLOSS. II 237, 54 *ἀπόκοπος, ὁ ἐκτμηθεὶς τοῦ αἰδοίου* -tus. *nonnisi v u l g. s e r m.* (*cf.* CHIRON *l. 28 c.* VEG. *l. 54*). [*corr. l. 24. 26. 30.*] *i. q. e v i r a r e (v. infra l. 44. 50) sc. quasi castrando vires, r o b u r d e m e r e, d e b i l i t a r e sim. (vid. vox ad vocab. 'vires' [cf. l. 25] quodammodo revocata esse)*: CHIRON 14 p. 8, 16 castratos ... numquam d e p l e r e debemus herba ... c o n t i n g i t enim eis -ari (ei se iuriari *cod.*) ... iam enim partem virium cum testibus amiserunt ([*cf. Hippiatr. gr. I 59, 14 ἐλάσσονας γίνεσθαι; Veg. mulom. 1, 23* enervantur]. *sim.* 180 p. 56, 3 [eo severiari *cod.* VEG. mulom. 1, 14, 3 *v. infra l. 53*]). 119 p. 38, 25 ne sanguine *venas* inanies et nervos eius -es. 163 p. 51, 11 a c u r s i o n e m u l t a (248 p. 74, 19 a[d] frequentia cursionis multa). 180 p. 55, 31 *sanguis* corrumpitur, fit sanies, ex qua re contingit ⟨e⟩viriari.

^E**ēviro**, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* vir (*cf.* evirio). *d e n o t i o n e*: NON. p. 46, 12 -ari (-are *trad.*) dicitur virilitatem amittere et e f f e m i n a r i (GLOSS.^L II Abav. EV 3 *v. p. 983, 8.* V Aa E 619 *al.*). AMBR. Noe 25, 93 p. 479, 26 -tus dicitur qui sanguinis plurimum amiserit. GLOSS.^L II Abav. EV 15 -antur: e v a c u a n t u r, m u t i l a n t u r (III Abstr. EV 2 -at e x a n i m a t, evacuat, c a s t r a t [*al.*]. Corp. E 5 ebilantur [*i.* evir-] mutilantur). Corp. E 324 -at v i r e s t o l l i t (GLOSS. V 291, 15). *al.* *forma* -astis: CATVLL. 63, 17. [*ll. vv. v. l. 49. 54 sqq. 63. 66. 72.* *corr.*: SCHOL. Cornut. Iuv. 1, 22 (*FlJb. suppl. 23, 1897, 383*) tener -tus (*Housman ad Lucan. 8, 619*; cui ratus, curatus *trad.*; *cf. l. 43*). *coni. dub.*: LAMPR. Alex. 66, 3 pervi fuerit *P* (servi evirati *Peter, alii alia*). *falso trad.*: COMMENT. Lucan. 8, 619 -vit vulnus (*cod.*, curavit *Housman*; *cf. l. 40 et 56*).]

ēvolūtio, -ōnis *f.* *ab* evolvere. *i. q. actio evolvendi (cf. 'librum' sim. p. 1068, 82 sqq.)*: CIC. fin. 1, 25 quid historiae cognitioque rerum, quid poetarum -o, quid tanta tot versuum memoria voluptatis affert?

ˣēvomo, -uī (-ī *v. l. 48*), -itum, -ere. *ab* ex *et* vomere. *de formis*: -eris *fut. pass.: p. 1073, 37. perf.* -i (-ō-?): SVLP. SEV. *p. 1073, 14 (antea*: inrupit). FAVST. REI. serm. 27 p. 333, 22 in mediis saeculi fluctibus positum ... de profundo clamantem ... Augustinum (*velut Ionam inclusum*) ... mundus -it et ... emisit (*v. p. 1071, 27*). GREG. TVR. *p. 1073, 16 (v. Bonnet, p. 420). coni. perf.* -vomerit: GILD. paen. 7 chron. III p. 89. *p. p. p.* -itus: ZENO *p. 1071, 27*; AVG. *p. 1071, 30*; CAEL. AVR. *p. 1071, 6. praes.* -ent (?): GREG. TVR. Iul. 30 p. 576, 28. NOT. Tir. 95, 30 -it (*post* vomit). GLOSS.^L III Abol. EV 13 -et [d]egeret (*an re-?, cf. l. 57*). II Philox. EV 23 -uit ἐξήμεσεν. GLOSS. -am effundam. -uit regessit. *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO (*sing. locis; v. p. 1071, 32. 1072, 63; semel etiam usurpant*: VERG., AETNA, OV., VAL. MAX., SEN. epist., CVRT., LVCAN., SIL., TAC.); TER. (*ter; v. p. 1073, 1. 3. 4*), CIC.; *saepius* ECCL. [*var. lect.*: PLIN. *p. 1072, 5*; SOL. *p. 1072, 45*. CELS. 4, 31, 3 (-ere *J*, vo- *FPV*) *v. s.* vomo. VAL. MAX. 2, 4, 5 *falso trad., v. s.* evoco *p. 1053, 69.*]

I *c. notione* ***edendi, emittendi:*** **A** ***corporaliter*** *(inde debilitatius de lumine edendo p. 1072, 48)*: **1** *strictius: respicitur vis per os, foramen, hiatum, angustias sim. ex interiore parte extrorsum dandi:* **a** *per vomitum egerere, eicere, eructare sim. (quaecumque sive esu potuve sumpta sive per se [natura, passione al.] in corpore orta sunt)*: *α proprie (opp.* excreare *p. 1071, 1)*: (1) *de hominibus (sim. de stomacho p. 1071, 3. audaciora*: 'spiritum' [*sim.*] *in sanguinis ex ore eruptione: p. 1071, 8 sqq. [cf.* efflare]; *de Philologia artes et disciplinas vomitu edente: p. 1071, 11)*: (a) *c. obi.*: *dub.*: CIL I² 2, 876 (*in glande*) tamen -es omne⟨m⟩ (*item* 877 [= IX 6086] ? aurum vo⟨...⟩es malo, ta⟨m⟩en -es omnem [*sc. glandem in ventre tuo defixam?; cf. Kempf, serm. castr. p. 393; aliter Zangem. ad IX 6086*]). CELS. 1, 3, 11 *qui ex navigatione* nausea pressus est, si multam bilem -uit *eqs.* ([4, 15, 1 b. -itur]. *cf.* LAMPR. Alex. 17, 2 *commotus* stomachi cholera⟨m⟩. RVFIN. hist. mon. 1 p. 394^D aeger ... abundantiam fellis). 3, 12, 6 si quid -uit, danda aqua tepida iterumque vomere cogendus est. PLIN. nat. 32, 46 salsamenta (*opp.* sumi). SVET. Claud. 44, 3. Nero 2, 3 haustum venenum. NEMES. ecl. 3, 54 *Satyrus* potum (-us *trad.*) ... -it inque umeros et pectora defluit umor (*sic Schenkl vs. 52 c. 54 coniungens; aliter alii*). PLIN. med. 1, 25 p. 39, 20

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

humor adeo fecunde subnascitur, ut non tam excreetur quam -atur (*aliter p. 1072, 50*). VVLG. prov. 23, 8 cibos quos comederas (*cf.* VINDIC. med. 32 escas ... crudas ... ad superiora *stomachus compressus* reiectat atque -it [*v. p. 1070, 70*]). *al.* MACR. Sat. 1, 8, 10 *Saturnum* filios suos (*opp.* devorare). CAEL. AVR. acut. 3, 17, 163 stercora (*antea*: vomitu; *164* st. per vomitum emissum). chron. 4, 8, 112 -itos ... lumbricos. *al.* *nota* (*v. p. 1070, 71*): VAL. MAX. 9, 3, 8 *Sulla indignatus* animi concitatione ... convulso pectore spiritum cruore ac minis mixtum -uit (*cf.* PS. VEN. FORT. vita Leob. 20, 67 puella *daemone obsessa* foetores ... cum sanguine pariter). MART. CAP. 2, 135 *Philologia* omni nisu magnaque vi quicquid intra pectus semper senserat (pers-, perpenserat *l. v.*; perpenderat *Dick*), -bat ([*antea*: vomueris; *seq.* vomitio]. 2, 138 virgo undanter [*seq.* quae ex ore ... effuderat]). ⓑ *absolute: i. q. vomitum agere, vomere*: CELS. 3, 21, 4 *Metrodorum* ubi diu abstinuerat, bibere solitum, deinde -ere. TAC. ann. 12, 67 *medicus* tamquam nisus -entis *Claudii* adiuvaret, pinnam *eqs.* VVLG. Sirach 31, 25 in edendo multum, surge e medio, -e (*gr. 31, 21* ἀνάστα ἔμεσον πόρρω).

Ⓘ *de bestiis*: CIC. nat. deor. 2, 124 *platalea* avis scribitur conchis se ... complere, eas cum stomachi calore concoxerit, -ere atque ... eligere ex iis ... esculenta (*inde* PLIN. nat. 10, 115). COLVM. 9, 2, 4 utrum -ant *apes* liquorem mellis an alia parte reddant (*cf. Arist. h. an. 5, 22 p. 554ᵃ, 17* τὸ δὲ μέλι ἐμεῖ κτλ.). PLIN. nat. 8, 93 *crocodili* recentia corpora ad sepulturam (*sc. quae devoraverant*). 8, 111 *vitulus marinus* fel suum ad multa medicamenta utile. 9, 126 *purpurae* cum vita sucum eum. 9, 145 *scolopendrae* omnia interanea (*opp.* resorbent). ZENO 2, 17, 3 Ionas ... fuit in ventre ceti -itusque *eqs.* (VVLG. Ion. 2, 11 in aridam [*cf.* HIER. in Ion. 2, 11 p. 1138ᶜ '-uit' ἐμφατικώτερον debemus accipere *eqs.*]. AVG. serm. ed. Morin p. 155, 16 -itus. *cf. et p. 1070, 51*). CHIRON 181 p. 56, 4.

β *per similitudinem aut imaginem*: Ⓘ *plena -endi vi servata*: PLAVT. Pseud. 952 (*in personatione iocosa*) aedes *lenonis* hiscunt. :: credo, animo malest aedibus. :: quid iam? :: quia edepol ipsum lenonem -unt (*cf. Fraenkel, Plautin. i. Plaut., p. 49; aliter p. 1072, 13*). CIC. Pis. 90 in quo tu accepta⟨m⟩ iam (tam *trad.*) et devorata⟨m⟩ pecunia⟨m⟩ ... -ere non poteras *eqs.* (*i. 'quasi -endo reddere'. cf.* VVLG. Iob 20, 15 divitias quas devoravit, -et; *seq.* extrahet). Ⓘ *plus minus debilitata* (*in variis alleg. christ.; cf. et p. 1070, 50 sq.; aliter infra l. 64*): LVCIF. non conv. 10 p. 20, 5 unde et tenebras de vipereis cordibus -ueritis vestris, *sc. tenebrarum filii* (*cf.* HIER. c. Vigil. 8 p. 346ᶜ de barathro pectoris ... caenosam spurcitiam). RVFIN. epist. Clement. 15 (*in alleg. ex navigat. sumpta*) abicienda ... ex corde ... amaritudo peccati (*sc. velut per vomitum nauseantis*) ..., quam ... cum -uerit quis et abiecerit ... liberabitur morbo. AVG. serm. 9, 13, 21 pectus premitur crapula iniquitatis; -at eam confessio (*antea*: vomant; *seq.* ad vomitum). 311, 15, 13. ENNOD. opusc. 2, 51 p. 303, 23 resupinae cervicis, ex secessu pectoris quidquid habuit flaminis, ructus -uit. ACT. Archel. p. 53, 16 serpens (*i. homo mendax*) erat sicut puerpera quae partu urgetur, volens -ere ... cogitata (*sc. quasi nausea affectus*).

𝔟 *varia ratione per os sim. edendo: i. q. effundere, efflare, emittere, foras dare, exspuere sim.*: α *naturales vel corporales res*: Ⓘ *de animantibus*: ⓐ *generatim*: VERG. Aen. 8, 253 *Cacus* faucibus ingentem fumum ... -it (*cf. Norden, Komm.², p. 116 adn.*). OV. met. 15, 513 *taurus* naribus et ... partem maris -it ore. CLAVD. DON. Aen. 7, 785 p. 106, 30 *Chimaera* Aetnaeos ignes ([*Verg.*: efflantem faucibus]. *cf.* HIER. adv. Rufin. 3, 31 p. 480ᴮ Barchochabas ... stipulam in ore accensam anhelitu ventilabat, ut flammas -ere putaretur). ⓑ *peculiariter de anguibus virus exspuentibus*: *proprie*: AMBR. hex. 5, 7, 19 *vipera* venenum ([*opp.* haurire]. EVSTATH. Bas. hex. 7, 6 p. 943ᴬ vipera pestiferum virus; *seq.* deponere [*gr. p. 160ᶜ* ἡ ἔχιδνα τὸν ἰὸν ἐξεμεῖ]). RVFIN. hist. mon. 8 p. 421ᴰ draco ... simul cum spiritu -ens venenum. *inde in comparat. de hominibus, qui malitiae, acerbitatis sim. venena profundunt* (*cf. et p. 1072, 81 sqq.; aliter l. 38*): CIC. Lael. 87 ut non anquirat aliquem (*sc. hominum societatem fugiens*), apud quem -at virus acerbitatis suae (TERT. adv. Marc. 3, 8 p. 388, 21 *haereticus* [*aspidi comparatus*] -at ... hinc proprii ingenii v.). CYPR. unit. eccl. 10 p. 219, 3 *haeretici al.* (*tamquam serpentes*) venena letalia linguis pestiferis -entes (zel. 17 p. 431, 14 v. fellis -e, discordiarum virus exclude. AMBR. parad. 12, 55 quaedam v. sapientiae in hunc mundum. GILD. Brit. 12 chron. III p. 32, 21 Arriana perfidia ... ceu anguis ... nobis ... v.).

Ⓘ *de rebus naturae* (*montibus, fontibus sim.; inde refl. de flumine: i. q. effundi, p. 1072, 4*): VITR. 2, 6, 2 ardores ... abundavisse sub Vesuvio ... et inde -uisse circa agros flammam ([PLIN. nat. 3, 93 colle ... nocturnas -ente fl.]. *sic de montibus ignivomis*: SIL. 17, 593 Vesbius ignes [MARCELL. chron. II p. 90, 472, 18 V. ... exusta ... viscera]. *cf. et*: SEN. epist. 51, 1 cum plurima loca -ant ignem [*sicut Aetna*], non tantum edita ... sed etiam iacentia). 8, 3, 8 fontes ... picis ... multitudinem cum aqua (APVL. met. 4, 6 fons ... per ... prona delapsus ... undas argenteas. *inde per alleg.*: AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 46, 3 p. 231, 18 in illo f. [*i. 'corde'*] ... turbida aqua impuritatis -itur [*seq.* prorumpit]). LVCAN. 4, 460 cum ... cavernae (*sc. in mari*) -uere fretum, ... undae ... vincunt ... Charybdim. APVL. met. 6, 14 saxum ... procerum ... mediis faucibus (*v. adn. cr.*) lapidis fontes horridos -bat. AVIEN. orb. terr. 423 Padus ... antro flumen. *refl.* (*v. p. 1071, 75*): PLIN. nat. 5, 54 multis quamvis faucibus in Aegyptium mare se -at (-vocat *a*) *Nilus*.

Ⓘ *de re arte, manu facta* (*fere i. q. 'ebulliendo fundere' l. 8*): APVL. met. 5, 23 *lucerna* -uit de summa luminis sui stillam ferventis olei super umerum dei dexterum (*cf. Fulg. myth. 3, 6 p. 68, 12 inde sumptum*: olei desputamento). PANEG. 10 (4), 32, 9 fistulae ... diu intersaeptae ... exitu dato quo largiores eo crassiores aquas -unt (*seq.* egerunt).

β *per auxesin quandam de aedificiis sim. homines tamquam in apertum emittentibus*: *huc spectat*: CIC. Catil. 2, 2 *urbs laetatur*, quod tantam pestem (*i. Catil.*) -uerit forasque proiecerit (*emphatice, i. 'exspuendo quasi eiecerit abominandum'; cf. p. 1073, 34*). PRVD. apoth. 756 *sepulcrum Lazari* revolutis rupibus -it exequias ... vivas (*i. Lazarum resuscitatum*). ENNOD. opusc. 2, 35 p. 298, 14 istos, quae domus -ret, qui scire potuisset *eqs.*? (*cf.* 3, 190 p. 380, 9 d. ... Christianae multitudinis turbas; *opp.* penetralia adibat). *inde per imag.*: ENNOD. opusc. 4, 36 p. 391, 22 mens adhuc *mundano onere* ... depressa, quam nondum ad auctorem suum corporeus carcer -uit. *aliter p. 1071, 34.*

2 *laxiore usu: cogitatur de quibuslibet iisdemque diversis viis modisve, quibus quid emittatur, effundatur, eiciatur sim.* (*de evaporatione: infra l. 34* [*syn.* exhalet]. *35. 51. cf. usum passivum fere i. q. 'emicare'*: MIRAC. Steph. 1, 1 p. 834ᵐᵉᵈ· flamma ignis per aures eius atque oculos -i coepit [*sc. ampullā ori monachi inditā*]): 𝔞 *in universum*: AETNA 411 *lapis molaris numquam* -it ignem, *sc. haustum* ([AVIEN. Arat. 229 *Ophiuchus stella* ... umeris vibrantibus ignes]. *cf.* ARNOB. nat. 6, 3 p. 216, 19 gemmae ... sidereos ... variata intersti⟨n⟩ctione fulgores. PRVD. psych. 853. VAL. CEM. hom. 6, 4 p. 711ᴬ scintilla ... parva flammas). MANIL. 1, 157 ut liquor (*i. elem. umidum*) exhalet tenuis atque -at auras (*cf.* ARNOB. nat. 7, 3 p. 239, 26 *deus* pascitur de cnisis, quas -unt ardentia viscera *hostiarum. v. l. 26*). 5, 672 hinc (*sc. ex meliore thynni suco*) sanies pretiosa fluit floremque cruoris (*i. 'optimum garum'*) -it. CVRT. 4, 6, 8 multam harenam vicinum mare (*sim. de aqua*: ZENO 2, 39 cum *aqua* in profundum homines susceperit vivos, -at mortuos [*ibid. de a. baptism.*]. HIER. in Ioel 2 p. 970ᴰ *mortuarum locustarum acervos, sc. in litora*. DRAC. laud. dei 1, 609 aquas *unda*. ENNOD. carm. 1, 5, 39 -uit pelagus [*i. Padus tumefactus*] hominum penetrale [*i. domus quas inundatione quasi voraverat*]). CYPR. GALL. exod. 662 *rupes* scatebris undantibus ... amnes (*cf. exod. 17, 6* exibit ex ... *petra Horeb* aqua). SOL. 5, 24 aeterna reiectatione terram terra -it ([vo- *H*, *antea*: eructat]. MARCELL. chron. II p. 100, 518, 18 t. ... ad instar ... fornacis exaestuans ... imbrem). AVIEN. ora 294 in auras eminus lucem *mons Argentarius* (*cf.* AMBR. virginit. 19, 124 p. 299ᴮ [*ad psalm. 18, 3* d. ... eructat verbum] dies ... nobis verum lumen -uit). AVG. in epist. Ioh. 3, 4 p. 1999ᵖ·ᵐᵉᵈ· umores mali quando -untur, ... relevatur corpus (*ibid.; syn.* exire, proicere. *i. 'evaporantur', 'excreantur'; aliter p. 1071, 1*).

𝔟 *speciatim: de herbis sim. procreandis, producendis*: COLVM. 8, 15, 3 ne possit *solum* (*sc. stagni in nessotrophio*) herbas -ere (*cf.* DRAC. laud. dei 1, 256 ⟨s⟩exta die⟨s⟩ folium ramis et floribus herbas -it). PS. APVL. herb. 124, 17 H.-S. (*interpol.*) *sempervivum* cubitales -it thyrsos *eqs.* (coevo-*V*; *gr. Diosc. 4, 88, 1* ἀνίησι καυλούς).

B *translate*: **1** *vi promendi interiora adhuc vigente vel perlucente: i. q. loquendo seu scribendo proferre, edere* (*saepius c. nota commotionis, irae, contumeliae, inimicitiae sim.* [*v. l. 67. 70. 81 sqq. p. 1073, 24 al.*]; *i. q. enuntiare, enarrare* [*syn.* eloqui]: *l. 64*): 𝔞 *generatim*: α *c. obi. nudo* (*pro obi. est a. c. i.: l. 77*): ENN. ann. 241 cui res ... eloqueretur et cuncta malaque et bona dictu -ret (*v. Norden, Enn. u. Verg. p. 134 adn.*). SYMM. rel. 3, 1 ubi ... *vidit* senatus ... purgari famam temporum ... -uit diu pressum dolorem. CLAVD. DON. Aen. 11, 375 p. 472, 32 *Turnus maledictis exardens* quod aegre portabat, -uit; rupit ... vocem *eqs.* (*cf.* HIER. adv. Rufin. 2, 14 p. 436ᴮ tandem -uit, quod volebat [*cf. quae seq.*]. *v. et p. 1073, 10*). HIER. tract. in Marc. p. 320, 8 *Porphyrius* multis voluminibus rabiem suam -uit (*cf.* CONC.ˢ I 2 p. 84, 9 [= I 3 p. 110, 10] hanc iniuriam scriptis; *gr.* ἐξεμέσαντες). RVFIN. Orig. princ. 3, 3, 4 p. 260, 7 (*alleg.*) *contrariae virtutes* -ere id (*sc. verbum Christi*) *non* valentes ex arcanis conscientiae (*opp.* retinere). Orig. in psalm. 37 hom. 2, 2 p. 1383ⁱⁿⁱᵗ· *iustus* per confessionem ... peccatorum suorum ... passiones. MAR. MERC. Conc.ˢ I 5 p. 9, 21 *v. p. 827, 39 sqq.* VAL. CEM. hom. 5, 2 p. 706ᴰ commota *lingua* flammas (*sc. iram*). *pendet acc. c. inf.*: CONSTANT. vita Germ. 8 p. 256, 14 quod admissu malignorum spirituum contigisse unus ex obsessis, dum a sancto ... purgatur, -uit omnesque *daemones fugatos esse* ... confessus est.

β *c. additam.*: Ⓘ *acced. praep. notionis adversativae* (in *c. acc. praeter p. 1073, 7* [adversus]; *17* [contra]; *ad sensum cf. et p. 1071, 64*): *i. q. iram, animi inflammationem, affectum, maledicta sim.* (*conceptis verbis*) *effundere in alqm.* (*alqd. p. 1073, 11*):

[*K.-M.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TER. Ad. 312 *velim* illam . . . familiam dari mihi obviam, ut . . . hanc iram in eos -am omnem (*cf.* PRVD. perist. 12, 23 in iugulum Pauli Nero . . . furorem [*sc. necare iubens*]). 510 requiram fratrem, ut in eum haec -am ([*v.* DON. *ad l.*]. Hec. 515 porto hoc iurgium ad uxorem . . . atque in eam hoc omne quod mihi aegrest, -am. CIC. Mil. 78 ne odio . . . inflammatus libentius haec in illum -ere videar quam verius. CONC.[S] IV 2 p. 50, 28 eum . . . inique h. omnia adversus . . . monachos -uisse). CIC. Phil. 5, 20 in me apsentem orationem ⌊ex⌋ ore (⌊⌋ *om. D*) impurissimo -uit. AVG. civ. 6, 6 p. 255, 20 D. in quos liberius quod sentis -as; *seq.* dicis (*cf. p. 1072, 68*). epist. 108, 15 p. 628, 23. c. Iul. op. imperf. 6, 17 p. 1538[extr.] omnia illa, quae in vituperationem divini operis -uit. c. Petil. 3, 2, 3 p. 162, 28 maledicta . . . in me iratior quam consideratior Petilianus (*cf.* SVLP. SEV. dial. 3, 15, 2 Brictio . . . plenus insaniae -it [*v. p. 1070, 48*] in Martinum mille convicia [GREG. TVR. Iul. 30 p. 576, 28 in sanctum dei]. GREG. TVR. Franc. 5, 5 p. 196, 11 -it [-uit *D 4; v. p. 1070, 52*] in me plenus furore obprobria mille). *al.* RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 96, 23 contra nos -ant verba (*gr.* ἐμέτωσαν). Ⓘ in '*resultativum*': DRAC. Orest. 461 nutritor Orestis -it in gemitus voces et verba doloris (*i.* '*erumpit in g.*').

b *significantius: scripta edere* (*imagine vomendi praevalente l. 22. 26; adversative [cf. p. 1072, 81]: l. 24. 25*): PLIN. nat. 14, 148 *Antonius* ante proelium Actiacum id volumen (*sc. de ebrietate sua*) -uit *eqs.* ([*antea*: edito]. HIER. adv. Pelag. prol. 2 p. 497[B] novum. in Os. 3, 11 p. 915[B] adversum nos). LACT. inst. 5, 2, 4 tres libros . . . contra religionem nomenque Christianum (HIER. c. Vigil. 3 p. 341[C] l. . . . quos inter crapulam stertens -uit *Vigilantius [v. supra l. 20]*. *aliter* [*sc. instinctu divino pulsum quasi effundere*]: PRVD. apoth. 593 pandite librum, -uit spirante deo quem sanctus Esaias).

2 *notione prorsus debilitata fere i. q. ostendere*: TERT. pudic. 8 p. 234, 6 cum putaveris recte conciliasse temperamenta colorum (*Gel.*, saecu- *trad.*) *in vestibus purpura oculandis* . . ., mox utroque corpore et luminibus expressis errorem omnem traducta (-um *cod.*) diversitas -et (*v. Hoppe, Synt. u. Stil, p. 186*).

II *c.* ***nota abominandi, proiciendi, repudiandi:*** *i. q. quasi exspuendo a se abigere* (*cf. etiam p. 1072, 16*): **A** *aliquem: fere i. q. proicere*: ITALA apoc. 3, 16 (Priscill. tract. 1, 33 p. 28, 1) quoniam tepidus es, -ēris ab ore domini ([= VVLG. incipiam te -ere ex ore; μέλλω σε ἐμέσαι]. *cf. ad h. l.*: HIER. epist. 31, 3, 2. HESYCH. in lev. 18, 24—26 p. 1016[D] [*syn.* renueret, respuere]. PROSP. in psalm. 111, 5 p. 323[C] ex ore suo. APRING. in apoc. 3, 15 a corde [*syn.* proiciendos]. *et al.*). VVLG. lev. 18, 25 ut terra -at habitatores (18, 28 *bis.* 20, 22 [*opp.* intraturi]; *hebr. ubique est hif.* הֵקִיא '*exspuere*', '*eicere*'). **B** *rem: i. q. repudiare, spernere*: AMBR. in psalm. 118 serm. 13, 25, 3 p. 296, 10 -et . . . et reiciet sermonem tuum stultus, qui *eqs.*

euōnymos, (-on), εὐώνυμος. *nomen arboris cuiusdam Lesbiae*: PLIN. nat. 1, 13, 38 ostrys, -os (-us *d T*, de -o *a*). 13, 118 nec auspicatior *est* in Lesbo . . . arbor, quae vocatur -os (*M*, -imus *a*; eno- *rell.*), non absimilis Punicae arbori *eqs.* (*cf. Theophr. hist. pl. 3, 18, 13 τὸ δ' εὐώνυμον καλούμενον δένδρον κτλ.*).

? CIL III 14206[10] Deo Vertumno domino aram **ēvōtam** Zipas Margulas v. s. l. m. (*sic ed.; sed* FΛOTΛM [*i.* '*factam*'?] *lapis; cf. Fredrich, AM 33, 1908, 44*).

LVCIL. 545 Alcmenam . . . ⟨He⟩lenam (*Scal., Marx*; Ledam *al.*; len-, men- *trad.*) ipsam . . . ⟨κού⟩ρην (*Τυρὼ al.*) **eupatereia⟨m⟩** (-an *codd. Non. p. 26, 5*) aliquam rem insignem habuisse: verrucam, naevum *eqs.* (*cf. Hom. Z 292, χ 227 et v. Marx ad l.*).

eupatoria, -ae *f.* (*v. l. 61*) *et* **eupatorium,** -ī *n.* (-on *v. l. 62*), εὐπατόριον. *scribitur*: epa-: *l. 77*; opa-: *l. 77*; *praeterea* eopatur-, ipatur-, eupatur- (PS. APVL. *l. 76*) *in* GLOSS. (*v. l. 68. 69. 81 et cf. Thes. gl. em. s. v.* argemonia). *fem.* -a (*sc.* '*herba*'): PLIN. *l. 70 bis. 72* (*cf. gr. Diosc. 4, 41 εὐπατόριος· πόα ἐστὶ κτλ.*). *acc.* -on: PS. APVL. *l. 79*. *gen.* -ri: *l. 77*. [*ex coni.*: PLIN. *l. 72*. *cf. et* MARCELL. med. 36, 12 † cuateri drag. I (-i *vel* elateri *Heraeus*). PELAGON. 288 (= VEG. mulom. 2, 116, 2) *trad.* silpotorium *sim. i.* sil? (*dub. coni.* -um; *cf. Heraeus, WklPh. 34, 1917, 708*).] **1** *i. q. herba* '*argemonia*' ('*Agrimonia Europaea*' *L.*; *cf.* GLOSS. III 589, 58 eupaturio radix agrimoniae [*al.*] *et v. Stadler, RE VI 1162, 4 sqq.* *compon. c.* '*sarcocolla*': GLOSS. III 595, 15 sarcocola -turium [*al.*]. *adhibetur praecipue in med.*): PLIN. nat. 1, 25, 29 -a I. 25, 65 -a quoque regiam auctoritatem habet, caulis lignosi *eqs.* (*sc. a Mithridate Eupatore. v. l. 61*). 30, 121 cum radice -ae (*Sillig.*, lupatoria, lapath- *trad.*). PELAGON. 463. VEG. mulom. 1, 59 saxifragae, -i, meliloti. 3, 13, 2. MARCELL. med. 22, 12 -i . . . piperis paria ⟨pondera⟩ (22, 31. 43 PLIN. VAL. 2, 17). PS. APVL. herb. frg. p. 220, 19 H.-S. ([-turi *M*, -urio *L*; -tori *β*] = *Marcell. med. 20, 115, ubi* euforbi; *v. p. 1076, 8*). DIOSC. 4, 38 de opatorio. epatori frutex *eqs.*

2 *i. q. herba* '*marrubium*': PS. APVL. herb. 45, 28 H.-S. *herba marrubium* a Graecis dicitur prasion, alii -on (-potyrior *Ca*), alii filopaes (φιλόπαις) *eqs.* ([*gr. Ps. Diosc. Vind. 3, 105 πράσιον, οἱ δὲ εὐπατόριον*]. *inde* GLOSS. III 538, 65 -turio id est marrubio subventano [*cf. Thes. gl. s. v.* marrubium]).

eupetalos (*acc.* -on *p. 1074, 2*), εὐπέταλος. *i. q.* '*pulchra folia habens*'; *nonnisi subst.*: **1** *frutex quidam ex chamaedaphnes genere*: PLIN. nat. 15, 132 quod da⟨ph⟩noides vocatur genus in nominum ambitu est: alii . . . Pelasgum, alii -on (*D*[2], eupta- *D*[1]*FG*, eutha- *Ea*), alii stephanon Alexandri vocant ([*cf. Diosc. 4, 146 εὐπέταλον*]. PS. APVL. herb. 58, 7 H.-S. dafnoides . . . alii diglosson, alii -os [*om. βγ*]. *v. vol. V 1, 35, 75 sqq.*). **2** *gemma quaedam*: PLIN. nat. 1, 37, 58 -os, eureos *eqs.* 37, 161 -os (eul- *B*[1]) quattuor colores habet, caeruleum, igneum, minii, māli. *v. et Orph. lith. 230 εὐπέταλον . . . λᾶαν.*

? **euphēmēsis,** *εὐφήμησις (*an* -isis *ab* *εὐφήμισις?). *fere i. q. bonum omen, fausta precatio*: FVLG. Virg. cont. p. 84, 2 *Vergilius* in parte . . . extrema *octavae eclogae* tetigit -femesin (*Helm*; efenuesin *PU*, ef(f)enuesion *rell.*; *seq. Verg. ecl. 8, 105 sqq.* [*cf. vs. 106* bonum sit]). *v. et l. 14.*

? **euphēmēticus,** (-a, -um), εὐφημητικός. *i. q. bene fausteque ominans*: FVLG. Virg. cont. p. 84, 10 primus *liber* . . . georgicorum est . . . astrologus et in parte postrema -femeticus (*sic Helm*; ef(f)emericus, efemuicus *trad.*; *cf. p. 656, 54 sq. et v. supra l. 9*).

euphēmia, -ae *f.*, εὐφημία. *acc.* -an: *l. 21. 25.* *i. q.* '*euphemismus*' (*t. t gramm., sc. vocis malum omen significantis per boni ominis appellationem aversio; syn.* antiphrasis *l. 23. 25*): SACERD. gramm. VI 461, 23 astismos fit tribus modis: per -an (-femia *B*) ac si dicimus fata Parcas, quod non parcant, . . . per cacemphaton . . . per similitudinem (*cf.* 462, 14 antiphrasis est, cum ponitur verbum bonum pro malo; malum tamen significatur ut Parcae ab eo quod non parcant et Eumenides *eqs.* . . . antiphrasin alii -an vocant).

[**euphēmismos** (εὐφημισμός). *vox gr. aut trad. aut ed.; e. g.*: DON. Ter. Andr. 204 p. 93, 6. 568 p. 181, 14 (-femismon *trad.* [-sem- *C*]). Hec. 206 p. 228, 9 (-femis mori *C*, -phemismon *V*). Phorm. 491 p. 460, 6 *al.* SERV. georg. 1, 278 (cateufemismon *lbr.*). Aen. 4, 57 (*litt. lat. FNLHM*). *al.*]

[z]**euphōnia,** -ae *f.*, εὐφωνία. *scribitur*: euf-: PRISC. gramm. II 122, 3 *K* (125, 10). III 11, 5 *G al.* GRAMM. suppl. 177, 8. *v. infra l. 57. 59. 70. p. 1075, 6. 15. 17.* aeuph-: PRISC. gramm. II 122, 3. 128, 6 *R.* eoph-: *eiusdem cod. G* II 481, 29. 525, 10. 565, 23 (v *suprascr.*). *vox gr.*: QVINT. inst. 1, 5, 4 (*v. infra l. 47*). MACR. exc. gramm. V 639, 33. *vox maxime* GRAMM. (*inde a* DON. *l. 64. p. 1075, 9. 27*). [*ex coni. certa*: *p. 1075, 18.*]

i. q. bonus, gratus, iucundus sonus; suavitas pronuntiationis sim.: **1** *strictiore usu* (*t. t. gramm. [rhet. v. p. 1075, 30]; praecipue de vocalitate in declinandis, derivandis, formandis vocab. observanda, ut fere singularum vel litt. vel syll. soni suaviter edendi spectentur; de sonorum iucunditate certae locutioni, dictioni per se propria*: *p. 1075, 28.* *audacius fere i. q. suavitas oris [sc. linguae externae recte pronuntiandae adaptati]*: *p. 1075, 33*): **a** *absolute ponitur*: *α notabiliora quaedam*: Ⓘ *signific., defin., interpr.* (*cf. et* QVINT. inst. 1, 5, 4 vocalitas quae εὐφωνία dicitur: cuius in eo dilectus est, ut inter duo, quae idem significant . . . quod melius sonet malis [*v. infra l. 56*]): AVG. gramm. V 517, 1 sq. observemus ut nec -am applicemus ad regulam aut -am reiciamus. nam -a, id est suavitas bene sonandi, admissa est . . . ut aspera temperet *eqs.* (*cf.* CLEDON. gramm. V 47, 12 [*ad* DON. *infra l. 64*] -am . . . intellegimus potius suavitati quam rationi obsequi [*ibid.*]. ISID. orig. 3, 20, 4 -a . . . suavitas vocis). CLEDON. gramm. V 47, 16 -a suavis dictio gratiam augens ([GLOSS.[L] IV Plac. E 14 -a vocis sonus suavis]. *cf.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 513, 20 -am . . . ut quod suave auribus videbatur, hoc dicerent *auctores*). PRISC. gramm. II 9, 16 -am (euf- *A*) . . . quam nos sonoritatem possumus dicere (GLOSS. II p. XIV sonoritas, bonus sonus *eqs.*). 47, 29 sqq. (euf- *K*). III 463, 14 -a id est sonus. GRAMM. suppl. 212, 26 causa -ae (*v. p. 1075, 22*) . . . postponitur '*cum*' *pronomini pers.*: sonorius enim est 'mecum' quam 'cum me'.

Ⓘ *de ratione ac vi, quae inter* '*-a*' *et alias notiones in vocum formatione (sim.) vigentes intercedit*: *opp.* 'analogia', 'ratio' (*coni. infra l. 80*), 'regula': DON. gramm. IV 379, 2 -am in dictionibus plus interdum valere quam analogiam vel regulam praeceptorum (DIOM. gramm. I 307, 21. *cf. l. 67. 82*). SERV. ecl. 6, 2 propter -am contempsit *poeta* ius regulae *eqs.* ([*sc.* '*Thalia*' *pro* '*Thalea*']. *cf.* Aen. 7, 683 hic -am secutus est [*sc.* '*Anienem*' *ponens*], nam Ennius 'Anionem' [*ann. 603*] dixit iuxta regulam. CONSENT. gramm. V 354, 17 [euf- *L*]. 354, 29 *in abl. sg., gen. pl.* ['*vase*', '*vasorum*'] -ae ratio varietatem regulae attulit [*v. p. 1075, 23*]. 356, 16 *al.* PRISC. gramm. II 565, 23 multa . . . quae r. exigit . . ., sive -ae causa deficiunt sive quod in usu non sunt [III 11, 5 'meus' . . . secundum regulam vocativum *debet* . . . facere 'o mee', -ae causa duas e breves in i longam convertit. *v. p. 1075, 15*]. *al. v. l. 65*). CHAR. gramm. p. 227, 18 B. retinentia formam generis sui (*sc. verba in perf.*) -ae potius quam rationi succumbunt, ut 'video vidi' *eqs.* (*inde* DIOM. gramm. I 348, 25 potius consuetudini vel -ae quam r. [FRG. Bob. gramm. V 562, 40; *antea*: fixas et certas regulas. *cf. p. 1075, 3*]. *cf.* PRISC. gramm. II 51, 5 quamvis -a et ratio . . . abicit 's' antecedente 'x' [*sc.* '*exequor*']. *v. et l. 53. 71*). CLEDON. gramm. V 47, 17 -ae potius quam analogiae (CONSENT. gramm. V 363, 27 sqq. *in controversia* analogiam primo requiremus, ex qua quae portio eligenda sit, per -am iudicabimus [*sc. sec. analog. et* '*senati*' *et* '*sena-*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tūs'] ... hic ... iudicet -a, quae voces aptiores ... decentiores sint; ... certante ... analogia variis exemplis id quod pulchrius est eligit -a. PRISC. gramm. II 43, 17. *cf. et p. 1074, 65*). *comp.* 'consuetudo', 'usus' (*cf. et p. 1074, 73. 78. opp. l. 7*): DIOM. gramm. I 351, 2 consuetudo -am captans 'v' litteram subtrahit *eqs.* ([*sc.* '*adicram*' *pro* '*adiveram*']. GLOSS.^{L} Corp. E 348 -fonia consuetudo. *sim.*: SERV. Aen. 1, 616 'adplicat' secundum ... usum per 'd' ... scribitur ... secundum -am per 'a' tantum [*i.* '*aplicat*']).

β generalia: DON. gramm. IV 390, 22 '*tenus*' propter -am subicitur (*sc. voci* '*pube*') et facit 'pube tenus' (SERV. georg. 1, 262 MACR. exc. gramm. V 628, 34 EVTYCH. gramm. V 455, 31 CASSIOD. gramm. VII 212, 8 *al. v. et l. 37. p. 1074, 66*). CHAR. gramm. p. 14, 23 B. *cum* 'stō', 'do' ... si conferatur 'dico', 'curro' ... item producta 'o' ..., diiudicari poterit quam sit aliud absurdum, aliud per -am gratum. DIOM. gramm. I 308, 4 (euf- *A*). SERV. Aen. 1, 30 -ae causa (8, 77. PRISC. gramm. II 17, 18 hiatus vel -ae c. 18, 13. 30, 13 -ae c. ... 'Agchises', 'agceps'. 122, 3. 305, 17 sive metri sive -ae [euf- *G*] c. [III 448, 2. 511, 31. GRAMM. suppl. 104, 25; coponie *trad. al.*]. 372, 6 -ae ... c. concisio facta est mediae syllabae [*sc.* '*nutrix*' *pro* '*nutritrix*'. *al.*]. 437, 21. III 47, 25 tam -ae quam differentiae c. [GRAMM. suppl. 125, 13]. *saepe. v. p. 1074, 72.* POMP. gramm. V 243, 3 hoc contemptum est causa -ae [PRISC. gramm. II 461, 25. *v. et p. 1074, 60*]. *cf.* SERV. auct. Aen. 8, 641 -ae gratia). Aen. 1, 480. 5, 522 -ae ... ratione ([GRAMM. suppl. 77, 19. *v. et p. 1074, 71*]. *cf.* PRISC. gramm. II 507, 21 -a, cuius ratio apud Graecos ... observantissimos eius servata est *eqs.*). *al.* PRISC. gramm. II 49, 20. *passim.*

b *acced. gen. subi.*: DON. Ter. Ad. praef. 1, 1 p. 3, 6 *fabulam* potuit ... Terentius 'Fratres' dicere, sed ... Graeci nominis -am perderet (*v. p. 1074, 42*). EVSTATH. Bas. hex. 6, 2 p. 922^{B} non ... consuevimus verborum instructuras vel -am pronuntiationis excolere, sed honestam significationem nominum *praeferimus* (*gr. p. 121^{A} τὸ εὔηχον τῶν φωνῶν, opp. τὸ εὔσημον*). SIDON. epist. 5, 5, 2 velim dicas, unde ... hauserunt pectora tua -am gentis alienae (*cf. 1* sermonis te Germanici notitiam tanta facilitate rapuisse. *v. p. 1074, 44*).

2 *liberius: fere i. q. honestas et decentia in significando*: HIER. epist. 106, 23, 1 in Graeco repperisse vos dicitis (*sc. psalm. 39, 9 ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου*) 'in medio ventris mei' ... sed propter -am apud Latinos 'in corde' translatum est (*item* in Eph. 4, 29 p. 513^{B} pro ... 'ad aedificationem opportunitatis' ... quod dicitur Graece *τῆς χρείας*, in Latinis codicibus propter -am ... interpres ... posuit 'ad aedificationem fidei'. *v. l. 9*).

euphōnos (*v. l. 51*) *et* **euphōnus,** (-a,) -um, *εὔφωνος*. *vox gr.*: AVR. Fronto p. 105, 5 N. DON. Ter. Eun. 554 p. 389, 15 (*-φωνότερον* [*sic et* SERV. Aen. 12, 95; euf- *AS*, eufont-, eufonont- *sim. al.*]). 1065 p. 489, 18 (*adv. -ως*). [*ex coni.: l. 51. 54 (?).*] *i. q. bene sonans, venusti et suavis soni*: 1 *techn.* (*gramm. et rhet. cf.* GLOSS. I p. 162 -fonus foenustas locutionis): LVCIL. 1168 (= FORTVN. rhet. 3, 6 p. 124, 8) ut quae verba magis sonantia sunt, ea potius conlocemus, quae Lucilius -a (*BP*, euf- *D*) appellat, id est quasi vocalia (*cf. Marx ad l.*). DIFF. gramm. VII 525, 23 praeverbium est -on (*Fabric.*, -phemion *ed. Asc.*), adverbium et vitiosum et fictum est. [2 *trslt. i. q. ἀνδρεῖος?* (*opp.* psellus *i. q.* '*lingua haesitans*' *pro ἄνανδρος?*): IVV. 6, 365^{9} lanista, in cuius numero longe migrare iubetur psellus (*v. l. 52*; psill- *trad.*) ab -o (-pholio *O*; *v. Housman ad l.; alia tamen alii*).]

euphorbēa (-ia), **-ēum** *v.* euphorbium.

***euphorbium,** -(i)ī *n.*, *εὐφόρβιον*. *de scriptura*: euf- *saepe*: CHIRON, MARCELL. med. *praeter* 8, 17 (*ex* SCRIB. LARG., *v. infra l. 76*). THEOD. PRISC., ORIBAS.; *in var. lect.: v. l. 77. 81. 84. p. 1076, 7.* -forv-: *v. l. 69. 81 sq.* *de formis*: *fem.* -phorbēa (-ia; *sc.* '*herba*', *v. l. 81*): PLIN. nat. 1, 25, 38 (-i- *d?*). 5, 16 (-i- *l. v.*). 25, 77. 145 (-bii *T*). 27, 2 (-i- *d?*). SOL. *infra l. 81* (-ia *l. v.*). -phorbēum: PLIN. nat. 25, 143 (-i- *R?*, *E*). 26, 54. 118. *masc.* -forbius: ORIBAS. *p. 1076, 12.* *gen.* -bi: SCRIB. LARG. *infra l. 77.* MARCELL. med. *ubique* (*praeter* 8, 79. 22, 13 -ii). *pl. n.* -a: SER. SAMM. *infra l. 84.*

nomen herbae cuiusdam sucosae (*in Mauretania imprimis nascentis, quam ex Euphorbo Iubae regis medico appellatam tradunt* [*de re v. Stadler, RE VI 1171, 12 sqq.*]): 1 *de origine, nomine, natura* (*cf. et* ISID. orig. 17, 9, 26 -um [-forvi- *D*] dictum, quod eius sucus oculorum acuat visum; *v. infra l. 78*): PLIN. nat. 5, 16 *Iuba* prodidit ... *in Atlante* gigni herbam ... -eam (-iam F^{2} *Eaop*) nomine, ab inventore medico suo appellatam (25, 77 invenit ... rex Iuba *herbam*, quam appellavit -eam medici sui nomine [*fusius describitur*]). 27, 2 Scythicam herbam ... et -eam (-phorherbam *V*) *eqs.* (*cf. Diosc. 3, 82 εὐφόρβιον*). 2 *de herbae contra varios morbos usu*: SCRIB. LARG. 38 p. 19, 8 (= MARCELL. med. 8, 17) hyaenae fellis p. ✳ I, -bi p. ✳ I. 67 p. 29, 22 -um (euf- *R*) aqua dilutum. PLIN. nat. 1, 25, 38 -eae genera II, medicinae IIII. 25, 143 facit claritatem ... -eum inunctis *oculis* (*v. l. 70. 82*). 25, 145 de -eae (-bę *E; v. l. 61*) suco (MARCELL. med. 8, 79 de s. marrubii, rutae ..., -forbii. *cf.* SOL. 24, 9 herba -ea [euf- *RCNH*, euforuea *MG*, -forbia *SA*, -foruia *LP*] copiosa, cuius sucum ad ocularium proficit claritatem [*cf. l. 79*]). 26, 54 Vettonica ... -eum vel agaricum (*cf.* 26, 118; prob- *Er*). SER. SAMM. 1001 conveniunt acidis -a (euf- *AB*) mixta fluentis *eqs.* PLIN. med. 3, 31 p. 105, 2. PELAGON. 48 inulam, -um ... vino decoque (*Hippiatr. gr. I p. 357, 24 εὐφόρβιον*). VEG. mulom. 1, 15, 3 *al.* CHIRON 55 p. 20, 23 -um d. I, piperis grana IX (961 p. 287, 16. MARCELL. med. 7, 17 -forbi. *al.*). 857 p. 260, 23 -i ... adarcem (MARCELL. med. 25, 22 -forbi, adarces uncias singulas. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 39 aspergines ... ex nitro et adarce et -o. *al.*). *al.* MACR. Sat. 7, 5, 26 suco papaveris admiscetis -um (euf- *P*). MARCELL. med. 1, 38 -forbi. 20, 34. 115 nardostachys, iunci seminis, -forbi (*v. p. 1073, 76*). 28, 19 -forbi permodicum. *al.* THEOD. PRISC. eup. faen. 18 p. 20, 2. 67 p. 70, 2 -forbii quippiam pulveris. log. 34 p. 132, 10 unguentis calidioribus et mordentibus ... -forbii. *al.* ORIBAS. syn. 1, 17 p. 819 de -forbiu. -forbius purgat ... humores (*gr. p. 27, 1 -ον*). *al.*

? POL. SILV. nom. anim. chron. III p. 544, 13 (*inter natantia*) exocitus, **eufratis,** scorber, ecinais (*vid. esse nom. pr.* Euphrates; *v. Schuchardt, Ztschr. Rom. Phil. 30, 1906, 720 et cf. Onom.*).

[ANON. med. ed. Piechotta 164 calligines ... deterget *anagallis* ... nefreticis, epaticis et **eufreticis** sucus eius emendat (*vid. depravatum ex* 'nefreticis' *anteced.; an* e<n>fr<ac>ticis *sc.* '*emphraxi iecinoris laborantibus*' ?).]

[AMM. 22, 8, 33 Graeci dicimus ... noctem **eufrónēn** (*i. εὐφρόνην*) *trad., pro voce gr. ed.*]

euphrosynus, -um, *εὐφρόσυνος*. *i. q. hilaritatem afferens, laetificus*: 1 *epitheton Mercurii*: CIL VI 522 sacrum Mercurió epulóni -ó (*v. p. 703, 83*). 2 *nomen herbae q. e.* '*buglossos*': PLIN. nat. 25, 81 *buglosso* praecipuum *est*, quod in vinum deiecta animi voluptates auget et vocatur -um (*cf. Diosc. 4, 127 καθιέμενον εἰς τὸν οἶνον εὐφρόσυνον δοκεῖ εἶναι*).

? **euplia,** -ae *f.* *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 25, 81 -a I. 25, 130 ea quam -am (*VRa*, -piliam *dTx*, eucliam *Salmas. [sic et altero loco] ex Theophr. h. pl. 9, 19, 2 εὔκλειαν κτλ.*) vocant *eqs.*

LVCIL. 991 **euplocamō** (*dat., i. εὐπλοκάμῳ*) digitis discerniculumque capillo (*v. Marx ad l.*).

eupolidēus *sim. v. Onom.*

euporistos, (-on) *et* **euporistus,** -um, *εὐπόριστος*. -per-: *infra l. 50.* *decl. lat.: gen.* -orum: *infra l. 43; abl.* -is: *infra l. 43. 44.* *graece gen. pl.* -on: THEOD. PRISC. *infra l. 53. 55. 56 (vv. ll. ubique; de libro); infra l. 50 (cf. et tit. infra l. 48).* *i. q. facilis paratu et acquisitu* (*t. t. med. de medicam. quae facile et absque ullo labore possunt parari [cf. def.: l. 42 sq.; syn.* praesentaneus: *infra l. 48]; praeter infra l. 43 pro subst.*): 1 *de ipsis medicamentis, remediis*: THEOD. PRISC. eup. faen. 3 p. 4, 2 ut facilibus potius naturalibusque remediis ... medicinam salubrius ordinarem, hoc est -is (-ium *rbc*): suco tritici *eqs.* 73 p. 76, 14 -orum (& por- *B*) sequentium ... beneficia. ORIBAS. eup. 2, 1 A 40 p. 441 de -is ... omnium herbarum ... dicendum. ALEX. TRALL. 1, 10 aliud -on. recipe *eqs.* 2 *de libris vel scriptis, quibus parabilia medicamina collecta, descripta, enumerata sunt* (*cf. tit. libr.*: THEOD. PRISC. -on [*lat.: e. g. eup. faen. 1 p. 1, 5* praesentaneae libellos medicinae]; ORIBAS. -on. *v. et* ALEX. TRALL. 1, 72 Apollonius ... -periston, si sanari potest, ait *eqs.* [*gr. codd. Mf: ἐν ... τῷ Ἀ. εὐπορίστῳ εὗρον, sed rell.: ἐκ τῶν Ἀπολλωνίου εὐπόριστον, εἴπερ κτλ. i.* '*facile ad intellegendum est*']): THEOD. PRISC. log. 29 p. 127, 9 addes ... adiutoria de graeco -on (-o *V*, -a *r*; exponton *g*) compendiosa (*ad rem cf. eup. faen. 1 p. 1, 6*). 103 p. 204, 10 *ustionis in ano* remedium in -on (-o *rB*, eoproristo *V*) nostro invenies (*sc. 81 p. 86, 14 sqq.*). gyn. 1 p. 224, 7 duobus libris ... faenomenon -on (-o *Br*) officium, logicam disputationem.

PS. VEN. FORT. vita Leob. 16, 56 *vir apostolicus* angelicae ... castitatis candore ... dealbatus omniumque virtutum copia ditatus et **euprepiā** (*ab εὐπρέπιος, vix ad subst. εὐπρέπεια ref.*) decoratus vitā (*cf.* GLOSS. III 494, 55 **euprepius** decorus).

CIL XIV 603, 7 d. m. Aristiae Nicareteni ... coiugi ... benemerenti ... **eupsȳchī** (*i. εὐψύχει*) Nicarete, udis (*i. οὐδεὶς*) athanatos (656; *v. p. 1005, 68.* INSCR. christ. Diehl 852 [*coemet. Priscillae*] Καρice, -i. *v. Diehl, RhM. 62, 1907, 404*).

PHILVM. med. 2 p. 127, 22 cum omnibus ... pomis panis manducandus est; natura enim sunt **eupt(h)arta** (*i. εὔφθαρτα*, -ptarda, eoptarda, -carpa *al. trad.*), i. e. facile corruptibilia.

CIL V 2787^{5} (*Patavii*) Q. Magurius ... Ferox ... A(quis) A(poni) dicavit **eurās** VIII et pertic. uncinor. XII n. CCLIX ('*plane obscura*' *Dessau nr. 5202 [cf. et p. 665, 48 sq.]; de circulis vinclis sim. aeneis ad* '*perticam*' *quolibet modo defixis cogitat Buecheler, RhM. 58, 1903, 319 sq. coll. Poll. 1, 146 [BC, θύραι c. rell. Bethe; i. τὰ ... τῷ ἄξονι ἐγκείμενα σιδήρια]. unde male intellecta adscivit Ruggiero, diz. epigr. II 2171^{b}*). '*an* eoras *i. αἰώρας?*' *Heraeus.*

euraquilo, eurauster *v.* euro-. **eurēmaticus** *v.* heure-.

PLIN. nat. 1, 37, 58 *gemmae* eumithres, eupetalos, **eureos,** eurotias *eqs.* (37, 161 -os [*om. a*, eun- *d*] nucleo olivae similis est, striata ..., non adeo candida).

eurēsilogus *v.* heures-.

eurīnus, (-a, -um). *ab* eurus (*cf.* austrinus). *i. q. ex regione euri veniens* (*de vento; fort. i. q.* '*euronotus*' *p. 1077, 1 bis; adi. l. 83, subst. p. 1077, 1 bis*): COLVM. 11, 2, 14 Cal. Feb. ... ventus -us et interdum auster cum grandine est (11, 2, 43 Idibus Maiis ... auster

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aut -us, interdum *eqs.* [*item ibid.* XVI et XV Cal. Iunias -us vel auster]).

? PLIN. nat. 21, 119 unum iunci genus quod **eurīpicēn** (*sic Barbarus e Diosc. 4, 52, 2 ἡ δὲ Εὐριπικὴ σχοῖνος* [*at v. var. lect.; e. g. τρίτη*]; tripicen, trepicen [-em] *trad.*) vocant *eqs.* *v. Onom.*

eurīpidēus (-īus) *v. Onom.* Euripides.

eurīpus, -ī *m.*, εὔριπος. u-: *v. infra l. 56.* -ryp-: *v. infra l. 47*; -rup-: *v. infra l. 9. 76.* *breviatur in* INSCR. eurip(o): *v. infra l. 66 sqq.* NOT. Tir. 113, 79 stagnum ... eurupes, canalis (*v. infra l. 38*). GLOSS.[L] III Abstr. EV 6 piscina longa (*cf. infra l. 41*). GLOSS. εὔριπος. *inde a* CIC. (*v. infra l. 17. 23. 43*), OV. (*infra l. 75*). *v. Onom., ad quod eos locos relegamus, quibus vox de freto illo Chalcidico usurpata (v. infra l. 16 sqq.) pro mero nom. propr. adhiberi videtur.*

1 *i. q. angustiae maris, fretum:* **a** *usu stricto de freto Chalcidem a Boeotia seiungente (cf. infra l. 24. p. 1078, 8 sq. et v. supra l. 12):* CIC. nat. deor. 3, 24 Chalcidico -o ... freto Siciliensi ([*v. infra l. 24*]. *cf.* LIV. 35, 39, 1 in Chalcidis [*M?*, Chalcide *codd. pl.*] -o). PLIN. nat. 4, 71 in -o ... Euboico.

b *liberius de variis quibuslibet marium faucibus (spectatur inprimis aestus fluctusve: v. infra l. 23. 32. 33 [inde per comparat. infra l. 34]. syn.* fretum: *infra l. 23. 28; cf. et infra l. 30*): CIC. Mur. 35 quod ... fretum, quem (*v. app. cr.*) -um tot motus ... habere putatis (*tangi videntur et fr. 'Siculum' et -us 'Chalcid.'; v. supra l. 17*). PLIN. nat. 2, 219 Tauromenitani -i. 4, 75 *ab Hellesponto* porrigitur ... tenuis -us ... ad Priapum (*cf.* AVSON. Mos. 290 mediis -us ubi undis Europae ... Asiaeque vetat concurrere terras). 9, 50 in -o Thraci[d]i Bospori (*syn. postea* freti). 9, 51 M passibus medii interfluentis -i (*sc. inter Byzant. et Chalced.*). AVSON. 298, 21 Pario contectum marmore fontem -i fervere freto (*cf. supra l. 22*). SCHOL. Stat. Theb. 7, 420 *Corinthii* -i incolunt partem. AMBR. hex. 4, 7, 30 -i cum exundent *eqs.* (*ex Bas.; cf.* EVSTATH. Bas. hex. 6, 11 p. 934[A] -orum ... meatus refluus. *ibid.*[B] [*gr. p. 144*[B] *αἱ περὶ τοὺς εὐρίπους παλίρροιαι ... οἱ ... εὔριποι*]). *in comparatione (v. supra l. 21):* CHALC. transl. 53[A] illa (*sc. prima corpora*) quattuor velut in -o fluctuante iactari ([*gr. τὰ τέτταρα γένη σειόμενα κτλ.*]. *cf.* comm. 353 p. 377, 4 [*allata vers. lat.*] -um quidem silvam cognoscimus).

2 *de rivo arte facto, i. q. canalis, aquae ductus, fossa, alveus sim. (tam in usus varios [publicos v. e. g. infra l. 54. 83 sqq.] quam in hortorum, domorum sim. amoenitates [inde per alleg. de deliciis: infra l. 69] constructo; potius de piscina [coniunct. infra l. 59]: p. 1078, 4. 13 sqq. [cf. de piscium -o: infra l. 53]; v. etiam supra l. 10. cf.* CIC. leg. 2, 2 ductus ... aquarum, quos isti Nilos et -os vocant): **a** *in universum:* **α** *proprie:* LIV. 44, 11, 4 ab altera *Cassandreae* parte -us est (*v. Weissenborn-Müller ad l.*). VITR. 7, 5, 2 *in ambulationibus* pinguntur ... portus, ... litora, flumina, fontes, -i (-yp- *HG*, ey- *S*), fana *eqs.* (PLIN. nat. 35, 116 lucos, nemora, ... piscinas [*v. l. 59*], -os, amnes *eqs.*). SEN. epist. 55, 6 platanona medius rivus ... -i modo dividit (*cf.* PLIN. epist. 1, 3, 1 quid platanon opacissimus? quid -us viridis et gemmeus? quid ... lacus?). 90, 15 qui -os subito aquarum impetu implet aut siccat *eqs.* (*vix ad b β, l. 83*). PETRON. 36, 3 garum ... currebat super pisces, qui tamquam (*v. adn. cr.*) in -o natabant (*v. supra l. 42*). PLIN. nat. 5, 63 Mareotis lacus ... -o e Canopico ostio mittit[ur] ex mediterraneo ⌊commercia⌋ (⌊⌋ *Detlefs.*, -o *trad.*; *cf. Mart. Cap. 6, 675* fissurae). 6, 99 (u- *DF*[1]*R*). 9, 170 *Lucullus piscinas* maiore impendio quam villam exaedificaverat, -um et maria admisit (*cf. Varro rust. 3, 17, 9* maritumum flumen). 36, 123 abundantiam aquarum in publico, balineis, piscinis, -is, domibus, hortis *eqs.* (*cf.* TERT. bapt. 5 p. 205, 20 fontes ... rivi et in balineis piscinae et -i in domibus. *v. supra l. 48*). FLOR. Verg. p. 183, 4 arborum amoenitate, -orum frigore (*cf.* HIER. epist. 3, 4, 3 -orum [riparum *l. v.*] amoenitate). SIDON. carm. 22, 208 (*de piscina*) fusilis (*seq.* lacu; *v. quae seq.*). *nota 'ab -o' pro loci indicatione adhibitum (inc. tamen qualis canalis significetur):* CIL XV 106[a] (*a. 123*) ex pr(aedis) C. C(uriati) C(osani) C(aepionianis) ab -o (*ibid*[b] ab -rip(o). 107 [*a. 123*] ex pr(aedis) Sent(i) ... ab -rip(o). 108 [*a. 126*] ab -rip(o). 110 [*inter a. 138/161*] ex pr(aedis) imp. Antonin(i) Aug., ex fig(linis) ab -rip(o), opus *eqs. cf. Dressel, p. 25 et ibid. adn. 2*). **β** *alleg.* (*cf. supra l. 40*): ANIAN. Chrysost. hom. 7, 6 p. 1049[init.] est ... periculosius, quod ... immane illud perditionis pelagus -um delectationis appellant.

b *specialia quaedam:* **α** *de canali illo Virginis Aquae thermis Agrippianis proximo (vid. in 'stagnum A.' influxisse; cf. Jordan-Hülsen, Topogr. I 3, 580 sq.; Richter, Topogr. p. 241):* OV. Pont. 1, 8, 38 gramina ... Campi pulchros spectantis in hortos (*sc. Agrippae*) stagnaque (*i. 'stagnum Agrippae'*) et -i (-rup- *A*) Virgineusque liquor. SEN. epist. 83, 5 *ego* tantus psychrolutes, qui Kalendis Ianuariis -um salutabam, qui anno novo ... auspicabar in Virginem desilire *eqs.* FRONTIN. aq. 84 *ex Virgine* operibus publicis sedecim quinariae *tot*, ... in quibus per se -o, cui ipsa nomen dedit, quinariae CCCCLX. *hic addendum videtur:* INSCR. NotScav. 5, 1908 p. 327 (*Romae*) ad Tiberim ... ad -u⟨m⟩ ... ad piscina⟨m⟩.

β *in circo (de re v. Daremb.-S. I 1192; Jordan-Hülsen l. c. 122. 127; Pollack, RE VI 1284, 29 sqq. cf. et supra l. 10. 51):* **Ⓘ** *proprie de canali, lacu:* PLIN. nat. 8, 21 Caesar ... -is harenam circumdedit (*sc. circi max.*), quos Nero ... sustulit (*cf.* SVET. Iul. 39, 2 in gyrum -o addito). 8, 96 *hippopotamum* et quinque crocodilos ... aedilitatis ... ludis M. Scaurus temporario -o ostendit. LAMPR. Heliog. 23, 1 fertur in -is vino plenis navales circenses exhibuisse. **Ⓘⓘ** *metonymice: significatur ipsa 'spina' (sc. cum piscinis): cf.* LYD. de mens. 1, 12 (*Κίρκη*) τὸ ... *μέσον αὐτοῦ* (*sc. ἱπποδρομίου*) *ἐποίησε ξυλουργές, ὀνομάσασα ... -ον ἐκ τοῦ θαλαττίου ἴσως -ον* (*v. adn. cr.; -ιππ- P. cf. p. 1077, 16*). *huc spectare vid. etiam:* ANTH. 3, 6 (*Asterii subscr. in Verg. cod. M*) tempore quo penaces (*i. 'pinaces'?*) circo subiunximus atque scenam -o extulimus. TERT. spect. 8 p. 10, 2 (*ex Suet., cf. p. 337, 4 R.*) *Mater Magna* illic praesidet in -o (*antea:* delphines, obelisci; *seq.* metas). adv. Hermog. 31 p. 160, 7 theatrum et circum; scaena ... erat talis ... et statuae super -um. ANTH. 197, 13 (*de circensibus*) his (*sc. metis*) -us quasi magnum interiacet aequor (*seq.* obliscus). SERV. auct. Aen. 9, 702 in circo falae dicuntur divisiones inter -um et metas. SIDON. carm. 23, 360 (*in curruum certamine*) vos ... campus clauserat ... arte factus, per quem longam ... duplamque muro -us sibi machinam tetendit. CASSIOD. var. 3, 51, 8 -us maris vitrei reddit imaginem, unde illuc delphini ... aquas influunt (*seq.* obeliscorum).

euroaquilo, (-ōnis) *m.* *ab* eurus *et* aquilo. euraqu- (*cf.* eurauster *l. 30*) *est gr. in εὐρακύλων* (*v. l. 25*). *i. q. ventus e regione et euri et aquilonis flans:* VVLG. act. 27, 14 ventus typhonicus qui vocatur -o (*gr. ὁ καλούμενος εὐρακύλων* [*l. v. εὐροκλύδων*]; *v. l. 23 et cf. Hahn, Rom u. Romanismus, p. 263 adn. 9. inde* CASSIOD. compl. in act. 27, 13 p. 1403[C] fortissimus ventus). CIL VIII 26652[c] (*nom. 12 vent.*) septentrio, aquilo, -o; ⟨vu⟩lturnus, eurus *eqs.*

euroauster, -rī *m.* *ab* eurus *et* auster. euraust-: *l. 35 (cf. et l. 22).* *i. q. ventus a dextra parte austri ad eurum versus oriundus, 'euronotus':* SVET. frg. p. 230, 6 -r (-ri *B*) calidus ventus a dextris intonans austri ([*cf.* ISID. nat. 37, 3]. ANTH. 484, 19 euronotus [*v. infra l. 62*] cui [*sc. noto i. austro*] dexter adest, quem nomine mixto -um [*ORB*, -austr- *D*, -r////istrum *g*] Latia dixerunt voce Latini. ISID. orig. 13, 11, 3). ISID. orig. 13, 11, 6 -r dictus, quod ex una parte habeat eurum, ex altera austrum.

euroborus (*vix* -bore-: *v. l. 42. 45*), -ī *m.* (*pro adi. l. 43*). *ab* eurus *et* boreas, boreus. eoro-: *l. 45* (*cf. et l. 42*). **1** *de vento, qui inter eurum et boream flat* (*syn.* caecias): VEG. mil. 4, 38 p. 155, 7 *ab orientali cardine* oritur ... subsolanus; huic a dextera iungitur caecias sive -us (eoro- *MQL*, roboros *Π*; -eus *Oudend., vg.*), a sinistra eurus *eqs.* **2** *vice adi. de regione: i. q. ad mediam inter septentriones et orientem p. spectans:* IORD. Get. 5, 30 *Scythia* in extremis Asiae finibus ab Oceano eoroboro (euro- *OB*, eboreo *A*) in modum fungi ... tenuis, post ... latissima ... forma extenditur.

? VITR. 1, 6, 10 circa solanum carbas *flat* ..., euri vero medias partes tenentis in extremis **eurocirciās** (euri c. *GS*[c], euri certias *H*) et volturnus (*cf. κιρκίας pro καικίας Liddell-Scott s. v.*).

euronotus, -ī *m.*, εὐρόνοτος. -noth-: *v. l. 59. 63.* *vox gr.: l. 58 (v. et l. 54. 59).* GLOSS. -us εὐρόνοτος. -um austrum. *de vento a sinistra euri dextraque noti partibus spirante; cf.* 'euroauster' (*syn.* volturnus: *l. 57; pro regionis indicat.: l. 63*): SEN. nat. 5, 16, 6 a meridiano axe -us (*gr. litt. Gercke*) est; deinde notus, latine auster *eqs.* (*cf.* PLIN. nat. 2, 120 alii ... addidere ... inter eurum notumque -um [GELL. 2, 22, 10 tertius ventus, qui ab oriente hiberno spirat — 'volturnum' Romani vocant —, eum ... Graeci mixto nomine quod inter eurum et notum sit, εὐρόνοτον appellant. *inde* APVL. mund. 13 p. 319; -um *B*, -nothum *rell.*; *gr. fere edd.*]. APVL. mund. 11 p. 315 -us ille qui inter notum atque eurum medius effringit [*gr. π. κόσμ. 4 p. 394*[b]*, 33 -ος δὲ ὁ μεταξὺ εὔρου καὶ νότου*]. ANTH. 484, 18 *v. supra l. 34*). OROS. hist. 1, 2, 99 *Pachynum promuntorium* respicit ad -um (-th- *BA*; *cf. l. 53*).

[**eurōstia** *leg. vid.* GLOSS. III 516, 54 *pro* eirospanosoe valitudo lagor (*cf.* III 291, 39 *εὐρωστία νόσος* valitudo languor), *ita ut* v. *ad* -a, l. *ad* nosos *pertineat.* *an* ar(r)ostia *i. ἀρρωστία?*]

eurōtiās. *ab εὐρώς* (*cf. εὐρωτιάω*). *nomen gemmae:* PLIN. nat. 1, 37, 58 eupetalos, eureos, -s (*om. FE*). 37, 161 -s situ (*i. εὐρῶτι*) videtur operire nigritiam.

eurōus, (-a, -um). *ab* eurus *aut ab* **εὐρῷος* (*cf.* arctous; eous). *i. q. orientalis, e regione euri veniens (fere pro genet. 'euri': l. 75):* VERG. Aen. 3, 533 portus *Veneris* ab -o fluctu curvatus in arcum ([*cf.* SERV. auct. *ad l.*]. *inde* GLOSS.[L] I Ansil. AB 83 ab -o⟨o⟩ fl. ab ea parte, unde eurus fluctus facit). PRISC. periheg. 871 ferit zephyrus *Arabiam* ..., Persica ... flatus -i litora turbant (*cf. Dionys. periheg. 930 ἔλλαχ(εν) ... Ἀραβίη ζέφυρον, Περσὶς δ' εὔροιο κελεύθους et v. l. 71*).

***eurus,** -ī *m.*, *a gr. εὖρος (saepius laudatur origo vocis graeca: v. e. g. p. 1079, 27. 32. 37. at cf.:* SEN. nat. 5, 16, 4 -us ... quem nostri vocavere vulturnum ..., sed et -us iam civitate donatus est et nostro sermoni non tamquam alienus intervenit [*cf. p. 1079, 31*]). *de etym.:* VITR. 1, 6, 11 ea re quod ex auris procreatur ab Graecis εὖρος videtur esse appellatus. GELL. 2, 22, 7 nominatur -us ficto vocabulo, ut isti ἐτυμολογικοὶ aiunt: ὁ ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέων (APVL.

[*K.-M.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mund. 13 p. 319 NON. p. 50, 18. ISID. orig. 13, 11, 4 -us eo quod ab ἠῶ fluat *eqs.*). NOT. Tir. 110, 83. GLOSS. nomen venti, latine subsolanus, flat ab oriente. -us εὖρος ἄνεμος. *legitur (tam sg. quam pl.) inde a* FVR. ANT., BELL. Alex., SALL., VERG. [*ex coni.*: TIB. 1, 4, 44 (arcus *trad.*). *v. et l. 52.*] *v. Onom.*

nomen venti (fere noxii, frigidi, cf. e. g. l. 52. 64) flantis ab oriente hiberno ([*v. l. 17 sqq.*]. *de regionibus ventorum v. Kaibel, Herm. 20 [1885], p. 579 sqq. et Steinmetz, de ventorum descript. ap. Gr. Romanosque [Diss. Gött. 1907]. delineationem etiam invenies in comment. ad Manil. 4, 591 Wageningen. saepius pro quovis vento adhibetur, v. e. g. infra l. 60. 63. cf.* SERV. auct. georg. 3, 382 [*v. p. 1080, 13*] -o pro 'vento' accipere debemus [SCHOL. Verg. Veron. *ad eund. l.* nunc -um non suo nomine significavit, quia ab oriente flatus illius est, sed per metalepsim quemcumque ventum dixit; attamen aquilonem proprie accipiemus]. *hic illic personate; e. g. l. 45 sq.*):

b *in imag. et transl.* (*acced.* ad: *l. 40. p. 1139, 2.* contra: *infra l. 84*): **α** *oculos*: CIC. leg. 1, 60 quom animus ... -uerit illam ut oculorum sic ingenii aciem ad bona seligenda (eligenda *l. v.*) et reicienda contraria (PLIN. nat. 23, 59 *acetum scillinum* oculorum aciem ... -it. 24, 99). PLIN. nat. 29, 132 scarabaei viridis natura contuentium visum -it (SER. SAMM. 208. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 215, 7 B. obtunsiores). **β** *animum, affectus, ingenium sim.*: CIC. leg. 1, 60 *v. supra l. 63.* VITR. 9 praef. 1 *scriptores* libris ad discendum et animos -endos praeparant praecepta (PLIN. nat. 20, 127 nasturcium venerem inhibet, animum -it. *cf.* SEN. epist. 117, 19 haec ... *animum* minuunt et deprimunt nec ... -unt sed extenuant. *aliter v. p. 1139, 12*). FIRM. math. 1, 2, 4 Gallicam stoliditatem ([*opp.* hebetare]. *cf.* RVRIC. epist. 1, 5 p. 358, 28 hebetudinem cordis). HIER. hom. Orig. in Ier. 9 p. 650[B] aut obtundatur irae divinae aculeus aut -atur (*gr. p. 381[B]* ἀμβλύνεται ... ἢ οὐκ ἀμβλύνεται). **γ** *linguam, dictionem sim.*: FIRM. math. 1, 3, 4 *mathematicorum accusator* argumentorum suorum aculeos. AMM. 30, 1, 16 *Danielus et Barzimeres* ut hebetatae primo adpetitu ve⟨ne⟩natae serpentes, ora ⌊-uere⌋ (ex hac vere *trad.*) letalia. HIER. in Nah. 3, 1 *sqq.* p. 1256[A] sermonis gladium (*v. supra l. 55*) -tum cote dialecticae (*cf.* VVLG. psalm. 63, 4 -erunt ut gladium linguas suas [ἠκόνησαν]. AVG. serm. 216, 6, 6 *diabolus* -at multiplices et dolosas linguas suas. CASSIOD. hist. 5, 48 p. 1026[D] contra hanc doctrinam ... calumniae linguas). RVFIN. apol.

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adv. Hier. 2, 13 p. 596^{A} lacerationibus eius, ad quod opus ... stilum eius Porphyrius -uit, non obviemus. *et al.*

2 *fere i. q. excitare, instigare, impellere* (*c. vi exacerbandi, aggravandi: e. g. infra l. 19. acced. abl. instr. infra l. 11. 25. 30 al. indicatur ad quid: per* in *c. acc.: l. 12. per* ad: *infra l. 19. 22. 24 al. per dat.: l. 18. refl. v. infra l. 29*): CIC. de orat. 1, 131 nec magis ad eos deterrendos ... quam ad vos ... -endos accommodavi orationem meam. Att. 12, 36, 2 velim cohortere et -as Cluatium. PLANC. Cic. epist. 10, 23, 7 sollicitudines ... meas cotidie magis tua merita -unt, ne quid aut ex amore aut ex iudicio tuo perdam. NEP. Phoc. 4, 1 cum ... plurimi ... ira -rentur propter proditionis suspicionem. HOR. ars 403 Tyrtaeus ... mares animos in Martia bella versibus -uit (EPIT. Alex. 11 strepitu remorum ... animi militum -bantur [*corr. Reitzenstein*; exaequa- *cod.*]. *aliter v. p. 1138, 70. cf.* HOMER. 507 virtus ... ducis vires accendit Achivum, et spes -it languentia militis arma). OV. Pont. 1, 10, 13 non ... -et torpens sapor ille palatum (*cf.* SIDON. epist. 2, 9, 7 *equitando* pectora marcida cibis cenatoriae fami -remus). COLVM. 10, 392 *cucumis* noxius -it morbos aestatis iniquae. SIL. 7, 142 *Hannibal* -ens varia ad conamina mentem (CORIPP. Ioh. 8, 53. *cf.* FIRM. math. 6, 10, 3). HOMER. 595 non sic setigeri -unt fervoribus iras (*cf.* MAR. VICTOR aleth. 3, 694). HIL. gen. 63 *dies* instigat animos opera ad maiora ..., -ens variis mortalia pectora curis. RVFIN. Orig. in num. 15, 2 p. 132, 2B. interiorem hominem ad videndum deum revelato mentis oculo -ere et provocare. CLAVD. 15, 350 iuvenem stimulis ... virtus. COD. Theod. 12, 1, 161 (= COD. Iust. 10, 32, 51) ne ... solacium eos impunitatis -at, horum cupiditatibus obviamus. CONC.^{S} I 5 p. 276, 25 propheta ... offendenti Israhel et -enti ad iracundiam ... deum dicebat (*gr. I 1, 6 p. 137, 21* καταθήγοντι πρὸς ὀργάς). *et al.* *reflex.*: PLIN. epist. 3, 7, 15 invicem se mutuis exhortationibus amici ad amorem inmortalitatis. FIRM. math. 3, 1, 14 disciplinis ... compositis per diversos actus humani se generis -uit intentio.

3 *spectat ad saporem: i. q. acrem reddere*: PLIN. nat. 19, 93 scilla ... medicamini nata -endoque aceto.

deriv.: exacutio.

exacūtio, -ōnis *f.* *ab* exacuere. *i. q. actio exacuendi* (*v. p. 1138, 25 sqq.*): PLIN. nat. 17, 106 calami -o medullam ne nudet.

exacūtus, -a -um *v.* exacuo *p. 1138, 39.*

[**exaditat** *v. p. 1140, 11.*]

exadvento, -āre. (*'ab* ex *et* * adventare *i. vento exponere sim.* [*v. Meyer-Lübke s. v.*]. *fere i. q. ventilare' Heraeus in plag.*): CAEL. AVR. acut. exc. 2 p. 492 placet ut nudus iaceat aeger ..., -etur hinc atque inde sabanis aut flabellis venti (ventum *cod., corr. Daremberg*) agitationibus (ventum agitantibus *Heraeus in plag.*).

exadversio, -ōnis *f.* *ab* exadversum *vel* ex adverso *ut vid. figura rhet.*: CARM. de fig. 163 ἀντεναντίωσις. -o fit, minimis si maxima monstres: 'non parva est res, qua de agitur' pro 'maxima res est'.

exadversum (-us) *adv., praepos.* *de orig. v. Schmalz-Hofmann^{5}, p. 385.* PRISC. gramm. III 514, 23 -um quoque compositum (*cf.* III 109, 19). -vors-: PLAVT. Bacch. 835. TER. Phorm. 88 (*nonnulli Σ*). 97 (*A, nonnulli Σ, utroque Phorm. loco teste Dziatzko-Hauler p. 66, 4*). Ad. 584 FRONTO p. 101, 6 N. *de formis: forma recentior* -us: *v. l. 82. p. 1140, 1. 6. 7.; cf. Hofmann, IF 44, 1926, 73. de accentu: secundam syll.* (exádversum) *acuit Annianus ap.* GELL. 6, 7, 4; *cf. Lindsay, Class. Quart. 17, 1923, 203. de notione*: EVGRAPH. Ter. Phorm. 88 -um ei loco (*v. infra l. 67*): contra ipsum locum. SCHOL. Ter. p. 62, 19 -um: econtra. p. 128, 29 e contrario.

[*confunditur c.* ex adverso (exadverso): *v. l. 67. 70. 74. 75. 76. 84. p. 1140, 2. 8; c.* adversum (-us): *v. l. 75. 83. p. 1140, 1.*]

fere i. q. ex loco opposito, a parte altera, contra, ex adverso (*cf. Hand, Turs. s. v.; Hamp, ALL 5, 1888, 348*): **1** *adv.* (*cf.* PRISC. gramm. III 26, 25 quando *adversum* ... τὸ ἐναντίως significat magis adverbium ostenditur, ut [*Ter. Phorm. 88, v. l. 67*] ... †ei loco -um tonstrina erat): PLAVT. Bacch. 835 video -um (*v. l. 50*) Pistoclerum et Bacchidem (FRONTO p. 101, 6 N.). TER. Phorm. 88 in quo haec discebat ludo, -um ([*v. supra l. 51*]. ex adverso AP^2F^2) ilico (*A*; ei loco *Iov. Σ*, EVGRAPH. *v. l. 57 al.; cf.* DON. 'ei loco legitur et illico'. *v. p. 1140, 4 et vol. VII 1, 330, 57*) tonstrina erat quaedam. 97 ea (*mater mortua*) sita erat -um ([*v. supra l. 52*]. ex advorso [-ver-] *Iov. Σ*). Ad. 584 apud ipsum lacum est ⌊pistrilla et -um⌋ (*v. supra l. 53.* ⌊ ⌋ pi. ei adv. *A*) fabrica. CATO agr. 18, 3 alteris vasis -um ab stipite extremo ad parietem. SVET. Iul. 39, 3 in ... earum (*metarum*) locum bina castra -um (-so X^1Q) constituta erant. Tib. 33 assidebat ... iuxtim vel -um (-so *Xδ*; adversum Π^1Q) in parte primori (*cf.* APVL. flor. 16 p. 65 sese quisque -um [*φ*: exadūso] quam proxime collocat *in theatro*). APVL. flor. 15 p. 49 Samos ... insula est — -um Miletos — ad occidentem eius sita (*sic distinguit Helm, nom.* Miletos *tuens*; Mileto *Scioppius fort. recte, v. p. 1140, 4*). AMM. 23, 6, 72.

2 *praepos.*: **a** *de situ* ('*ubi*'?): *α c. acc.*: CIC. div. 1, 101 ara ... Aio Loquenti ... -us eum locum consecrata est. NEP. Them. 3, 4 ut ... -um (*Dan. ABP*, adversum *MR*) Athenas apud Salamina classem ... constituerent. PLIN. nat. 3, 127 *Hister* -um (-o a^3; adversum *E*) Padi fauces. 6, 48 -us (-us [et ad- *R*] *codd. praeter* ex adverso a^3) fontes Indi. GELL. 2, 22, 23 *iapyx* videtur -um (ex [et *V*] adversum *PV*, adversus *R*) eurum flare. *β ? c. dat.*: TER. Phorm. 88, *v. p. 1139, 67.* APVL. flor. 15 p. 49, *v. p. 1139, 78.* **b** *de motus derectione* ('*quo*'? *vi hostili l. 6*): *α c. acc.*: NEP. Thras. 2, 7 Critias ..., cum ... -us (*Dan. APR*, adversus *BM*) Thrasybulum fortissime pugnaret. PLIN. nat. 10, 180 a coitu ... *equae* currunt -us (*Sillig.*, -os *vel* -o *codd.*) aquilonem austrumve (*cf. Arist. hist. an. 6, 18 p. 572^{a}, 17* πρὸς ἄρκτον ἢ νότον). *β c. dat.*: APVL. apol. 16 cava specula si -um soli retineantur.

exadytat (-dit- *codd.*): excludit ab adytis (-dit- *codd.*) GLOSS.^{L} V Abba EX 11 ('*hanc glossam* GLOSS.^{L} Corp. E 512 GLOSS. V 292, 44 *sic exhibent*: exaudituat: excludit ab abditis.' *Lindsay in plag.*). *ad sensum cf. infra l. 73.*

exaedificātio, -ōnis *f.* *ab* exaedificare. *i. q. actio exaedificandi, extructio*: **1** *proprie de erectione aedificiorum, operum* (*inde per imag. l. 20 sqq.*): CAPITOL. Max. Balb. 1, 4 quid ... opus ... de -e amphitheatri agere? AMBR. Noe 6, 13 p. 422, 1 inveniet in eius (*sc. arcae Noë*) -e (aed- *TN*) discriptam humani figuram corporis. *in imag. et alleg.* (*v. l. 17*): CIC. de orat. 2, 63 haec ... fundamenta *in historia scribenda* nota sunt omnibus, ipsa autem -o posita est in rebus et verbis. AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 15 p. 75, 14 templum condere domino cogitabat verborum caelestium -e, non lapidum (*ibid.* serm. 6, 24 p. 120, 12 parietem legis et prophetarum spiritalium lapidum -e fundatum [fundamentum APm^1R]). **2** *transl. fere i. q. formatio, effictio*: CHALC. comm. 186 opinor Platonem animarum ... -i deum opificem praefuisse dicere. 203 humani corporis (*cf. Plato Tim. p. 43^{A}* ἀπεργαζόμενοι σῶμα).

*__exaedifico__, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* aedificare. exed-: *v. infra l. 41. al.* GLOSS. ἀνοικοδομῶ. [*variat c.* aedificare: CIC. de orat. 1, 179. SALL. (?) in Tull. 4, *v. vol. I 924, 54. cf. etiam l. 42. al.*]

1 *i. q. ad finem aedificare, exstruere, construere* (*opp.* diruere: *infra l. 66.* inchoare: *infra l. 68*): **a** *proprie* (mundum [caput]: *infra l. 48. de apium domibus: l. 39*): PLAVT. Most. 761 hasce aedes ... -tas (-tas esse *A*, esse aedificatas *P*, *corr. Studemund*) insanum bene ([*aliter v. l. 46*]. *cf.* CIC. Att. 1, 6, 1 domus *Rabiriana* ..., quam tu iam dimensam et -tam animo habebas [SALL. Catil. 12, 3 domos atque villas. PLIN. nat. 11, 26 *apes* domos primum plebei -ant, deinde regibus; *Arist. hist. an. 9, 40 p. 623^{b}, 32* πλάττουσι ... κηρία. *al.* VOPISC. Car. 6, 3]. SALL. [?] in Tull. 3 tibi alius Tusculanam [-num *l. v.*], alius Pompeianam villam -bat [exediff- H^a, edif- *AM*, hed- *V*. PLIN. nat. 9, 170. SPART. Hadr. 26, 5 Tiburtinam villam mire. *v. l. 38*]. PS. AVR. VICT. orig. 5, 3 -tis domiciliis [*v. infra l. 50*]). CIC. Verr. II 5, 48 Capitolium ... gratiis (gratis *ω*) -ari atque effici potuit (*cf.* leg. 2, 42 templum [Tusc. 1, 114 LIV. 1, 56, 1 *al.*]. PLIN. nat. 16, 217 aedis [*Sillig*, elis *codd.*] Aulide eiusdem deae saeculis ante Troianum bellum -ta. ARNOB. nat. 4, 1 p. 142, 5 aras [*cf.* 6, 1 p. 214, 12]. 7, 47 p. 282, 8 delubra). CIC. ac. 2, 126 ne -tum quidem hunc mundum divino consilio existimo (*cf.* CHALC. comm. 231 domicilium [*v. supra l. 43*] capitis ... quod ad similitudinem mundi sit -tum teres et globosum). CAES. civ. 1, 15, 2 quod oppidum (*i. Cingulum*) Labienus constituerat suaque pecunia -verat (LIV. 30, 1, 10. *cf.* CVRT. 4, 8, 2 -andae urbi. AMM. 14, 8, 11 *Caesaream*). LIV. 30, 3, 8 hibernacula. 35, 31, 9 regiam. CVRT. 9, 1, 3 navigia -ari (*cf.* COD. Theod. 13, 5, 28 naves). PLIN. nat. 5, 61 labyrinthus in Moeridis lacu nullo addito ligno -tus. 9, 114 portum. 10, 110 super tecta ... turres *columbis* (36, 70 in ipsa *navi* turribus Puteolis e pulvere -tis [*cf. de eadem re*: 16, 202 cum tribus molibus turrium altitudine in ea -tis]. VOPISC. Prob. 21, 3). 18, 301 horrea (COD. Theod. 15, 1, 17 *stabula* aut *horrea*). 33, 145 officina ... -ta. 35, 163 *fornacem. al.* TREB. trig. tyr. 21, 7 in quibus *locis* thermae Diocletianae sunt -tae. ARNOB. nat. 4, 6 p. 146, 4 ex laterculis ... caminorum istud ... genus. CIL XIII 4131 (*a. 245*) fara⟨bu⟩rem (*v. vol. VI 1, 279, 8*) -erunt suo in⟨p⟩endio iuniores vici hic cos⟨i⟩stentes. SYMM. epist. 1, 10, 1. AMBR. Abr. 1, 9, 80 p. 554, 2 tumulos parentum. HEGES. 1, 25, 3 p. 40, 24 muros; *opp.* diruti ([reaed- *B p. c.*, *Z*]. *gr. 1, 199* ἀνακτίσαι). **b** *in imag. et transl.*: PLAVT. Trin. 132 dare ... argentum amanti homini ... qui -ret suam incohatam ignaviam. CIC. de orat. 1, 164 (*de Crassi disputatione*) ne graveris (*m*, gravere *H recc.*) -are id opus quod instituisti. MAR. VICTORIN. in Eph. 2, 20 p. 1261^{A} primum ... fundamentum est ad vitam: cetera ad exornandum et -andum.

2 *i. q. ex aedibus eicere*: PLAVT. Trin. 1127 -visset me ex his aedibus, apsque te foret (*cf. l. 11*).

deriv.: exaedificatio.

exaematōsis *f.*, ἐξαιμάτωσις. PS. SORAN. quaest. med. 62 quid est -is? (exē- *cod.*). -in (exemm- *cod.*) dicunt Graeci quando ex suco cibi sanguis factus traditur corpori.

exaequābilis, (-e). *ab* exaequare. *i. q. par*: HIL. trin. 9, 2 p. 282^{A} non ... videtur -is per nativitatem esse natura (*sc. Christi et dei*) quae ignorationis sit necessitate diversa. [*adv.* **exaequābiliter** *ex coni. pro* exercabiliter: APVL. met. 2, 2.]

exaequātio, -ōnis *f.* *ab* exaequare. *scribitur* exe- *vel* exse-: LEX Burg. Rom. 17, 4 *nonnulli codd.* GLOSS.^{L} II Philox. EX 4 ἐξίσωσις.

[*Burckhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GLOSS. ἰσομοιρία. [III 480, 68 ἐκζήτησις (*'leg.* ἐξισότης' *add. Loisel*). *de lemmate* exquisitio (*vulg. script.* exquae-, *unde corr.* exaequatio) *cogitat Heraeus in plag.*]

i. q. actus exaequandi (*at v. l. 20. 32*):

1 *c. notione* aequum paremve reddendi: **a** *usu significantiore (quasi technico): de (plena) aequatione bonorum sim.*: LIV. 34, 4, 14 hanc ... -em (*sc. ornatus c. pauperibus*) non fero ([*antea*: aequato omnium cultu]. *cf.* PS. RVFIN. in Os. 2, 21 p. 980^{B} -o ... conluxit, ut in tanto discipulorum coetu nemo esset divitiis erectior). COD. Theod. 13, 10, 8 pr. -es censuum, quas ... censorum et peraequatorum officia ... probaverant (*i. fere 'peraequationes'*). COD. Iust. 5, 3, 20, 7 Leoniana constitutio, quae super -e pactionum loquitur non in quantitate, sed in partibus (*cf. 5, 14, 10* pacta lucrorum dotis et ante nuptias donationis paria esse). *inde fere i. q.* aequa divisio: LEX Burg. Rom. 17, 4 agri (*aliter v. infra l. 31*) ... communis nullis terminis delimitati -em inter consortes nullo tempore denegandam. LEX Visig. 8, 3, 13 ut tantum de inpasto loco ei, cui damnum intulerit, facta spatii -e, tradatur.

b *generaliter: de aequatione*: *α* membrorum orationis (*acced. genet. 'ident.' fere i. q. comparatio*: HIL. in psalm. 132, 6 p. 689, 1 additur ... alterius conparationis -o, cum dicitur: 'sicut ros Hermon, qui eqs.'): SERV. Aen. 7, 787 'tam magis illa fremens ... quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae' ...: *particulae 'tam, magis, maxime eqs.'* ad -em positae ... possunt vel comparativo vel superlativo ... ipsae inter se iungi. *ibid. bis* (*opp.* praelationem. comparatio *i. 'gradatio'*). *β* summae *sc. totius cum partibus suis*: CHALC. comm. 80 p. 149, 7 hoc ... circulo in trecentas sexaginta quinque partes ... diviso, ad earundem partium -em εζ quidem ambitus nonaginta quattuor semis portionibus continebitur *eqs.*

2 *c. sensu* planum faciendi: **a** *de actione*: SERV. georg. 1, 95 'vimineasque trahit crates' ad agrorum (*aliter v. supra l. 15*) scilicet -em. **b** *passive fere i. q.* planities: VITR. 5, 12, 4 insuper eam -em pila ... struatur.

***exaequo**, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* aequare. *scribitur* exequ-: CIC. fin. 3, 11 *VNABE.* FAV. EVL. p. 12, 7 APRING. in apoc. 21, 16 *al. inde variat c.* ex(s)equi: SALL. Catil. 3, 2, *v. p. 1143, 45.* VITR. 3, 3, 11, *v. p. 1143, 25 al. perf.* -asset: *v. infra l. 71.* CHAR. gramm. p. 472, 22 B. *inter verba activa coniug. I^{ae}.* NOT. Tir. 46, 29 -at. *de notione*: NON. p. 36, 29 pensum significat -tum, quod sine inclinatione sunt, quae penduntur. GLOSS.^{L} III Abstr. EX 21 explanat: -at, aequalem facit. V Aa E 687 -to: simile facto. GLOSS. ἐξισῶ, ἐξομαλίζω. *legitur inde a* PLAVTO (*v. p. 1143, 21*), VARRONE (*v. l. 45. p. 1142, 35*), RHET. Her., CIC. [*francog. vet.* essever. *M.-L.*]

I *c. notione locali: fere i. q.* planum reddere: **A** *de solo sim.*: VARRO rust. 3, 11, 2 vestibulum earum (*anatium*) -tum tectorio opere testac⟨e⟩o. VITR. 1, 6, 12 in -ta planitie (5, 12, 3. CET. FAV. 26 p. 299, 30 ad regulam [*v. l. 50*] -ta planities reddit speciem nigri pavimenti [*cf.* PALLAD. 1, 9, 4]). 5, 9, 7 sabulone eae ambulationes sternantur et -entur (10, 2, 12). 7, 1, 1 *solum.* 8, 6, 15. *al.* PAVL. FEST. p. 6 regula ad quam (*v. supra l. 47*) aliquid -atur. SEN. epist. 55, 2 fluctus ... illud (*sc. litus*) frequens ... -at. SIDON. epist. 5, 13, 1 si quid voraginosum est, ... humo advecta scrobibus oppletis ... -at. *in locutione*: 'solo -are' (*cf. vol. I 1019, 38*): SEN. dial. 3, 19, 2 tecta ... diruit et solo -at (*cf.* FLOR. epit. 1, 13, 14 totam urbem igni ferro manibus -ant *Galli*). *inde per hyperbolen*: SIL. 12, 696 fuerit *Hannibali* delere Saguntum, -are Alpes (*i. 'altas Alpes quasi solo aequando superare'*).

B *partes corporis*: **1** *dentes* (*sc. explendo, ut inaequalis superficies plana fiat*): COLVM. 6, 29, 5 sexto anno dentes, quos primos mutavit, -at *equus* ([*seq.* explentur]. *inde* PALLAD. 4, 13, 8 CHIRON 778. PELAGON. 1. VEG. mulom. 3, 5, 3 [*cf. Hippiatr. gr. I 324, 6* ἕξει ἴσα τὰ ἀνισώματα *et v. Keil ad Varronis rust. 2, 7, 3 p. 183; Schneider ad Colum. l. c. p. 195*]). **2** *cutem, i. q.* lēvigare: CVRT. 8, 9, 22 oris cutem ad speciem lēvitatis -ant.

II *c. vi relationis*: **A** *i. q.* aequum et parem reddere: **1** *quomodocumque sive aequum facere sive eodem ac pari loco ponere (aut plus minus aequando aut plene, sc. ita ut vis praep. valeat)*: **a** *res* (*tam corp. quam incorp., temporis spatium v. p. 1142, 47*): *α usu generali* (*mediopass. v. p. 1142, 14. 18. 19. 25. 38. acced. abl. causae: p. 1142, 50. instr. l. 73*): (I) *c. nudo obi.*: CIC. Verr. II 2, 123 *Verres*, qui omnia iura pretio -asset omniumque rerum dilectum atque discrimen pecunia sustulisset (IVST. 43, 1, 4 -to omnium iure. *cf. p. 1142, 37*). Att. 4, 15, 7 pecunia omnium dignitatem. epist. 13, 32, 1 vereor ne, quia compluris tibi praecipue commendo, -are videar ambitione quadam commendationes meas. LVCR. 5, 1296 -ta ... sunt ... certamina belli (LIV. 28, 3, 8 [*opp.*: superare]). SALL. Catil. 59, 1 -to periculo. CIL X 793 (*ca. a. 10 a. Chr.*) A. Clodius A. f. Flaccus, N. Arcaeus N. f. Arellian. Caledus d(uum) v(iri) i(ure) d(icundo) mensuras (*sc. Pompeianas cum Romanis*) -andas ex dec(urionum) decr(eto) (INSCR. Revue archéol. 1906, 7 p. 379 n. 26 aedilis mensuras -tas ex sua lib. civibus suis statuit. *cf.* CIL X 6017 pondera et metra). SEN. benef. 2, 25, 1. dial. 6, 11, 2 quae diligis ... et quae despicis unus -bit cinis (*cf.* 6, 20, 2 *mors* -at omnia. HIL. trin. 11, 28 p. 418^{B}). IVLIAN. dig. 30, 104, 5 heredum partes (VLP. dig. 17, 2, 63, 5 ad communicandas partes inter eos, id est -andas. *cf. ibid.* utriusque portio -etur). VLP. dig. 29, 4, 6, 2, *v. infra l. 62.* 35, 1, 12 ut condicio filiorum -retur (IVST. 22, 4, 5). APVL. Plat. 1, 18 id, quod infertur, ad totius corporis conservationem veluti singillatim -tum cunctis partibus diditur (*sic B*, vi *ss. m. 2*; dividitur *cett.*). IVST. 5, 2, 12 vires partium (*cf.* COD. Iust. 2, 6, 7, 1 [*a. 370*] partibus auxilium singulorum *causidicorum* [*antea*: par ... distributio fiat]). HIL. trin. 4, 21 p. 112^{C} et iussio -atur et factum. 6, 26 p. 178^{A} (*syn.* aequale est). *al.* BOETH. arithm. 2, 45 p. 149, 12 geometrica medietas popularis quodammodo et -tae civitatis est. *spectat ad vim morbi, fere i. q. attenuare*: MISC. Tir. p. 49, 15 *medicamentum* -at acutus (*i. acutos morbos, v. Moore, ALL 10, 1898, 262*).

(II) *indicatur cui quid aequetur: acced.*: *dat.*: BELL. Hisp. 5, 6 tumulos tumulis. LIV. 41, 26, 4 ut pandere aciem et -ari cornibus hostium (*J. F. Gronov*, hostibus *trad.*) ... possent (*mediopass. fere i. q. aeque se pandere*). MANIL. 2, 452 ut ... -ent ... fidem caelo mortalia corda (*i. 'ut fidem aequam fidei caeli habeant'*). SEN. nat. 3, 25, 5 *res* nec pessum ibit nec exstabit, sed -bitur aquae. PLIN. nat. 6, 218 ut ... etur (-itur *E^{S}*) umbra gnomoni. IVV. 12, 130 (*proverb.*) montibus aurum. PRISC. rhet. 10, 30 p. 559, 1 oportet ... -are dignitati rerum stilum elocutionis (*gr. Spengel, rhet. gr. II p. 16, 34* συνεξομοιοῦσθαι τὰ τῆς φράσεως ... τοῖς πράγμασιν). HIL. in Matth. 27, 8 p. 1062^{B} par ... a domino munus amborum est; ut gentium fidem -tam credentium ex lege scientiae nosceremus. trin. 5, 5 p. 133^{A} dictis -atur operatio. CE 279, 4 (*a. 357*) *de obelisco*: ut *Constantius* claris -et dona triumfis. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 10^{b} p. 592^{C} post longa et spatiis saeculorum -ta supplicia (*cf.* CLAVD. 5, 482 -at *Rhadamanthys* damnum meritis). CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 32, 19 corpus ... summo incorporeo non adsimilas sed -as (*cf.* 1, 13 p. 56, 11). ALC. AVIT. epist. 4 p. 30, 13 (*cf. Matth. 20, 1 sqq.*) mercedem prioribus -tam etiam qui tardius venerunt sortiuntur. *al.* GREG. M. moral. 9, 63 p. 895^{A} super cadaver se humiliter sternens ad -anda sibi mortui membra se collegit (*cf. IV reg. 4, 34*). *et al.; v. et infra l. 49.* *cum*: VARRO rust. 1, 40, 6 cortice⟨m⟩ cum cortice *alterius rami* -tum habeat. SALL. Iug. 100, 4 uti militibus -tus cum imperatore labor ... esset. VAL. MAX. 6, 4, 1 ad ius (*cf. p. 1141, 71*) civitatis nobiscum -andum. AVDAX gramm. VII 326, 1 ut *lingua latina*, quia numero vocalium (vocalibus *BM*) -ari (*sc. cum lingua Graeca*) non potuit, temporibus -etur. *v. et infra l. 48.* *ad*: SEN. epist. 20, 3 ad hanc *regulam* (*v. p. 1141, 47*) omnem vitam tuam -a. CENS. 20, 6 ut civilis annus ad naturalem -retur. IVL. VAL. 1, 24 *flumina siccata* quamvis congestu ... sint ad aequoris uniti faciem -ta. HIL. trin. 7, 20 p. 215^{C} ut filius -ti honoris ad patrem sit. RVFIN. Orig. in lev. 8, 8 p. 406, 8 B. ne -etur cicatrix ad reliqui corporis cutem, sed sit humilior (*cf. Procop. comm. in lev. 12, 2 p. 733* ὁμαλίσῃ). INST. Iust. 3, 2, 3^{b} ad ius duodecim tabularum eandem dispositionem.

temporis spatium (*v. p. 1141, 68*): CIC. Arat. 288 sol lumine verno -at spatium lucis cum tempore noctis (*gr. Arat. 513* ἤματα νυξὶν ἰσαίεται). LVCR. 5, 688 anni nodus nocturnas -at lucibus umbras. FAV. EVL. p. 12, 7 *sol* lucis umbraeque mensuram paribus momentis.

β significantius: fere i. q. comparatis rebus *(statuendo, contendendo)* eandem atque parem aestimationem tribuere, *sc. ita ut alterum tanti quanti alterum existimetur* (*in philosophia l. 54 sqq., in iure l. 60 sqq.*): CIC. fin. 3, 11 *Pyrrho et Aristo*, qui omnia -ant (3, 12 [*syn.* paria redderent]. *cf.* 4, 55 non posse ⟨se⟩ adduci, ut inter eas res, quas Zeno -ret, nihil interesset [4, 69]. SEN. dial. 3, 10, 3 adfectum ... rationi. epist. 66, 48 haec bona, quae ... amplexanda et laudanda et -anda summis sunt [71, 7]. 92, 19 -at ... fortuita virtutibus et tantundem tribuit honestis quantum honestate carentibus). GAIVS inst. 1, 3 *plebiscita* legibus -ta sunt. VLP. dig. 30, 1 per omnia -ta sunt legata fideicommissis (INST. Iust. 2, 20, 3. *cf.* VLP. dig. 29, 4, 6, 2 contribui fideicommissa debere quasi -ta [*antea*: omnes fideicommissarios quasi aequales]. PAVL. dig. 34, 1, 23). 43, 31, 1, 1. PAVL. dig. 49, 16, 14, 1 ea culpa (*sc. arma alienasse*) desertioni -atur. HIER. epist. 49, 2, 2 ille (*Iovinianus*) -et virginitati nuptias, nos subiciamus. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 69, 30 legi circumcisionis et omni Iudaismo evangelicam gratiam (*cf. ibid.* 69, 36). PETR. CHRYS. serm. 117 p. 520^{D} virginis partum mulierum partibus. *et sim. al.*

b *homines* (*aliquem alci., c. alqo. [in alqm.: p. 1143, 14]. saepius refl. vel mediopass. e. g. l. 75* [*opp.*: superiorem esse: *l. 75.* imparem esse: *p. 1143, 2.* eminere: *p. 1143, 3.* se eximere: *p. 1143, 5.* exceptum esse: RVFIN. Orig. princ. 1, 2, 4 p. 32, 16. *syn.*: parem esse: *l. 84*]): CIC. p. red. ad Quir. 22 superiorem esse contra improbos minus est negotii, quam bonis -ari. Lael. 71 qui sunt in amicitiae ... necessitudine superiores, -are se cum inferioribus debent. Att. 4, 16, 6 reliqui duo plebeii sic -antur, ⌊[ut]⌋ Domitius ⌊ut⌋ (⌊ ⌋, ⌊ ⌋ *v. adn. cr.*) valeat amicis ..., Memmius Caesaris commendetur militibus. LVCR. 1, 79 religio pedibus subiecta ... opteritur, nos -at victoria caelo (BOETH. cons. 2, 6, 1 W.). CAES. civ. 1, 4, 4 *Pompeius* neminem dignitate secum -ari volebat. PROP. 4, 11, 31 altera maternos -at turba Libones (*sc. Scipionibus*). LIV. 23, 35, 7 vetus miles tīroni, liber voloni sese -ari sineret. 45, 38, 8 gloriā sit par illis viris L. Paulus, iniuriā vestrā ⟨ne⟩ -etur. perioch. 37 L. Cornelius Scipio ... cognomine fratri -tus

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Asiaticus appellatus. SEN. Phoen. 630 quodcumque Mars decernit: -at duos, licet impares sint, gladius (gladio *E*). clem. 1, 5, 6 non multum ... supra eum eminet *rex*, cui se irascendo -at. dial. 5, 28, 3 imbecillos valentissimis ... dolor ... -at (*cf.* 11, 12, 3). 12, 17, 2. CVRT. 6, 11, 24 dis, quibus se -at *Alexander*, ... hominibus, quibus se eximit (*cf.* IVL. VAL. 2, 39). LAVS Pis. 26 Pisonem ... -amus avis. PLIN. epist. 2, 6, 3 eadem omnibus pono ... cunctisque rebus -o, quos mensa et toro aequavi. NERAT. dig. 30, 124 *heredes* ... in legato praestando (*cf.* PAVL. dig. 28, 5, 12). GAIVS dig. 9, 2, 2 servis nostris -at *lex Aquilia* quadrupedes. 37, 12, 2 PAPIN. dig. 45, 3, 18, 2 VLP. dig. 42, 8, 6, 7. *al.* HIL. syn. 38 p. 511^B^ non ... -amus vel comparamus filium patri, sed subiectum intellegimus (*al.*). trin. 6, 27 p. 179^A^ operibus suis filius testimonio se patris -at. 11, 10 p. 406^B^ per eundem patrem -amur (*sc. Christus et nos*) in filios et per eundem deum comparamur in servos. SERV. Aen. 10, 617 quod ... dicit 'pio sanguine', Aeneae eum (*Turnum*) latenter -at. *al.* CLAVD. DON. Aen. 10, 1 p. 289, 2 *al.* RVFIN. Orig. apol. adv. Hier. 1, 22 p. 560^B^ illum (*Origenem*) ... apostolis. *al.* *et al.*

2 *praevalente notione*: **a** *compensandi* (*fere i. q. expendere v. ex. seq.*): PLAVT. Rud. 1087 aurum auro expendetur, argentum argento -bimus (P^{CD}; -bitur *B*). RHET. Her. 1, 17, 27 quod negotio deminutum fuerit (*sc. de tempore*), -bimus industria. LIV. 3, 39, 8 qui vicissitudinem imperitandi, quod unum -andae sit libertatis, sustulerint. VITR. 3, 3, 11 quod oculus fallit, ratiocinatione est -andum (exe- *G*, exaequendum H^C, exequendū *S*). 3, 4, 5 stylobatam ita oportet -ari uti habeat per medium adiectionem per scamillos inpares. 4, 4, 2 -bitur dispari ratione columnarum crassitudo. SIL. 14, 177 vitā (*sc. donatā*) ... -at munera vitae. **b** *conferendi, comparandi*: CLAVD. DON. Aen. 1, 235 p. 54, 32 'fatis contraria fata rependens': ... hoc est comparans et -ans mala fata fatis contrariis. AMBROSIAST. ad Eph. 5, 5 p. 395^C^ (*spectat ad* 'avarus, quod est idolorum servitus') avaritia ... huic (*sc. idolatriae*) -ta est (*seq.*: comparata est). VVLG. thren. 2, 13 (*syn.* cui comparabo te?). RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 142, 4 B. non ... ex comparatione inferiorum volo bonam videri pulchritudinem tuam, sed ex eo, ut tibi ipsi et decori tuo collata atque -ta respondeas. 2 p. 156, 20 imitatio oboedientiae eius (*i. ecclesiae*) -atur oboedientiae Christi (*antea*: similis effecta est). SIDON. epist. 1, 9, 7 quisquilias istas Clius tuae hexametris minime -es (*seq.*: conlata, comparabuntur). BOETH. cons. 4, 3, 19 W. insidiator occultus ... vulpeculis -etur (*antea*: lupis similem dixeris. cani comparabis). CASSIOD. in psalm. 101, 4 p. 708^A^ (*ad* 'defecerunt sicut fumus dies mei') dies peccatorum globis fumiferis -antur.

B *i. q. -ando assequi* (*saepe c. abl. instr.*): RHET. Her. 4, 20, 28 ut longitudo aut plenitudo harum *syllabarum* multitudinem alterius adsequatur et -et. SALL. Catil. 3, 2 facta dictis -anda (exequenda P^1 [a *s. s.*] *KH*) sunt (HIER. vita Hilar. 1 p. 29^A^. *cf. vol. I 1021, 47*). OV. am. 3, 8, 61 -et tetricas licet illa Sabinas. MANIL. 1, 842 *de cometa qui* '*pitheus*' *vocatur*: tumidis -at dolia flammis. SEN. dial. 5, 29, 1 piger equum vehiculumque domini cursu non -at. MELA 3, 69 Gangen magnitudine *Indus*. FRONTIN. strat. 3, 8, 3 ad moenia malos -antis altitudinem iugi subrexit *Cyrus*. PLIN. epist. 6, 17, 4 *lauda* inferiorem aut parem, quia pertinet ad tuam gloriam quam maximum videri quem praecedis vel -as. OROS. hist. 2, 5, 1 Brutus ... regem ... non solum -are (*P*; exaequae *D*, aequare *B*) parricidio sed et vincere studuit. IORD. Get. 113 gloriam generis factis illustribus. VEN. FORT. vita Hil. 14, 50 p. 6, 35 quis ... abundantiam rigantis ingenii contendat evolvere aut eius (*sc. Hilarii*) verba verbis valeat -are. CORIPP. Iust. 4, 247.

p. p. p. **exaequātus,** -a, -um. *pro adi. v. e. g. p. 1142, 10. 35. al. neutr.* -um *pro subst.*: AQVILA rhet. 23 p. 30, 5 ἰσόκωλον, -um membris ([exaequamen ex membris *A*]. *inde* MART. CAP. 5, 531).

deriv.: exaequabilis, exaequatio.

exaerambus *v. Onom.*

exaeresimus, (-a, -um), ἐξαιρέσιμος. *qui eximi potest*: CIC. Verr. II 2, 129 est consuetudo ... Graecorum ..., ut nonnumquam ... eximant unum aliquem diem ... ex mense, quos illi -os dies nominant.

exaestim- *v.* existim-.

exaestuātio, -ōnis *f.* *ab* exaestuare. *i. q. actio exaestuandi: proprie*: SOL. 5, 17 Helbesus in medio flumine subita -e fervescit. SERV. Aen. 7, 569 'vorago' Acherontis -o. GLOSS. V 613, 39 'venilia' maris -o quae ad litus venit (*cf. sqq.*). *cf. vol. I 1112, 11. 12. translate*: NON. p. 464, 8 -o animi.

exaestum- *v.* existim-.

***exaestuo,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* aestuare. *scribitur* exe-: *v. p. 1144, 77.* OV. met. 13, 559 *F. et al.* exext-: VEG. mil. 4, 38 p. 156, 6 $M_1 G_1$. *et al.* *part. praes. fere pro adi.*: ARNOB. ad Greg. 21. *inter verba ap. lat. active, ap. gr. autem passive declinata*: CHAR. gramm. p. 469, 12 B.; *inter verba activa coniug. I^ae^: ibid.* p. 472, 24. *de notione*: GLOSS.^L^ III Abstr. EX 12 -at: fluctuat. Abol. EX 99 -ans: exardescens. V Aa E 653 -at: effervescit calescit ardet anxiatur. 799 -antes: caumatizantes. GLOSS. V 292, 56 angustiatur. NOT. Tir. 69, 22 -at (*Go Gu CEG*; exaestivat *rell.*). *legitur intrans. inde a* VERG., OV., LIV.; *transit. inde a* LVCR. (*v. p. 1145, 55*). [*variat c.* aestuare: *v. p. 1144, 11. 29. 49. 54. 70. 1145, 27. 33. 44.* BOETH. cons. 2 carm. 1, 2. *v. vol. I 1112, 51. 1113, 13. 50.* *dub.*: AETNA 182 porrigit (*Aetna*) hinc artus penitusque (-que *ZG*, quos *CS*) -at (*G*, exigit *CSZ*, quos aestuat *Schwartz*) ultra.]

I ***intransitive*:** **A** *proprie*: **1** *de liquoribus: i. q. sursum vel foras aestuare, effervescere*: **a** *de mari, fluminibus sim.*: *α praevalente notione sursum fluctuandi*: VERG. georg. 3, 240 ima -at unda vorticibus (CLAVD. DON. Aen. 3, 565 p. 338, 5 VEG. mil. 4, 38 p. 156, 6). SEN. dial. 6, 18, 6 oceanus ... ingenti licentia (PLIN. nat. 37, 37). CVRT. 4, 2, 16 -are semper fretum, quoque artius volutetur inter insulam et continentem, hoc acrius furere (8, 9, 19). PLIN. nat. 31, 74 in Bactris duo lacus ... sale -ant (aestuat *E*). QVINT. decl. 388 p. 436, 22 horridus ... decidentium undarum fragor et -antis fluctus minax facies (IAVOL. dig. 50, 16, 112 AVG. civ. 18, 9 p. 266, 26 D.). AMBR. Noe 16, 58 p. 453, 22 mare (*aliter v. infra l. 17*) magnum tectis montium excelsorum verticibus -ans. *β praevalente vi foras aestuandi* (*de maris accessu recessuque: l. 17. 20.* *acced.* in *c. acc. infra l. 22*): LIV. 26, 42, 8 utcumque -at aut deficit mare (CVRT. 6, 4, 19 mare ... longe ... agit fluctus et magna parte -ans stagnat. 9, 9, 23. *cf.* CVRT. 6, 3, 16. *aliter v. supra l. 14*). CVRT. 9, 9, 9 stata vice Oceanus -ans invehi coepit et retro flumen urgere (MELA 3, 21). MELA 3, 67 a Gange ad Colida, nisi ubi magis quam ut (*Schottus*, ubi *A*) habitetur -at, atrae gentes *oras tenent*. SVET. Aug. 18, 2 *fossae*, in quas Nilus -at (SOL. 32, 14 sive abundantius -et sive parcius). AMM. 31, 10, 21 ne ... hostes ... tamquam -are sueti (*Petschenig, Clark*; exaestuares ut in *V*) torrentes ... fusius vagarentur.

b *de aqua fervefacta*: CVRT. 4, 7, 22 medio die ... frigida eadem (*sc. Solis aqua*) fluit, inclinato in vesperam calescit, media nocte fervida -at. AMBR. hex. 3, 15, 62 p. 103, 4 *aqua* sole repercussa -et (exe- *CGP*, aestuit *vel* -et *rell.*). **c** *de variis liquoribus*: SEN. dial. 3, 1, 4 multus ore toto *iratorum* rubor -ante ab imis praecordiis sanguine (*cf.* PS. QVINT. decl. 8, 18 nimii sanguinis pondus -ans). epist. 83, 16 vino -ante (*sc. in ebrio*), quicquid in imo iacet abditum, effertur. IVST. 1, 2, 7 quae materia (*bitumen*) ... passim e terra -at. **d** *in metaphoris* (*imag. servata l. 36. cf. l. 42*): GELL. 20, 1, 23 omnia ... haec ... operta sunt civitatis opulentiā quasi quibusdam fluctibus -antis. MIN. FEL. 35, 6 de vestro numero carcer -at (*Tert. apol. 44, 3* aestuat). ZENO 1, 3, 2 p. 283^B^ sapientia densis -ans (*codd. nonn.; alibi autem et in ed.* aestuans) argumentis. AVG. civ. 2, 20 p. 78, 28 D. theatra ... omni genere ... turpissimae voluptatis -ent. ENNOD. dict. 12, 3 p. 462, 7 istius rei fructus ... in abundantiam refusus -at. *cf. etiam l. 30.*

2 *de igneis fere i. q. exardescere*: **a** *de igni, flamma sim.* (*tropice v. infra l. 55. absolute: v. infra l. 51. acced.* in *c. acc.: l. 58*): VERG. Aen. 3, 577 *Aetna* liquefacta ... saxa sub auras ... glomerat fundoque -at imo. SEN. epist. 79, 2 in aliqua inferna valle conceptus *ignis* -at (SIL. 14, 64 largo flammarum ... intus [*sc. in Aetna*] turbine. ANTH. 34, 2 [*v. adn. crit.*]. HIL. in psalm. 144, 13 p. 834, 16 ZENO 2, 73 p. 525^B^ VVLG. Ier. 20, 9 OROS. hist. 2, 18, 6 p. 129, 2). CYPR. laps. 31 p. 260, 5 inter flammas et camini -antis (aest- *S*) incendia. ARNOB. nat. 7, 27 p. 261, 16 nubes suffitionis. HIL. trin. 10, 45 p. 378^B^ *pastae* ad fomenta -andi Babyloniae fornacis *flammae* (*cf.* MARCELL. chron. II p. 100, 518, 1 *terra* ad instar torridae fornacis -ans. CASSIOD. in psalm. 118, 140 p. 886^A^ fornacis ardor -ans metalla decoquit). OROS. hist. 4, 4, 4 flamma ... terribiliter -ans (aestuans *S*). *tropice*: OV. met. 13, 867 (*de amore*) laesus ... -at acrior (acrius *l. v.*) ignis (*cf.* APVL. met. 8, 2 flamma saevi amoris ... fomenti⟨s⟩ consuetudinis -ans [RVFIN. Orig. in iud. 2, 3 p. 476, 10 B.]). CYPR. mort. 14 p. 305, 15 in faucium vulnera conceptus medullitus ignis -at (PETR. CHRYS. serm. 57 p. 357^A^ in medullis). **b** *de calore corporis*: CELS. 4, 12, 1 ubi *stomachus* -at ([ex stuat *V*]. *antea*: ingens calor ... hunc ... adficit). SEN. epist. 95, 17 cerebri -antis verminationes. SVET. Tib. 72, 2 ut -arat *Tiberius* afflatus aura in graviorem recidit morbum. AMBR. hex. 4, 1, 4 p. 113, 14 quibus *arboribus* -ans *pastor* obumbretur (*cf.* AVG. in psalm. 139, 12 p. 1810^med.^ [*allegorice*] umbraculum ... domini temperat desiderium, ... ut non ita -emus, ut *eqs.*). ARNOB. in psalm. 41 p. 383^D^ cervus serpentinis carnibus pastus veneno -ans. DRAC. laud. dei 3, 65 *de divite*: inter anhelantes tormenta ultricia flammas ... -at ardens (CORIPP. Ioh. 6, 302). GREG. TVR. Mart. 1, 30 filius ... in febre corruit, unaque nocte et die graviter -ans (exast- *3*, est- *p*) expiravit. *et al.* *singulariter de moriendo fere i. q. calore perire* (*cf. p. 1145, 66*): FIRM. math. 1, 9, 1 ille cita ardentium venarum deflagratione fervescens violentia repentini caloris -at (*antea*: febrium ardore decoquitur). **c** *de rebus aestu solis ardentibus* (*cf. supra l. 26*); *de locis* (*de ipso aestu: l. 78*): CVRT. 8, 9, 13 ut, cum alia fervore solis -ant, Indiam nives obruant. IVST. 2, 1, 16 *Oriens* torrenti calore solis. SIGISM. Alc. Avit. epist. 93 (*in imag.*) si quis fervor est, quo axis meridianus -at (exest- *L*, exaestuet *S*), refrigerio temperate. *de ipso aestu*: HEGES. 4, 16, 2 p. 267, 9 in diebus aestatis inmodicus per spatia campi -at vapor (*gr. 4, 457* ἐκπυροῦται δ' ὥρᾳ θέρους τὸ πεδίον). *de herba*: VVLG. Marc. 4, 6 *semen* exortum est ...: et quando exortus est sol, -vit (ἐκαυματίσθη. *v. vol. I 1112, 76*).

B *translate*: **1** *de hominibus* (*eorumque mente, anima sim. de oppido: p. 1145, 11*): **a** *i. q. ardere, flagrare, sollicitari sim.*:

[*Burckhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

α c. abl. instr. (*ponitur nude l. 5*): VERG. Aen. 9, 798 mens -at ira (OV. met. 6, 623. *al.* STAT. Theb. 11, 297 CYPR. GALL. num. 624 [*seq.* saevit]. *cf.* LVCAN. 5, 173 *Pythia* magno ... -at igne iratum te, Phoebe, ferens). ARNOB. nat. 5, 20 p. 192, 3 ardescit furiis ... mater, spumat anhelat -at. FIRM. math. 8, 6, 2 quorum *hominum* animus variis sollicitudinibus inplicatus pervigili cogitatione semper -et. 8, 6, 4 amorum cupiditatibus. ZENO 1, 2, 8 p. 277B venenis eius (*i. amoris*) quotidie totus -at mundus. 1, 8, 1 p. 322B aliquo reatu conscientia. PS. AMBR. act. Seb. 21, 79 p. 1054A malitiae suae curis (AVG. serm. 348, 2 p. 1527 med. nulla cura vanitatis). HEGES. 3, 22, 1 p. 226, 21 *Tiberias urbs* gravi morbo dissidentis inter se plebis. AVG. civ. 11, 33 p. 509, 6 D. in psalm. 89, 15 p. 1148 p. init. anima nostra illorum dierum desiderio ([*seq.* sitiat ardenter]. CHROMAT. in Matth. 3, 5 p. 335 med.). EVGIPP. Sev. 8, 2 ISID. reg. monach. 13, 5 p. 884A. *β c. praep.*: ZENO 2, 17, 1 p. 447A in horum inquisitione -ans propheta dicit (*v. l. 25*). AVG. ord. 1, 6, 16 p. 132, 15 -o in gratulatione (-em *AT*). *γ pendet*: (I) *infinit.*: AVG. de lib. arb. 2, 17, 45 p. 1265 p. med. ad quam *sapientiam* -at (*i.* '*desiderat*') pervenire (*antea*: ardescit ... peragere). (II) *enunt. interrogat.*: AMBR. Nab. 5, 22 p. 478, 19 consideremus ... patriae mentis procellas -antis (*RB𝔄'V*, -tes *cett.*), quem de liberis prius traderet. PS. AVG. cons. mort. 2, 5 p. 1165 p. med. famuli pavidi, quid fieret -antes (*i.* '*solliciti*'). NOVELL. Valent. 15 pr. quae ... his angustiis remedia providenda sint (*Beck*, sunt *trad.*), mens nostrae serenitatis -at (*v. l. 25*).

b *fere i. q. laborare* (*cf. supra l. 15. 24*): TERT. ieiun. 6 p. 280, 9 domicilium interioris hominis ... decoquendis iam stercoribus -ans ([aestuans *B*]. *cf.* VEN. FORT. vita Radeg. 24, 58 *Radegundis* ut decoqueret escas, satagebat -ans).

2 *de rebus*: **a** *de affectibus, morbis sim. fere i. q. furere, vehementer agitatum, inflammatum (sim.) esse* (**accedit** contra: PS. QVINT. decl. 18, 2. in *c. acc. l. 44. syn. vel iuxta posita*: strangulat: *l. 31.* tumultuatur: *l. 35.* saevit: *infra l. 47*): OV. trist. 5, 1, 63 strangulat inclusus dolor atque -at (aestuat *l. v.*) intus. SEN. epist. 82, 4 multa *mala humana* intus *sunt*, quae in media solitudine -ant. PS. QVINT. decl. 15, 13 quicquid est aliud quod tumultuatur, -at. 17, 6 non miror, quid sit circa quod inpatientia (*Gronov., Reitzenstein, Studien z. Ps. Quint. decl. p. 55, 4*; in patientia *Lehnert, qui aliter distinguit*) deceptae crudelitatis -et (18, 2). APVL. met. 10, 2 completis igne vaesano totis praecordiis inmodice bacchatus Amor -bat (*cf.* HEGES. 1, 40, 12 p. 92, 7 quod nimius in eo furor amoris dilectae sibi mulieris -asset [*gr. 1, 506* αἴτιον εἶναι τὸν ἔρωτα τῆς γυναικός]. ENNOD. epist. 9, 34, 1 p. 258, 25 amoris mei plenitudo violentia sequestrationis -at [*antea*: affectionis calorem ... tepescere]). FIRM. math. 8, 21, 3 in amorem eorum regis desideria semper -ent ([*D²GN*; aestuent *A*]. AVG. civ. 7, 22 p. 300, 17 D. ipsa est -ans in multa numina libido [*cf. ex. seq.*] vesana). ZENO 1, 4, 2 p. 292B -ans libidinis (*cf. l. 44*) turpitudo. 1, 9, 1 p. 326A inquieta ... -at *avaritia*, saevit, pugnat, rapit *eqs.* OROS. hist. 1 pr. 13 super modum -visse praesentium clades temporum videbantur (*cf.* 1, 9, 3 pestes ... *dirique morbi* ... usque ad desolationem. CYPR. GALL. lev. 55). *et al.* **b** *de viribus naturae, fere i. q. saevire*: AMBR. Noe 17, 60 p. 457, 9 *in diluvio*: nimia vis caelesti imbre et fontium eruptione -vit. EVSTATH. Bas. hex. 6, 11 p. 934B vehementi fervore ... -ant *euripi* ([*opp.* quiescere]. *gr. p. 144C* ἐν σάλῳ καὶ ταλαντώσει διηνεκεῖ καθεστήκασιν).

II ***transitive*: *i. q. aestuando emittere, effundere* (*in fig. etym.*: *l. 57 bis*): LVCR. 2, 1137 nec satis est *cibus*, pro quam largos (-us *QV*) -at aestus *res amplior* (6, 816 hos ... tellus ... aestus; *syn.*: expirat foras). SEN. suas. 1, 4 de Oceano ... dubitant, utrumne terras velut vinculum circumfluat (*D²*; pluat *AB*; circumpluat *VD¹*; *alii al.*), an in suum colligatur orbem et in ... sinus quasi spiramenta quaedam magnitudinis ⟨suae⟩ -et. AMBR. hex. 5, 7, 18 p. 154, 14 tu *femina* litium moves venena ..., tu coniugalis amplexus tempore dirum virus -as (*antea l. 9: vipera* venenum evomit). AVG. epist. 27, 3 p. 98, 13 quantam opulentiam sinceri cordis -ant *litterae* (*antea* anhelant, spirant). animam -are *i. q. mori* (*cf.* ebullire, efflare *sim.*; *v. et p. 1144, 71*): IVL. VAL. 1, 8 in his dictis animam -at (*cf. Ps. Callisth. 1, 14 p. 15* ἐξέπνευσε τὸ πνεῦμα).

deriv.: exaestuatio. *Burckhardt.*

exaesus *v.* exedo.

? ENNOD. opusc. 3, 191 p. 380, 16 *Epiphanius* sacerdotibus in itinere positis munificus, communis, adfabilis et quasi **exagellam** (-iam *B*; -ium *Boll.*, -illum *Bonnet* [*ALL 2, 1885, 132*]) relinquens se ipso praestantior (*vox et format. et signif. dubia: ad* 'exagium' *fere relegant vim tribuentes* '*exempli*', '*normae*', '*regulae*' [*v. Sirmond. ap. Vogel, ind. p. 382; Hartel; Bonnet l. l.*]; *corrupt. putat Vogel, ALL 1, 1884, 270¹* [*v. ed. ind. s. v.*]; *aliter* [*sc. partem hereditatis quasi exagio ponderatam et exaequatam*] *accipit Du Cange s. v.*). *K.-M.*

exaggeranter, -ātē *v. s.* exaggero *p. 1149, 44. 47.*

***exaggerātio,** -ōnis *f.* *ab* exaggerare. *de notione*: SVLP. VICT. rhet. 23 p. 324, 29 -o est qua in accusationibus utimur cum amplificamus invidiam eius quod querimur admissum *eqs.* DON. Ter. Hec. 210 haec -o est quae δεινότης appellatur, cum ex uno maleficio multa fiunt ab oratoribus crimina. SCHOL. Ter. p. 113, 26 epexegesis id est -o. CASSIOD. in psalm. 24, 6 p. 178D *v. s.* emphasis, *p. 527, 13 sqq.* GLOSS. II 306, 14 -o ἐπαύξησις χώματος (II 313, 8 ἐπίχωσις. II 423, 49 πρόσχωσις). II 311, 33 ἐπισώρευσις.

1 *proprie: fere i. q. accumulatio, acervatio*: CHALC. comm. 60 p. 129, 4 homines impediri quo minus omnes *stellas* videant ... terrae molibus (*syn.*) atque -bus visui obiectis. *in imagine*: AMM. 16, 12, 68 inter ... -em inanium laudum ostentationemque aperte lucentium inflabant ex usu imperatorem (*aliter infra l. 39*). AVG. in psalm. 94, 4 p. 1219 p. med. tanto ... maior laus est ignoscentis, quanto maior -o est peccata confitentis (*i. fere peccatorum confessorum*). serm. 38, 8, 10 p. 241 a. med. calamitatum ... -es ([*ante* aggeres calamitatum]. 161, 4, 4 p. 880 init. tota -o calamitatis est quia *eqs.*). CASSIOD. var. 2, 30, 2 pro expensis pauperum, quae sub lucri -e funduntur (*i. fere* '*multiplicatione caelestis mercedis*'; *vix ad l. 15*).

2 *translate*: **a** *c. vi augendi: fere i. q. amplificatio, ampliatio*: *α generatim* (*cf. etiam supra l. 13*): TERT. spect. 10 p. 12, 11 *ut* cedat ... nobis in -em disciplinae etiam humana[e] praerogativa. nat. 1, 2 p. 61, 15 inimicitiae satiarentur -e poenarum. adv. Marc. 1, 23 p. 321, 11 -o est debitae bonitatis exactio indebitae. *al.* AVG. epist. 155, 2, 8 p. 438, 5 vides -e terrenae felicitatis beatum populum non dici nisi a filiis alienis. quaest. hept. 1, 40 p. 23, 9 ad -em iniquitatis illorum (*cf.* EPIST. pontif. 611 p. 46, 29 Schw. peccati). serm. 162, 4 p. 888 p. med. EPIST. pontif. 611 p. 45, 6 Schw. cum -e praevaricationis Acacii iustam ... firmare et congeminare sententiam (*ibid. l. 33*). *al.* CASSIOD. in psalm. 123, 5 p. 920A -o magna periculi. *al.* *c. nimietatis notione* (*cf. p. 1148, 33*): AVG. mor. eccl. 1, 29, 61 p. 1335 p. med. si istam *scripturam* obdis invito et auctoritatis -e cogis in fidem. CASSIOD. Ios. antiq. 13, 20 p. 387 propter ... crudelitatis -em vocatus est ... crucida (*i.* '*T(h)racida*'; *gr. 13, 383* διὰ τὴν τῆς ὠμότητος ὑπερβολὴν ἐπικληθῆναι ... Θρακίδαν). *β technice in arte rhet.* (*cf. p. 1145, 82 sqq.*): *de figura quadam vim vel significationem augente, amplificante, ornante* (*v. p. 1148, 72*): GELL. 13, 25 (24), 9 num *haec repetitio* onerandi vel exprobrandi criminis causa -em aliquam speciosam facit? 13, 25 (24), 16 apud Homerum ... luculenta -o. PRISC. rhet. 6, 16 p. 555, 2 locus communis -em habet manifestae rei ([*rhet. gr. II 9, 18* αὔξησιν]. *ibid.* p. 555, 4 rei convictae et m. -em facimus [11, 32 p. 559, 25]). GRILL. rhet. 12 p. 63, 1 -o syllogismi per enumerationem multorum argumentorum (13 p. 64, 13). *al.* DON. Ter. Hec. 645. SERV. Aen. 1, 625 'ipse hostis Teucros' Troianorum laudis (*aliter supra l. 6*) -o, quod etiam ab hoste laudantur (*cf.* 9, 599 vituperationis). 1, 727. 2, 128 est -o a synonymis, ut 'abiit, excessit, evasit, erupit'. 9, 697 poetica. 10, 79 nimia (SCHOL. Lucan. 6, 113). *al.* SCHOL. Hor. carm. 3, 3, 20 Helenam peregrinam dixit ad -em (SCHOL. Stat. Theb. 4, 674 ad -em materni supplicii dicit *eqs.* 11, 11. *cf.* PS. RVFIN. in Am. 9, 14 p. 1104B per [in Os. 4, 1—2 p. 982C. *al.*]. in Ioel 3, 17—18 p. 1056C pro). *al.* ZACH. 3, 7 p. 1159C flebili -e. ORIG. in Matth. 18, 24 p. 1629C. *et al.*

b *c. notione extollendi, elevandi: fere i. q. exaltatio*: CIC. Tusc. 2, 64 amplitudinem animi et quasi quandam -em quam altissimam animi, quae maxime eminet contemnendis et despiciendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam eoque pulchriorem, si vacet *eqs.* (*cf. p. 1147, 75*).

exaggerātīvus, -a, -um. *ab* exaggeratus. *fere i. q. amplificatorius* (*t. t. rhet.*): RVSTIC. Conc.S I 4 p. 19, 16 multi mihi non erunt credituri, aliqui vero -a me usum locutione putabunt (*gr.* ὑπερβολῇ). CASSIOD. in psalm. 30, 14 p. 211C per modum -um.

exaggerātor, -ōris *m.* *ab* exaggerare. *qui exaggerat, auget sim.* (*opp. infra l. 59*): HIER. epist. 22, 28, 6 quidquid novum insonuerit, aut auctor aut -r est famae (*item opp.*: 54, 5, 2 rumores ... serunt et, quod ab ipsis egressum est, ab aliis audisse se simulant, idem auctores et -es).

ORIG. in Matth. 18, 134 p. 1784C sine dubio **exaggerātōriē** dicta sunt illa, ostendentia quod *eqs.* (*i.* '*cum nimietate*'; *v. l. 25*).

exaggerātus *v. s.* exaggero *p. 1149, 34.*

***exaggero,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* aggerare. exager-: *saepius scrib. in varr. codd.* CHAR. gramm. p. 472, 23 B. (*inter verba Iae coniug.*). NOT. Tir. 44, 27 -at. *de notione*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 414, 9 B. adstruit, amplificat, -at, adnectit, adsolvit, adcumulat *eqs.* [*l. v.* ag-: *v. infra l. 78.* *dub.*: PS. QVINT. decl. 5, 17 p. 104, 17 cur in exequias totos -et (*Lehnert*, -at *VM*; -egerat, egerat *rell.*) census (*i.* '*eroget*'?).]

I *originaria vi vel praevalente vel quodammodo servata c. not.* ***cumulandi, augendi***: **A *proprie*** (*inde in similitudine: infra l. 83. p. 1147, 28*): **1** *respic. materiae quae aggeruntur, accumulantur: fere i. q. cumulare, acervare, struere sim.* (*acced. dat. personae, fere i. q.* '*largiri*': *p. 1147, 16*): VARRO ling. 5, 141 quo munitius esset quod -bant 'aggeres' dicti. BELL. Hisp. 5, 6 non solum morti mortem (*i. cadaveri cadaver*) -bant (agger- *S*), sed tumulos tumulis exaequabant. VITR. 2, 1, 5 *Phryges* -ant supra habitationes e terra maximos grumos. 10, 6, 3 *regulae saligneae* -antur ad id uti longitudinis octava pars fiat summa crassitudo. MELA 3, 83 phoenix ... super -tam variis odoribus struem sibi ipsa incubat. PLIN. nat. 36, 96 molli clivo super capita columnarum -to. *in imagine*: ITALA prov. 29, 22 (Cypr. epist. 75, 24 p. 825, 13) vir ira-

[Junod]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cundus -at peccata ([*gr.* ἐξώρυξεν ἁμαρτίαν, *hebr. aliter, Vulg.* erit ad peccandum proclivior]. *inde* CYPR. epist. 75, 24 p. 825, 16 peccatum ... magnum tibi '-asti. AMBR. in psalm. 38, 13, 2 si peccatum agnoscis, tace, ne negando -es. *cf.* AVG. epist. 194, 6, 30 p. 200, 6 mala [*i. peccata; ante* congregat]. *at cf. infra l. 33*). CYPR. zel. 1 p. 419, 11 *ne* de scintillis conflet incendia, de parvis maxima -et. IVL. SEV. rhet. 9 p. 360, 2 disputationem in speciem paucarum rerum et firmarum convertere easque adstruere (*syn.*) et -are *eqs.* AVG. serm. 21, 7 p. 146 p. med. -a tibi lutum (*cf.* 41, 5 p. 250 a. med. vident aliquem deliciis temporalibus affluentem, abundantem in terra, terram rapientem et -antem). CASSIAN. inst. 10, 7, 9 inmanem cumulum reprehensionis -at. GILD. Brit. 17 chron. III p. 34, 18 anniversarias avide praedas nullo obsistente trans maria -bant. COD. Iust. 8, 53, 34, 3 liberalitates ... in unum ... compositae et praedicto modo -tae (*i. additae*). GREG. M. moral. 9, 90 p. 909 C solis se sequentibus dona -at deus (*v. p. 1146, 76*).

2 *respic. locus, ubi materia acervatur: fere i. q. obruere, operire, explere sim.*: VITR. 10, 16, 2 arboribus excisis eoque conlocatis *cum* locus operibus -retur (*cf.* CVRT. 4, 2, 16 quae saxa tam vasta, quas tam proceras arbores posse reperiri ... ut illud spatium [*sc. maris*] -retur? 6, 5, 20 caedi silvas iubet adgestaque humo e montibus planitiem ... -ari). SEN. contr. 2, 1, 13 congestis ... in alto terris -ant sinus. COLVM. 2, 11, 8 ut *radices* potius adobruantur (*syn.*) cumulisque -entur. 8, 11, 9 pluribus stramentis -andum est aviarium. PLIN. nat. 29, 139 si ... cauliculos ... -ando aliam (*sc. terram*) accumules ita ne plus quam cacumen emineat. VLP. dig. 43, 19, 3, 15 (*opp.* deprimat). TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 290, 13 montes pruina -antur. *in imagine fere i. q. onerare*: VELL. 2, 129, 2 iuventam eius -vit honoribus (*cf.* GREG. TVR. Franc. 9, 31 p. 386, 4 conviciis et blasphemiis). TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 444, 2 adicit ... auctoritatem suam -tam testimonii pondere. paenit. 8, 9 tantum relevat (*opp.*) confessio delictorum, quantum dissimulatio -at.

3 *i. q.* *albo mixtus* (*gr.* διάλευκος, *cf.* 'furvus', 'maculosus': *l. 84. p. 1156, 1. 3*): ITALA gen. 30, 32 (Lugd.) segrega... omnem ovem nigram in agnis et omnem -um et varium inter capras ([διάλευκον καὶ ῥαντόν, λ. κ. διάραντον *A*; *Vulg.* furvum et maculosum]. 30, 33 omne quod non fuerit varium et -um in capris [διάλευκον, *Vulg.* maculosa et furva]. 30, 35 hircos varios et -os et... capras v. et -as [διαλεύκους *bis*, *Vulg.* maculosos *prius, dein aliter*]).

exalbo, -āvī, -ātum, -āre. [ex *et* albo. *W.*] -alv- (*v. p. 1155, 62*): *infra l. 16.* [*it.* scalbare. *M.-L.*] [*variat c.* dealbare (*recte ut vid.*): *infra l. 28.* *c.* -altare: *v. infra l. 28; restit. pro* -altare *trad.*: ITALA Ioel 1, 7 *infra l. 19.* *corrig. ex* ex albore: DIOSC. 2, 57.]

i. q. *album reddere, dealbare* (*maxime purgando; potius i. q.* '*clariorem*' *reddere sc. metallum: infra l. 17* [*cf. et infra l. 14*]; *audacius de vitibus decorticatis et arescentibus: infra l. 17. acced. per compar.* 'nix': *infra l. 25. 30*; 'lana': *infra l. 25; mediopass. v. infra l. 22*): **1** *proprie*: DIOSC. 2, 57 p. 202, 22 *adeps* asininum dicitur cicatrices nigras -are (ex albore *trad.*; *gr. 2, 76, 18* οὐλὰς ὁμοχρόους ποιεῖν. *i.* '*clariores*' *reddere, ut cutis colori propius accedant; cf. l. 10*). 2, 66 cera (*gr. 2, 83, 1* λευκαντέον). 5, 112 -vatur... *lithargiru* sic *eqs.* (*gr. 5, 87, 4* λευκαίνεται). *nota* (*v. supra l. 11*): ITALA Ioel 1, 7 (Weing. Ps. Aug. spec. 112 p. 644, 13) *locustarum multitudo* -⟨b⟩avit (-alt- *utroque loco trad.*) vites suas (ἐλεύκανεν, *Vulg.* albi facti sunt rami; *hebr. hif. rad.* לָבַן *i.* '*albescere*').

2 *per imag. et alleg.*: *animi nigrores quasi dealbando purgare, emundare* (delicta: *l. 24; homines: l. 29 sqq.; mediopass.* [*i.* '*candidum fieri*']: *l. 29. 32.* *cf. supra l. 13*): ITALA Is. 1, 18 (Tert. adv. Marc. 4, 10 p. 445, 2. 3) etsi fuerint delicta vestra tamquam roseum, velut nivem -bo; etsi... coccinum, velut lanam -bo (ὡς χιόνα λευκανῶ... ὡς ἔριον λευκανῶ, *Vulg.* quasi nix dealbabuntur... velut l. alba erunt [*cf. et Cypr. testim. 1, 24 p. 59, 13 eundem l. citantem*: -bo *LM*², -altabo *M*¹; de- *rell.*; *v. supra l. 5*]). ITALA thren. 4, 7 (Tert. adv. Marc. 4, 8 p. 437, 27) Nazaraei -ti sunt super nivem; *opp.* luridati... maculis et nigrati ([ἐκαθαριώθησαν, *Vulg.* candidiores... nive]. *cf.* HIL. in psalm. 67, 14 p. 290, 2 [*ad psalm. 67, 15* nive dealbabuntur, χιονωθήσονται] reges... -tos nive. *v. l. 22*).

exalburnātus, (-a), -um. [ex *et* alburnus. *W.*] *i. q.* *alburno exutus* (*teneriore sc. illa parte, quae corticem subsequitur*): PLIN. nat. 16, 204 ex reliquis *arboribus* spississima (sciss- *sim. trad.*) lotos, ... dein robur -um.

CASSIOD. in psalm. 2, 6 p. 38ᴬ hactenus ex sua persona propheta locutus est, nunc per figuram quae graece dicitur **exallagē** (*i.* ἐξαλλαγή), latine permutatio, verba refert *eqs.* (*inde* GLOSS. V 359, 28).

exālo *v.* exhalo.

***exaltātio,** -ōnis *f.* *ab* exaltare. *plur.* -es: *l. 55. p. 1157, 5. 18. 19.* GLOSS. ὕψωσις (*v. et p. 1157, 33*). *inde a* TERT. [*variat c.* -ultatio (*v. p. 1157, 64*): *cf. infra l. 76. 77. 79. p. 1157, 7. 10. 19. 23. 27.* SACR. Leon. 315 (-ultatione *trad.*, -em *edd. recte, ut vid.*). *c.* -halatio: *cf. infra l. 48.* CASSIOD. in psalm. 143, 14 p. 1020ᴬ (*leg. videtur* -halatio). *inc. interpr.*: VINDIC. med. 32 p. 228, 12 (*de digestione*) non digeri cibos in alborem... sed in -em (?) transire seu mutari (*an* -hal-?). CASS. FEL. 21 p. 33, 10 (*cp*, -alatio *g*).]

1 *i. q.* *actio sursum levandi, extollendi, elevatio*: **a** *proprie* (*hic afferuntur etiam ei loci, quibus sensus quidam myst. vel transl. per planam alleg. accedit* [*v. infra l. 60*]. *cf. et p. 1157, 3*): **α** *in universum: variarum rerum allevatio*: Ⓘ *corporaliter*: *astrorum* (*v. p. 1158, 13; opp.* descensio): CHALC. comm. 59 p. 127, 12 caelestium ignium... peragrationes cum certis -bus et... descensionibus usque ad occasum submersionem. *serpentis aenei* (*v. p. 1158, 51*): AVG. pecc. mer. 2, 27, 43 p. 115, 3 quid Moyses fecerit in -e serpentis (serm. 294, 14, 14 p. 1344ⁱⁿⁱᵗ·). Ⓘⓘ *incorporal.*: *vocis* (*v. p. 1158, 27*): EVCHER. form. 9 p. 57, 8 tuba vocis -o in praedicatione divina (*seq. Is. 58, 1; v. p. 1158, 33*). **β** *peculiariter: de crucis sive Christi in cruce elevatione* (*inde interpret. translata* [*v. supra l. 51*]: *infra l. 65. 69*): RVFIN. Orig. in Ios. 4, 2 p. 310, 1 B. in crucis -e *Christi* (*al.* AVG. in euang. Ioh. 53, 1 p. 1774ᵉˣᵗʳ· *al. cf. l. 68*). *huc spectant loci paulo deflexi*: HIER. epist. 65, 9, 6 (*ad Phil. 2, 9* exaltavit *deus Iesum; v. p. 1160, 43*) -o nominisque donatio ad patrem reditus *est* (*sim.* LEO M. serm. 72, 6 p. 393ᶜ assumpti hominis -o). AVG. in euang. Ioh. 40, 2 p. 1686ᶠⁱⁿ· -em... dicit (*sc. act. 2, 33; v. p. 1160, 31*) passionis, non glorificationis; crucis (*v. supra l. 62*), non caeli, quia... exaltatus est quando pependit in ligno. 52, 13 p. 1774ᵐᵉᵈ· -o trahentis post se omnia (*v. p. 1159, 3*). *v. et l. 83.*

b *translate de condicione* (*i. q.* '*praedicatio*': *p. 1157, 5; fere i. q.* '*ascensio*' [*syn.*]: *p. 1157, 12* [*cf. etiam p. 1157, 4*]; *in alleg. de* '*oculis*': *p. 1157, 21. acced.* ad *fin.*: *p. 1157, 12. de praeponendis notabilioribus quibusdam exemplis v. p. 1159, 49*). *opp.* 'humilitas' *sim.* (*peiorative infra l. 76. 78* [*cf. appos.*]; *contra opp.* elatio: *infra l. 80*): TERT. cult. fem. 2, 3 p. 718 Oe. -o (-ult- *A*) non congruit professoribus humilitatis (CYPR. zel. 10 p. 425, 18 [-ult- *M*]. epist. 59, 3 p. 669, 9; *acced.*: inflatio, iactatio. PS. AVG. quaest. test. I 97, 3 p. 173, 12 [-ult- *CFB*]. SALV. gub. 7, 39 [*ad Luc. 14, 11; v. p. 1159, 54*] illis -o data est pro h., nobis pro elatione deiectio. ORIG. in Matth. 18, 10 p. 1613ᶜ BENED. reg. 7, 18 *al.*). VVLG. Iac. 1, 9 frater humilis in -e sua. AVG. in euang. Ioh. 40, 2 p. 1686ᶠⁱⁿ· illa -o (*sc. Christi in cruce; v. supra l. 62*) humiliatio fuit. *v. et p. 1157, 24.*

[*K.-M.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

α bono sensu: *absol.*: VVLG. exod. 17, 15 aedificavit ... Moyses altare et vocavit nomen eius 'dominus -o mea' (נִסִּי *i. fere 'vexillum' sc. 'tutela'; propria levandi vi pellucente. v. p. 1156, 51*). BENED. reg. 7, 12 ad -em illam caelestem pervenire (*v. quae seqq.*). *c. gen. obi.*: VVLG. psalm. 149, 6 -es dei in gutture eorum ([*antea*: exultabunt; *hebr. bis* (וְ)הַלְלֵי; *LXX* καυχήσονται, ὑψώσεις]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 2, 2 p. 210, 17 [-alt- *R.*, -ult- *rell.*]. *v. p. 1156, 71*). prov. 3, 35 gloriam sapientes possidebunt, stultorum -o ignominia ([*dub. in hebr.*]. *cf.* GLOSS. Suet. Claud. 38, 3 p. 362 μωρῶν ἐπανάστασις st. -o [*L*, -ult- *S*]). PROSP. in psalm. 118, 154 p. 360^C sanctorum ([*v. p. 1159, 73*]. *cf.* OP. imperf. in Matth. 5 p. 669^med. ascensio super templum moraliter -o cordis sanctorum ad sanctitatem [*v. p. 1156, 73*]).

β in malam partem: i. q. superbia (cf. l. 20), elatio (v. etiam p. 1156, 75): *absolute*: TERT. cult. fem. 2, 3 p. 718 Oe. nobis ... *non* gloriae studium est, quia gloria -is ingenium (-centivum *B*) est. AVG. civ. 14, 13 p. 34, 9 D. (*ad prov. 18, 12* exaltatur cor; *v. p. 1160, 74*) quis ... -em ruinam putat *eqs.* conf. 5, 3, 4 -es suas (-ult- *V*). serm. dub. 363, 2 p. 1635^a. extr. -es saeculares et catervas ... peccatorum. BENED. reg. 7, 4 omnem -em genus esse superbiae. *pendet genet.* (*obi. l. 21, subi. l. 23*): VVLG. prov. 21, 4 -o oculorum est dilatatio cordis (*v. p. 1156, 73*). PAVL. NOL. epist. 21, 1 p. 149, 20 in alienis grandibus superba diaboli -o (exult- *LM*) deiciebatur (*opp.* humilitate).

2 *vi fere passiva de statu eius, qui exaltatus est: i. q. altitudo, sublimitas:* **a** *dei, Christi*: IREN. 4, 33, 11 in regno speciem eius (*sc. Christi*) et decorem et -em (*Arund.*, -ult- *rell.*; *v. Souter, Iren. p. LXXX*) supercoruscantem et supereminentiorem omnibus. VVLG. Is. 33, 3 ab -e tua dispersae sunt gentes. *?* **b** *de eximietate facundiae* (*cf. adi. appositum*): CIL II 1972 (*inscr. lacera*) *viro* laudabilis prudentiae ⟨et clem⟩entiae singularis, eloquen⟨ti⟩a⟨e⟩que -is eximiae.

3 *de actione profundius reddendi*: GLOSS. II 255, 24 -o βάθυνσις. *v. p. 1161, 46.*

CASSIOD. in psalm. 9, 33 p. 89^D (*ad psalm. 9, 33* [= *10, 12*] exaltetur manus tua'; *v. p. 1158, 58*) decursis quattuor partibus nunc **exaltātīvē** propheta se convertit ad quintam *eqs.* (*i. 'more elevantis'*).

exaltātor, -ōris *m.* *ab* exaltare. *qui allevat, elevator* (*transl. de deo, Christo; opp.* 'humilis' [*v. p. 1159, 51*]; *acced. gen. obi. l. 43*): AVG. serm. 207, 1 p. 1043^a. med. creari creatorem, servire dominatorem, vendi redemptorem, humiliari -em, occidi suscitatorem (*item* CASSIOD. in psalm. 50, 2 p. 359^D, *nisi quod pro* 'suscit.' *legitur* 'vivificatorem'). EVANG. nat. Mar. 5, 1 domino humilium -i gratias egerunt.

[*?* **exaltem** explorantem GLOSS. V 499, 24 (*vid. leg. esse*: -(h)alantem expirantem; *cf. Gloss.*^L *III Abstr.* EX *99*). *v. s.* exhalo.]

***exalto** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* altus. *imperat. mediopass.* -are: *v. p. 1158, 81. 82. 1160, 35.* VVLG. psalm. 107, 6 *al.* CHAR. gramm. p. 472, 14 B. (*inter verba act. I^ae coni.; item* GRAMM. suppl. 49, 13). GRAMM. suppl. 55, 31. NOT. Tir. 77, 94 altum, ab alto, -at, altissimus *eqs.* *de notione atque usu*: GLOSS. βαθύνω (*v. p. 1161, 46*). ἐξυψῶ, ὑπερυψῶ, ὑψῶ (*confus. c.* -ultat: *e. g.* IV 346, 10 *al. cf. l. 64*). *legitur inde a* PAVLO FESTI *infra l. 77*, COLVM. *p. 1161, 48* (*v. l. 68*), TERT. *vox longe maximam partem eccles. (in* INSCR. *v. l. 79. p. 1158, 1 sqq. 11. 1160, 16).* *adhibetur saepissime mediopass. (v. e. g. p. 1158, 16. 32. 57. 78. 1161, 22. 58; praecipue s. I A 2. 3 p. 1159, 15. 42); rarius reflex. (v. p. 1159, 68. 78. 1160, 55. 61. 82); intransit.: v. p. 1159, 13 (fort. et p. 1161, 58); p. p. p.* -tus *vice fere adi. fungens: p. 1158, 64 (inde pro subst.: p. 1159, 58. 1161, 26).* *in gr. respondet* ὑψόω, *ubi nil aliud adscriptum est.* *verbum recentiore latin. prorsus in provincias vocis q. e.* exultare *abiisse videtur (v. s. III, p. 1161, 57), quamvis certi quicquam vix liceat statuere (cf. l. 64).*

[*variat c.* exultare *(v. l. 52. 61): cf. p. 1159, 14. 1160, 22. 60. 1161, 62.* *falso trad. pro* -ult-: HIER. epist. 92, 4, 4. *restituitur vix recte pro* -ult- *trad.*: FAVST. REI. grat. prol. p. 4, 8. *cf. et p. 1156, 43.* *c.* exalbare: *v. p. 1156, 6 (falso trad. pro* -alb-: *v. p. 1156, 7).* *conicitur satis certe*: COLVM. *p. 1161, 49. 51.* *l. v. falsa*: SEN. nat. 3 praef. 9 (*Δ*, extruit, extruxit *rell.*). *perperam ut vid.*: CORIPP. Iust. 2, 321 -ta putes ... flantibus Euris ludere ... frondosa cacumina silvae (-agitata *Petschenig*; *v. p. 1150, 32*).]

I *i. q.* ***altiorem reddere: allevare, extollere*** *sim.*: **A** *c. mera notione sursum levandi*: **1** *proprie*: **a** *res*: *α potiore usu*: (I) *aedificia, opera exstruenda quasi a solo erigere (de augenda altitudine, amplitudine: l. 84. p. 1158, 6. 7 sq. [acc. gr.: p. 1158, 7]; i. q. 'aedificare' [syn. l. 82]: l. 82. p. 1158, 11; de aggeribus extruendis p. 1158, 10)*: PAVL. FEST. p. 29 altaria ab altitudine ... dicta, quod antiqui diis superis in aedificiis a terra -tis sacra faciebant. CIL VIII 2630 (*a. 158*) ⟨Is⟩idi et ⟨S⟩erapi ⟨M⟩atuccius ... aedem cum Volteia ... uxore ... ab antecessoribus ⟨suis i⟩nstitutam -tam ... adiecto pronao ... exornavit (*cf.* VVLG. Sirach 49, 14 aedificaverunt domum et -verunt templum [*gr. 49, 12* ἀνύψωσαν]. GREG. TVR. Franc. 4, 36 p. 171, 16 aedificium domus ecclesiasticae -ari [*i. 'ampliari'. sic et*: 10, 31 p. 446, 29 ecclesiam infra muros urbis; *cf. p. 444, 21: opp.* aedificavit *de eadem eccl.*]). CIL VI 31553 (*a. 161*) Platorio Nepote ... curat(ore) alvei Tiberis et ripar. et cloacar. urbis, terminos vetust(ate) dilapsos -vit et restit(uit) *eqs.* (31554^a [*a. 161*] t. v. collapsos -verunt et restituerunt. *ibid.* ^b[*eodem a.*] t. v. delapsos. 31555 [*a. 198*] t. v. dilapsos -vit et restituit). VVLG. prov. 17, 19 qui -at ostium, quaerit ruinam. I Macc. 12, 36 aedificare muros ... et -are altitudinem magnam (*v. p. 1157, 76*) inter *arcem et civitatem* (*cf.* 14, 37 -vit muros Ierusalem). CASSIOD. Ios. antiq. 10, 10 p. 291 *Babylonius in obsessione* faciens turres cum magnis aedificiis et aggeres ingentes -ans (*gr. 10, 131* πύργους ... μεγάλων οἰκοδομήσας χωμάτων). INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 400 ⟨e⟩xaltatis duab(us) exhedris.

(II) *t. t. astr.: de sideribus in* ὕψωμα *ascendentibus* (*opp.* humiliari [*i.* ταπεινοῦσθαι]: *l. 24; ad rem cf. Bouché-Leclercq, astr. gr. p. 192 sqq.; Boll-Gundel, Sterngl. u. Sterndtg.*³*, 1926, p. 59. nonnisi mediopass.; def. cf. l. 17*): FIRM. math. 2, 3, 3 p. 43, 30 altitudines ... dictae sunt ob hoc, quod, cum in ipsa parte fuerint stellae, in qua -antur, in oportunis scilicet genituræ locis *eqs.* ([3, 5, 34 p. 140, 5 in qua -atur *Sol*]. *cf.* 3, 2, 20 p. 102, 20 ⟨in his locis⟩, in quibus -atur. 3, 8, 10 p. 167, 13 *Mercurius* constitutus in his in quibus gaudet signis vel in quibus -atur [3, 13, 9 p. 189, 19 *Luna*. 4, 17, 9 p. 241, 7 in bonis s. ... idest in quibus gaudent vel in q. -antur vel in domiciliis suis. *al.*]). 4, 17, 10 p. 241, 17 *al.* CHALC. comm. 83 p. 154, 19 cum -atur *sol* vel cum humiliatur vel cum a medietate caeli ad diversas ... plagas discedit (*cf.* 92 p. 164, 2 dum -antur *planetes* et h. *v. l. 14*).

(III) *vocem, sonum sim.* (*c. respectu intendendae vocis: infra l. 32 sqq.; potius ingressive ['tollendo edere']: infra l. 39 sqq. [contra alqm. infra l. 40]; 'verba' [i. 'fundere', 'edere']: infra l. 46.* *audacius*: VVLG. Iac. 3, 5 lingua modicum quidem membrum est et magna -at [*i. 'gravia pronuntiat'; gr.* μεγάλα αὐχεῖ *vel* μεγαλαυχεῖ. *aliter p. 1161, 64*): ITALA gen. 19, 13 (Lugd.) -tus est clamor eorum ante deum (*Vulg.* increverit). ITALA Is. 58, 1 (Tert. adv. Iud. 9 p. 726 Oe. = VVLG.) exclama ... in vigore ... ne peperceris, -a ut tuba vocem tuam ([HIER. in Ioel 2 p. 965^A -ent *sacerdotes et magistri* quasi t. v. suam. AVG. c. Iul. 2, 10, 34 p. 697^extr.]. *cf.* VVLG. Is. 40, 9 -a in fortitudine v. tuam ..., -a, noli timere *eqs. v. supra l. 27*). AMBR. Ios. 5, 26 adulterii ... temptamenta vulgavit *mulier* -ans v. suam (VVLG. Sirach 46, 23 *al.*). VVLG. IV reg. 19, 22 cui exprobrasti? ... contra quem -asti vocem tuam *eqs.*? (*sic* Is. 37, 23 super quem). Sirach 21, 23 fatuus in risu -at vocem suam ([*opp.* tacite ridebit; *gr. 21, 20* ἀνυψοῖ]. *cf.* PS. MATTH. euang. 6, 3 [*C*] ne aliqua in risu -ret sonum suum [*rell.*: ne quid in r. ... committeret]). Is. 13, 2 levate signum, -ate v. (*cf.* HIER. in Is. 13, 2 p. 207^B -at v. qui de sublimibus loquitur). GILD. Brit. 74 chron. III p. 68, 31 vos arroganter verba -asse (*v. app. cr. et cf. l. 29*).

β in universum: varias res variis modis (*cf.* HIER. in Hab. 1, 1 p. 1283^A volabunt quasi aquila, quae -ans volatum ... inter sidera ... nidum *ponit* [*i. fere 'in altum volans'*]): (I) *corporeas*: ITALA Ioh. 3, 14 (Ps. Tert. haer. 2 p. 216, 10 sq. Aug. c. Faust. 5, 4 p. 276, 12 *al.* = VVLG.) sicut Moyses -vit serpentem (*sc. aeneum; v. num. 21, 8 sq.*) in deserto (heremo *Aug.*), ita -ari oportet filium hominis ([*v. p. 1160, 43, sensu sc. transl. et mystico. sim. et*: AMBR. hex. 4, 8, 33 *ecclesia* sicut serpens -tus devorat colubras. *al.*]. AVG. pecc. mer. 1, 32, 61 p. 62, 1 sqq. [*ter*]. *et al.*). PS. CYPR. mont. 15 p. 118, 11 (*vinea i. plebs spiritalis*) custoditur ... a puero Christo in ligni speculum -tum (*v. p. 117, 15* in alto ligno). VVLG. psalm. sec. hebr. 10, 12 exurge, domine ..., -etur manus tua (*cf. infra l. 80; aliter p. 1161, 10*). Is. 49, 22 levabo ad gentes manum meam et ad populos -bo signum meum (אָרִים). Os. 11, 4 ero eis quasi -ans iugum super maxillas (*loc. in hebr. corrupt.*). AVG. civ. 10, 8 p. 414, 24 D. in ligno -to.

(II) *naturales* (*c. vi surgendi infra l. 66. 72; p. p. p.* -tus *fere adi. vice i. q. 'altissimus': infra l. 71; singulariter i. q. 'in altum emittere' [de lumine]: infra l. 73*): ITALA gen. 7, 24 (Aug. quaest. hept. 1, 11 p. 8, 3) -ta est aqua super terram *tot* ... dies ([*Vulg.* obtinuerunt ... a. terram. *item* ISID. in gen. 7, 25 p. 233^C]. AVG. civ. 15, 27 p. 117, 18 D. cur ... usque ad illa caeli spatia terris -ari licuisse et aquis -ari non licuisse contendunt? *cf.* VVLG. psalm. 106, 25 -ti sunt fluctus eius. ALC. AVIT. carm. 5, 683 [*in mari rubro*] -tis pendens sustollitur undis ... mergenda phalanx [*seq.* lympharum monte; *v. supra l. 64*]). VVLG. IV Esdr. 15, 40 -buntur nubes magnae et validae (*i. 'excitabuntur'*). *nota* (*v. supra l. 65*): CHALC. comm. 89 p. 160, 18 perspicuum est radios ... in directum -tos (*sc. a globo AB ad globum ΓΔ pari amplitudine lumen mittente*) ... esse ... aequali distantia.

b *animantia: i. q. excitare, ut quis surgat curare sim.* (*mediopass. i. q. exsurgere, se levare*): *α trans.*: (I) *laxiore usu*: ITALA Iob 39, 27 (Aug. *in h. l.* p. 624, 12) tuo praecepto -atur (-bit- *C*) aquila (*Vulg.* elevabitur). VVLG. psalm. 7, 7 exurge ..., -are in finibus inimicorum meorum (Is. 33, 10 consurgam, ... -bor, ... sublevabor. *al. v. supra l. 58*). 93, 2 -are, qui indicas terram (*talia passim*). Ezech. 10, 16 *Cherubim* de terra (10, 19 a t. [*v. p 361, 50 sq.*]). AVG. civ. 9, 9 p. 381, 13 D. in perversum ligati atque suspensi ...

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

parte inferiore -ti, superiore deiecti. Ⓑ *strictius de Christi in cruce allevatione (interpr. mystica hic illic accedente [v. l. 5. 7. 12]. cf.* VVLG. Ioh. 12, 32 si -tus fuero a terra, omnia traham ad me [*v. vs. 33*]; *cf. et l. 8*): LACT. inst. 4, 26, 33 *cruce* -ari ... *Christum* fuit necesse (epit. 46 [51], 5 *Chr.* crux et re et significatione [*v. supra l. 2*] -vit. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 2, 2 p. 88, 3 in cruce [συνεπαίρεται]. *cf.* GAVDENT. serm. 12 p. 931^{A} -andum se a terra [*v. l. 5*] ... crucis patibulo indicabat [*ibid.*^{B} elevatus in cr.]. *sim. al.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 3, 7 p. 212, 17 in ligno (AVG. serm. 287, 3, 4; *opp.* capite deminutus. *al.*). GREG. TVR. glor. mart. 27 p. 503, 30 *Petrus resupinum se voluit* crucifigi, indignum se vociferans ut dominum -ari. *v. et p. 1156, 60.*

β intrans. (*cf. p. 1157, 58*): EVCHER. instr. 1 p. 85, 9 deo adstare idem est quod volare et in sublime -are (-ult- *A*).

2 *propria allevandi et excitandi notione per meram imag. aut alleg. vel plane servata vel adhuc perlucente (sensu superbiae, iactantiae [v. infra l. 46]: infra l. 35. 39. praeter infra l. 24 res obi. sunt)*: ITALA psalm. 71, 16 (Victorin. Poetov. in apoc. 21, 3 p. 150, 6) erit firmamentum ... super cacumina montium et -bitur super Libanum fructus *terrae* ([ὑπεραρθήσεται, *Vulg.* superextolletur; *deest rec. Hier.*]. ITALA Is. 2, 2 [Tert. adv. Iud. 3 p. 706 Oe.] *mons domini* -bitur ... s. colles [*Vulg.* elevabitur]. *al.*). ITALA psalm. 112, 7 (Tert. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 8) qui suscitat mendicum de terra et de stercore -at pauperem (ἀνυψῶν, *Vulg.* erigens. *cf. p. 362, 80*). ITALA Ier. 17, 12 (Aug. c. Faust. 13, 13 p. 393, 6) sedes ... gloriae -ta est *eqs.* ([*Vulg.* altitudinis]. *cf.* VVLG. Is. 14, 13 super astra dei -bo solium meum [Abd. 3; *antea*: extulit]. *al.*). VVLG. III Esdr. 8, 76 iniquitates nostrae -tae sunt usque ad caelum; *antea*: multiplicata ([*gr. 8, 72* ὑπερήνεγκαν]. Matth. 11, 23 [= Luc. 10, 15] tu, Capharnaum ... u. in [ad *Luc.*] c. -beris [*opp.* descendes, demergeris]. *al. cf.* AVG. epist. 142, 1 p. 247, 12 super caelos -ta ecclesia [*cf. p. 1160, 34*]). Sirach 24, 17 (*Sapientia*) quasi cedrus -ta sum in Libano *eqs.* (*sim.* 24, 18 [*gr. 24, 13 sq.* ἀνυψώθην]. *cf. p. 1160, 30*). Is. 10, 15 numquid gloriabitur securis contra *eqs.* ... aut -bitur serra contra *eqs.* ([*syn.* elevetur]. *hebr.* גדל *hitp. i. 'superbientem extolli'* [*cf. supra l. 16*]). 40, 4 vallis -bitur et mons humiliabitur. 49, 11 semitae meae -buntur ([ירמון *i. 'alte sternentur'*]. *cf.* 55, 9 sicut -antur caeli a terra, sic -tae sunt viae meae a viis vestris *eqs.*). Ier. 49, 16 cum -veris quasi aquila nidum tuum (גבה *hi. i. 'in alto collocaveris'*; *cf. supra l. 16*). Ezech. 19, 11 *al.* GREG. M. moral. 20, 45 p. 164^{C}. *talia passim.*

3 *translate de statu et condicione, de auctoritate ac dignitate sim. in altiorem locum ducendis: i. q. amplificare, augere, extollere, magnificare (strictius praedicando, laudando, celebrando: v. p. 1160, 38. 75. 1161, 5. 15 [inde fere i. q. colere atque observare: p. 1161, 13. at cf. et p. 1161, 57]. peiorative [mediopass.; infra l. 68. 78. p. 1160, 55. 61 refl.] i. q. efferri, insolescere: v. e. g. l. 62. 78. 82. p. 1160, 30. 45 sqq. 68* [*opp.* extolli: *p. 1160, 20. cf. et supra l. 16*]). *hic usus quam arte c. locis quibusdam bibl. cohaereat et qua ex re originem maxime sumpsisse videatur, ut clarius appareat, exempla illa potiora praemittimus, quibus 'humilis' notio voci q. e. -are opponitur. loci bibl.*: ITALA Luc. 18, 14 (Cypr. unit. eccl. 21 p. 229, 7 *al.* = VVLG.) qui se extollit (se -at VVLG., *item* Luc. 14, 11) humiliabitur et qui humiliat se, -bitur. VVLG. Esth. 11, 11 humiles -ti sunt (Luc. 1, 52 deposuit potentes de sede et -vit h.). psalm. 74, 8 hunc humiliat et hunc -at (II Cor. 11, 7 me ipsum humilians, ut vos -emini). 87, 16 -tus ... humiliatus sum et conturbatus. Sirach 11, 1 sapientia -ti -bit caput illius (ἀνυψώσει, *v. p. 1157, 59*). *al.* *exempla eccles.* (*cf. et* SCHOL. Hor. carm. 1, 34, 16 [*ΓV*] *Fortuna* hinc elevat, hic deicit, mutua vice unum -ans alterum humilians): TERT. adv. Marc. 4, 15 p. 466, 15 'humiliabitur homo' (*Is. 5, 15*), utique -tus divitiis (AVG. in euang. Ioh. 14, 4 p. 1504$^{\text{init.}}$ [*ad Ioh. 3, 30* crescere, αὐξάνειν] illum ... -ari, me autem h. *al.* FVLG. RVSP. epist. 17, 53 p. 485^{B} iustificatus humiliatur, ut -etur ad gloriam. *al.* GREG. TVR. Franc. 4, 3 p. 143, 7 [-salutata *B 3. 4, corr. B 3*]). cult. fem. 2, 9 p. 727 Oe. gloria ... -are, non humiliare consuevit CLEM. ad Cor. 16 p. 15, 13 humilium ... est Christus, non -antium se super gregem illius (COMM. apol. 464 nunc -bor [= VVLG. Is. 33, 10], humilem quem ... vidistis. LVCIF. reg. apost. 1 p. 35, 19. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 54, 2 p. 45, 2 [*opp.* deicit; *syn.* erigit]. AVELL. p. 138, 13. PROSP. in psalm. 118, 154 p. 360^{C} *tantum* est vivificari h. quantum et -ari, quia sanctorum exaltatio [*v. p. 1157, 10*] vita aeterna est. *al.* *cf.* HIL. in psalm. 56, 6 p. 172, 5 [*v. p. 1160, 35*] quae in altum de humilibus efferuntur ... -ari videntur; *seq.* sublimius). CYPR. epist. 14, 3 p. 512, 1 sq. -bitur (-bit *C*) qui se humiliaverit (RVFIN. hist. 5, 2, 5 p. 431, 4 humiliabant se sub ... *deo*, per *quem* nunc sublimius -ti sunt. AVELL. p. 136, 7 -antes semet ipsos ... humiliat *dei dextera* et h. se ... -at. *al.*). PS. AMBR. serm. Sess. 3, 10 p. 135^{B} *Christi passione* -ta humilitas, ... elevata depressa *sunt eqs.* (AVG. civ. 14, 13 p. 33, 7 D. -at humilitas [*opp.* elatio]. CASSIOD. inst. div. 24 p. 1139^{A} *al.*). HIER. in Ier. 2, 108, 3 p. 146, 13 (*alleg.*) *oliva* -ta per superbiam nequaquam egit humiliter ... sed elata per superbiam *eqs. al.* VEREC. in cant. 1, 3. *et passim* (*v. et l. 36. p. 1158, 24. 1160, 28*).

a *aliquem*: α *in bonam partem*: Ⓘ *homines* (*item populum, genus [infra l. 17] sim.*): TERT. adv. Iud. 3 p. 707 Oe. *Israel a deo* in Aegypto -tus fuerat. ITALA gen. 26, 13 (Aug. quaest. hept. 1, 76 p. 41, 8) benedixit ... eum dominus et -tus est homo et ... maior fiebat ([*Vulg.* locupletatus]. ITALA Iob 7, 17 [Aug. in Iob 1, 7 p. 524, 23] quid est ... h., quod -asti eum? [ἐμεγάλυνας, *Vulg.* magnificas]. *al.*). ITALA gen. 48, 19 (Cypr. testim. 1, 21 p. 54, 20 *al.*) hic erit in populum et ... -bitur (*Vulg.* multiplicabitur). ITALA prov. 18, 19 (Cypr. epist. 55, 18' p. 636, 20) frater fratrem adiuvans -bitur (ὑψηλή, *Vulg.* firma). ITALA Ezech. 29, 15 (Sangall.) *Aegyptus* non -bitur ... super gentes (*Vulg.* elevabitur). VVLG. gen. 50, 20 ut *deus* -ret *Ioseph.* psalm. 149, 4 *deus* mansuetos in salutem (*cf.* GREG. M. in Ezech. 1, 12, 10 p. 922^{B} eum superna gratia in altiorem intellegentiam). III reg. 14, 7 -vi te de medio populi ([psalm. 88, 20 de plebe]. III reg. 16, 2 te de pulvere. *al.*). psalm. 117, 16 dextera domini -vit me (INSCR. christ. Diehl 2420^{b}. *al.*). Sirach 44, 23 ut stellas -are semen eius ([*gr. 44, 21* ἀνυψῶσαι]. *cf.* CASSIOD. Ios. antiq. 15, 14 p. 452 genus nostrum [*gr. 15, 384* ηὐξήσαμεν]). *passim.* CASSIAN. conl. 1, 19, 1 summi ... gradu honoris *Mardochaeum.* GREG. M. moral. 13, 37 p. 1033^{D} extolli ... possunt *carnales* (*v. p. 1159, 48*), sed -ari nequeunt (*opp. postea*: apud se altiores. *v. et ibid.*^{A}). PASS. Mar. Iac. 5 p. 52, 8 (-ult- *V*). *et saepe.*

Ⓑ *peculiariter: deum, Christum* (*ad interpr. cf.* AVG. serm. dub. 380, 6 p. 1681$^{\text{init.}}$ quid est '-bo te'? [psalm. 29, 2; *v. infra l. 39*] altum te confiteor. *cf. ad eund. l.*: CASSIOD. in psalm. 29, 1 p. 203^{A} '-bo' dicit: latius innotescere facio, quod *eqs.*): ITALA Is. 2, 17 (Aug. c. Faust. 13, 9 p. 388, 27) -bitur dominus solus in illa die; *opp.* humiliabitur ([*Vulg.* elevabitur]. HIER. in Is. 5, 17 p. 84^{D} [*ad vs.* 16 -bitur d. exercituum] quando ... d. -tus fuerit ... ut mali agricolae ... pereant et -ta cedrus ... succidatur *eqs.* [*v. p. 1159, 32*]. CASSIOD. in psalm. 45, 11 p. 332^{B} *al.*). ITALA act. 2, 33 (Tert. adv. Prax. 17 p. 259, 8 = VVLG.) *Christus* dextera dei -tus ([*anteced.*: altissimus]. VVLG. act. 5, 31 salvatorem deus ... dexterā suā. *al.*). PS. HIL. dedic. eccl. p. 881^{C} *Christus* resuscitatus a mortuis et -tus est super coelos (VVLG. psalm. 56, 6 -are s. c., deus [*v. p. 1159, 73.* 56, 12 *al.*]. *cf.* VVLG. psalm. 96, 9 -tus es super omnes deos. *al.* [*v. p. 1159, 31*]). VVLG. exod. 15, 2 glorificabo eum (*sc. deum*) ... et -bo eum (*sic 'praedicando', 'laudibus celebrando'*: Tob. 13, 6 regem ... saeculorum -ate in operibus vestris. psalm. 17, 47. 29, 2 -bo te, domine, quoniam *eqs.* [*v. supra l. 24.* 98, 5 -ate d. deum ... et adorate. 98, 9 Is. 25, 1 *al.*]. 65, 17 *eum* sub lingua mea. 106, 32. 144, 1 [*syn.* benedicam]. *al.*). VVLG. II reg. 22, 47. psalm. 20, 14 in virtute tua. 63, 8 *al.* Ioh. 8, 28 filium hominis (12, 34. *v. p. 1158, 53*). Phil. 2, 9 *v. p. 1156, 64.* *et frequenter.*

β in malam partem (*v. p. 1159, 46*): ITALA Iudith 9, 7 (Lucif. non parc. 10 p. 231, 3) -ti sunt in equo et ascensore et gloriati sunt *eqs.* ([*Vulg. aliter*]. *cf.* VVLG. psalm. 65, 7 qui exasperant non -entur in semet ipsis [PSALT. Cas. *ibid.*: sibi]. *al.*). ITALA psalm. 36, 35 (Cypr. epist. 59, 3 p. 669, 7 *al.*) impium -tum et extolli super cedros Libani ([ὑπερυψούμενον, *Vulg. v. p. 363, 63*]. GREG. M. in Ezech. 1, 3, 11 p. 810^{B} -tum et elevatum. *al.*). ITALA Is. 3, 16 (Cypr. hab. virg. 13 p. 196, 17 *al.*) -tae (-altae W^{1}) sunt ... filiae Sion ([*Vulg.* elevatae]. CYPR. hab. virg. 13 p. 197, 5 *virgines*; *opp.* ceciderunt [*inde* COMM. instr. 2, 19, 5]. *al.*). *al.* CLEM. ad Cor. 39 p. 37, 10 -ari cordibus suis ([ἐπαίρεσθαι]. AMBR. hex. 6, 8, 51 -es te corde [*ad deut. 8, 14* elevetur]. *al.*). SIRIC. epist. 4 p. 1165^{B} in superbiam -antur (FVLG. Virg. cont. p. 100, 19 -tus quis in superbia [-am *DE*] duplum eliditur [*syn.* elatus, *opp.* deiectio]). VVLG. I Macc. 8, 13. III Esdr. 9, 55 magnifice ... sunt -ti verbis *eqs.* (ἐνεφυσιώθησαν). PELAG. in I Tim. 3, 6 p. 485, 11 S. (-ultari *MN*; elatus *Tim. l. c.*). AVG. civ. 18, 32 p. 302, 7 D. eos qui se -ant, vindicando conlides. *al.* ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele 46 epil. (*rec. v.*) litigantium ... qui ... apud se foventur -ti. EVSTATH. Bas. hex. 6, 10 p. 933^{B} opibus aut divitiis *non* -emur (*antea*: elati; *gr. p. 141*^{C} ἐπαίρεσθαι). GREG. M. moral. 4, 57 p. 668^{A} -ari successibus exquirit *superbus.* *et al.*

b *aliquid* (*praecipue de rebus quales sunt animi, affectuum sim.*; *'membra'* [*sc. pro ipsis 'hominibus', 'deo' aut 'potentia' eorum*]: *p. 1161, 10 sq.*; *opes*: *p. 1161, 3.* *malo sensu*: *l. 70. 82. p. 1161, 4* [*cf. p. 1159, 46*]): ITALA deut. 8, 14 (Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 466, 1 *al.*) *ne* bobus tuis multificatis et pecunia et auro -etur cor tuum ([*Vulg.* elevetur]. ITALA deut. 17, 20 [Lugd.] a fratribus [*Vulg.* elevetur ... super fr.]. ITALA Ezech. 28, 2 [Optat. 3, 3 p. 75, 18]; *Vulg.* elevatum. *al.* OPTAT. 3, 3 p. 76, 7. *al.* VVLG. II par. 32, 26 psalm. 130, 1 prov. 18, 12. I Macc. 1, 4 [*syn.* elevatum]. *passim.* GREG. M. moral. 1, 52 p. 550^{D}. *et al.*). ITALA num. 14, 17 (Lugd.) -etur virtus tua ([*Vulg.* magnificetur. *v. p. 1159, 44*]. *cf.* HIER. Didym. spir. 51 p. 145^{B} *Christus per patrem* salvat et -at et facit v.). ITALA I reg. 2, 10 (Eucher. form. 9 p. 52, 16) -vit cornu ([*Vulg.* sublimabit]. AMBR. patr. 3, 13 [*ad* psalm. 148, 14 = VVLG.] verbo dei -vit cornum populi sui. *al.* VVLG. I par. 25, 5. psalm. 88, 18 c. nostrum. *al. v. et vol. IV 973, 44 sq. 50 sq.*). ITALA I reg. 26, 24 (Lucif. Athan. 1, 15 p. 93, 30) -vit se anima tua ([ἐμεγαλύνθη, *Vulg.* magnificata est]. ITALA psalm. 23, 4 [Aug. spec. 6 p. 30, 24] frustra; *gr. et Vulg. aliter. v. supra l. 68*]. VVLG. psalm. 130, 2 -vi a. meam. *al.*). CYPR.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 67, 8 p. 742, 11 christianam fidem ... perfidia *non* deprimit ad ruinam, sed magis excitat et -at ad gloriam. COMM. apol. 130. VVLG. II reg. 5, 12 regnum (*i. 'potentiam'*) *David* ... super populum ... Israel (*cf.* Iudith 1, 7 -tum est r. Nabuchodonosor [*seq.* elevatum; *v. p. 1160, 68*]). Iudith 16, 2 -ate et invocate nomen eius ([*sic 'praedicando'*: psalm. 33, 4 *al.*]. psalm. 148, 13. GREG. TVR. Franc. 5, 18 p. 210, 4 n. vestrum. *al.*). psalm. 3, 4 gloria mea et -ans caput meum, *domine* ([26, 6 super inimicos. 109, 7 in via bibet, propterea -bit c.; *i. 'humilis erit, ... potentissimus'. al.*]. *cf. simil.*: psalm. 88, 14 -etur dextera tua [88, 43; *seq.* laetificasti. Mich. 5, 9 manus ... super hostes tuos *i. 'superior erit quam h.' al.; aliter p. 1158, 59*]). Sirach 28, 12 iram (*i. 'augebit'. gr. 28, 10 ἀνυψώσει*). *saepe.* CONC.[S] I 5 p. 249, 26 *caritatem* tua sanctitas vehementer -at (*gr. I 1, 6 p. 110, 18 ποιεῖται περὶ πολλοῦ, cf. ibid. p. 142, 35* plurimi facit. *v. p. 1159, 45*). VICT. VIT. 2, 80 *angeli* in unius fastigium... *dei* gloriam ([exult- *BV¹WPR*]. *cf.* CASSIOD. var. 12, 1, 3 famam tui praeceptoris [*v. p. 1159, 44*]). VEREC. in cant. 2, 20 perversus ... inferiora sua -at, superiora vero deicit. *et saepe al.* (*cf. et l. 44*).

B *accedunt ad vim tollendi certae quaedam* **notiones speciales:** **1** *sensu 'alti' quodam modo servato*: **a** *i. q. evehi* (*nave; sc. a terra quasi 'in altum'*): ITALA Luc. 5, 3 (cod. e) desideravit ab eo, ut -retur a terra aliquantulum (ἐπαναγαγεῖν, *Vulg.* reducere). **b** *c. vi educandi, alendi*: *α proprie*: ITALA Is. 1, 2 (Tert. adv. Marc. 3, 6 p. 384, 24 *al.* = VVLG.) filios generavi (enutrivi *Vulg.*) et -vi ([רוֹמַם *pi. v. p. 364, 51 sqq.*]. ZENO 2, 23 filios vocat ..., -tos ..., spretores *eqs.* [2, 24; *v. p. 1157, 59*]. GAVDENT. serm. 10 p. 914[B] ab ... filiis, quos protexerat et -verat ... crucifixus. *al.*). VVLG. Ezech. 31, 4 (*cedrus excelsus altitudine*) aquae nutrierunt illum, abyssus -vit illum. ALC. AVIT. hom. 23 p. 141, 9 (*ad Marc. 4, 8 'semen* dabat fr. ascendentem') fructus -et tritici granum, ut suscitans a terra *eqs.* *β transl.* (*incorporal.*): LVCIF. Athan. 1, 39 p. 136, 17 idololatriam per Arrium invectam, per te (*Constanti*) vero -tam (*i. 'enutritam et auctam'*). **c** *quasi sublevando tueri, salvare* (*seq.* ab *l. 35*): VVLG. psalm. 9, 15 qui -as me de portis mortis. 17, 49 ab insurgentibus in me -bis me. 26, 6 in petra ... me (60, 3 dum anxiaretur cor meum). **d** *resuscitando a mortuis*: AVG. epist. 140, 31 p. 182, 4 futurum erat, ut deus *Christum* -ret a mortuis (serm. 52, 4, 13 p. 359[a. med.] resuscitavit ... pater filium -ando eum et excitando a m.).

2 *i. q. excitare ortum dando*: CONC.[S] I 5 p. 252, 4 discordiae in altum flammas -ans ([*gr. I 1, 6 p. 108, 2* εἰς ὕψος ἐγείρων τὴν φλόγα. *cf. ibid. p. 143, 25* flammam accendat]. *huc trahas etiam*: PETR. CHRYS. serm. 116 p. 518[C] si *vitia* ad mentem pervenerint ... inextinguibile gignitur et -atur incendium [*vix ad I A 3b, p. 1160, 66*). *cf. praeterea l. 55.*

II *i. q.* **profundius reddere** (*de fodiendo; per imag. fort. et huc referendum* [*cf. gr.*] AVELL. *infra l. 54.* GLOSS. *v. p. 1157, 51*): COLVM. 3, 13, 4 qui *pastinationem* reformidant ... senum pedum latitudinis sulcos derigunt et -ant (-tantant *SA*) in tres pedes *eqs.* (3, 13, 9 paulatim sulcum -are et ... secundo vel tertio gradu pervenire ad destinatam pastinationis altitudinem). 4, 4, 2 ⌊-are fortius⌋ orbem (⌊ ⌋ ex latere *SAR*). ITALA Luc. 6, 48 (cod. e) homini aedificanti domum qui fodit et -vit et posuit fundamentum super petram (ἐβάθυνεν, *Vulg.* fodit in altum). *? in imag.*: AVELL. p. 184, 5 cur lumina ignorantium effodis -ando impetus impiorum *eqs.*? (ἐπισκαλίζων. *an ad I B 2, l. 40?*). *v. et p. 1157, 33.*

III *i. q.* **exultare** (**trans.** *[i. 'celebrare'; v. p. 1159, 44]: l. 60; absol. [intrans.?, i. q. 'iactare']: l. 64; mediopass. [i. 'gaudere']: l. 62. ceterum v. p. 1157, 64*): ITALA psalm. 50, 16 (Clem. ad Cor. 18 p. 19, 20) -bit lingua mea iustitiam tuam (ἀγαλλιάσεται, *Vulg.* exultabit). RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 1, 1 p. 87, 4 Christus nascitur: gloriamini ... Chr. in terris: -amini (-ult- *A Ca. c.*, -ultate *Cp. c.; at gr.* ὑψώθητε). ENNOD. epist. 1, 5, 2 p. 9, 22 quotiens nos obnoxios sibi fecit lingua, quae apud alios -vit? (*aliter p. 1158, 30*).

syn., apposita, coniuncta: benedicere: *p. 1160, 41.* consurgere: *p. 1158, 81.* efferre: *p. 1159, 83. 1160, 58. 64.* elevare: *p. 1158, 80. 1159, 8. 35. 60. 1160, 51. 74* (*cf. et p. 364, 60*). erigere: *p. 1159, 71.* excitare: *l. 2. 39.* exsurgere: *p. 1158, 58. 80.* extollere: *p. 1159, 27. 53.* gloriari: *p. 1160, 46.* glorificare: *p. 1160, 37.* levare: *p. 1158, 44. 59.* nutrire: *supra l. 28.* sublevare: *p. 1158, 82.* sustollere: *p. 1158, 71.* *opp.*: conlidere: *p. 1160, 61.* deicere: *l. 18. p. 1159, 1. 60. 71.* demergere: *p. 1159, 30.* deponere: *p. 1159, 55.* humiliare: *p. 1159, 52 sqq.* mergere: *p. 1158, 71.*

acced.: *praep. et adv. local.* (*hic illic abundanter*): altius: RVFIN. Orig. in num. 17, 5 p. 164, 20 B. a. -entur hi, qui in *Christo* ... sunt. sublimius, in sublime: *p. 1159, 14. 77.* ITALA Ier. 31, 37 (Hier. in Ier. 6, 28, 4 p. 409, 5); *Vulg. aliter* (*cf. ibid. p. 408, 8* elevatum). super: *l. 8. 10. p. 1158, 41. 61. 1159, 19. 26. 31. 68. 1160, 11. 34. 36 al.* ITALA Is. 2, 2 (Cypr. testim. 2, 18 p. 84, 20); *Vulg.* elevabitur. VVLG. psalm. 107, 6 Is. 14, 13 *al.* supra: RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 43 p. 583[B]. *abl.* (*causae, instr.*): corde: *p. 1160, 54.* dextera: *p. 1160, 32 sq.* divitiis: *p. 1159, 62. 1160, 63* (opibus: *p. 1160, 63*; pecunia: *p. 1160, 70*). successibus: *p. 1160, 65.* verbis: *p. 1160, 59.* per superbiam (in s.): *p. 1159, 82. 1160, 56 al.*

deriv.: exaltatio, exaltator.
compos.: superexaltare.

exalūminātus, -a, -um. [*ab* ex alumine *ortum videtur. W.*] *i. q. ad colorem aluminis accedens*: PLIN. nat. 9, 113 *unionibus* summa laus coloris est -os (*R*, -us *rell.*) vocari.

examārico, (-āvī), -ātum, -āre. *ab* ex *et* amarico. **1** *absol. quasi intr.: i. q. rebellem esse, repugnare, obsistere* (*gr.* παραπικραίνω, *cf.* amarico, exacerbo *sim.*): PSALT. Cas. 77, 8 generatio declinans et -ans (exmar- *trad.*) generatio (*Vulg.* exasperans). 105, 7 *patres nostri* -verunt adscendentes in mari rubro (*Vulg.* irritaverunt). **2** *transit.: i. q. exasperare, amariorem reddere* (*cf. l. 13. 16*): **a** *alqm.*: PS. ORIG. in Iob 3 p. 455[B] qui in doloribus et in tormentis ... fuerint, ipsis doloribus -ti atque exaggerati, amariores et noxiores ... efficiuntur. **b** *alqd.*: ORIG. in Matth. 18, 114 p. 1764[a. extr.] Petrus egressus atrium ... ad ianuam ... plorat ex amaritudine peccati -ans in paenitentia fletum suum.

? **examat** NOT. Tir. 36, 23 (*in ras.* exa///amat); *post* amat, adamat.

exambio, (-īvī), -ītum, -īre. *ab* ex *et* ambire. *imperf.* -ibant: PANEG. *infra l. 38.* *[l. v.:* amb-: *infra l. 28. 44.]* *i. q. circumire quaerentem, flagitantem, temptantem*: **1** *proprie* (*pendet* ad): CYPR. epist. 20, 2 p. 528, 2 eos qui ... manus suas ... maculassent vel ... conscientiam polluissent, -ire ad martyras passim.

2 *transl.: quasi ambiendo exorare, supplicare sim.* (*c. nota peiorativa [sc. 'adulando', 'captando']: infra l. 28. 34. 38. 44* [*cf. syn.* extortum, captabant]. *acced. abl. instr.: infra l. 32. 39. 47; cf. l. 48.* *syn.* expetendi *infra l. 41* [*cf. et l. 33*]): **a** *c. acc.*: *α rei* (*audacius* 'regiam' *i. 'aulicos' captare: infra l. 34*): CYPR. epist. 55, 9 p. 630, 11 episcopatum non -tum (amb- *Q*) nec extortum, sed de dei ... voluntate susceptum. SYMM. epist. 6, 53 (54) adventus vestri petitione, quam frequenter -o. 7, 49 suffragium tui favoris. 9, 25, 2 -rem super his (*sc. confirmatione equorum tractoriis praestanda al.*) nimio precatu gratiam tuam, sed apud *te* ... simplicitas efficacior est *eqs.* (*seq.* quod cum fiducia postulatur). AMM. 26, 7, 6 Araxius -ta regia praetorio praefectus accessit (*v. supra l. 27*). *β personae: i. q. supplicantem, captantem sim. adire et rogare* (*cf. et infra l. 46*): PANEG. 3, 19, 4 uti quisquam ... imperatori acceptissimus videbatur, eum ... captabant. nec viros quidem (-dam *Baehr.*), sed mulierculas -ibant; nec feminas tantum, sed spadones *eqs.* IVL. VAL. 1, 31 vs. 24 honore[m] divum, summo cultu -ent astris receptum *Alexandrum* (*cf. infra l. 46*). SYMM. epist. 2, 90 (89) nunc supra vota processit, quod me expetendi plane et -endi viri familiaritate decorasti.

b *c. additam.*: *α pro obi. est acc. c. inf.*: CYPR. epist. 67, 5 p. 739, 22 collegam nostrum ... fefellit, ut -ret (et amb- *C*) reponi se iniuste in episcopatum, de quo fuerat ... depositus. *β pendet* ut *fin.*: ARNOB. nat. 3, 24 p. 128, 15 numquid ... rex poli libamine aliquo -itur aut hostia, ut omnia ... commoda ... *mortalibus* largiatur? 7, 15 p. 249, 16 non -iri *deos,* ut prosint, ⌊non⌋ praemiis ut noceant proritari (⌊ ⌋ *post* pr. *transpos. Reiffersch.*).

exambulo, (-āvī), -āre. *ab* ex *et* ambulo. NOT. Tir. 90, 36 (*inter alia compos. 'ambulandi'*) -at. *i. q. ambulare*: DIOSC. 2, 47 *amurcam* quisquis biberit -are debet (*gr. 2, 70, 4* περιπατείτωσαν). *K.-M.*

*****exāmen,** -inis *n.* *ab* exigere (*v. infra l. 77 et p. 1164, 17*). *scribitur*: exag-: VERG. ecl. 9, 30 *M*¹. georg. 4, 30 *M.* EPIST. pontif. Löwenfeld 650 p. 5. exac-: VERG. georg. 2, 452 *M*¹ (*item* 4, 108). exagimine: EPIST. pontif. Löwenfeld 691 p. 9. exsa-: CIL III 459, 4 (*contra praeceptum* CASSIOD. gramm. VII 204, 24 [*ex Caesellio*]). NOT. Tir. 45, 49 -n. GRAMM. suppl. p. 42, 21 (*ut* 'nomen' *declinandum*). *de notione*: PAVL. FEST. p. 80 -n est et aequamentum et iudicii investigatio et apium congregatio vel locustarum. SYNON. Cic. Char. gramm. p. 435, 5 B. iudicium. voluntas. placitum. -n. tractatus. perpensio. *v. et p. 1164, 18 sqq. 44.* GLOSS.[L] II Abav. EX 6 -n iudicium (*v. II B*) vel apium congregatio (*v. I A*). *ad I A*: GLOSS.[L] I Ansil. EX 55 -n multitudo apum (*V*, kaput *rell.*, *i.* [k]apum). II Philox. EX 14 σήκωμα. GLOSS. ἑσμός. σμηνίον. αὐτὰ τὰ μελίσσια. *ad II A*: GLOSS. ῥοπή. ζυγὸς ἐν ᾧ σταθμίζομεν. *ad II B*: GLOSS.[L] I Ansil. EX 56 probatio vel disceptatio cuiuslibet rei. III Abstr. EX 88 iudicium, discussio. Corp. E 490 exemplum, expositio. II Philox. EX 13 ἐξέτασις, ἀκρόασις, δικαστήρ⟨ι⟩ον. GLOSS. κρίσις. κριτήριον. δικαστήριον. *cf. p. 1165, 53.* [*it.* sciame, *francog.* essaim, *hisp.* enjambre. *M.-L.*] *legitur inde ab* ENNIO, PLAVTO, VARRONE, CIC. (*not. I*), *inde a* VERG. (*not. II*). [*ex corr.*: PLAVT. Truc. 534 *v. p. 1163, 54.* MANIL. 4, 549 *v. p. 1164, 46.* *coni. in vs. minus perspicuo, vix prob.*: AVIEN. carm. ad Flav. 17. *corrupt.* PLIN. VAL. 1, 25; *v. p. 1167, 67.*]

I (*ab* exigere: *i. 'expellere', eicere v. l. 79*) *i. q.* **agmen, congregatio:** **A** *proprie de apibus*: **1** *stricto sensu: de apium subole ex alveario expulsa atque egressa*: VARRO rust. 3, 16, 23 -n ubi volunt considere (CIC. div. 1, 73 LIV. 21, 46, 2. 27, 23, 2 -n ... ingens in foro consedisse [OBSEQ. 35]. IVV. 13, 68 longa consederit uva culmine delubri [*cf.* TAC. ann. 12, 64 fastigio Capitolii ... insedit]. *al.*). 3, 16, 29 cum -n exiturum est, quod fieri solet cum adnatae prospere sunt multae (*cf.* PLIN. nat. 11, 35

[Junod]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

educto -e. 11, 54 migraturo -e. 21, 71 evolantium *apum* -a [GAIVS dig. 41, 1, 5, 4 ex alveo nostro]. PALLAD. 1, 38, 2 ne omne ianuas suas egrediatur -n [7, 7, 4]). CIC. har. resp. 25 si -n apium ludis in scaenam caveamve venisset. *ibid.* VERG. georg. 4, 21 cum prima novi ducent -a reges (*cf. in imag.* HOR. epist. 1, 19, 23 qui sibi fidet, dux reget -n). 4, 103. 139. Aen. 7, 67 pedibus per mutua nexis -n subitum ramo frondente pependit (*cf.* SEN. Oed. 602 -n arto nectitur densum globo). LIV. 24, 10, 11. VAL. MAX. 1, 6, 12 -bus apum signa obscurando (FLOR. epit. 2, 6, 14 insidentia signis -a [4, 7, 7. *cf. p. 1162, 83*]. *al.*). COLVM. 9, 3, 4 vere cum se nova profundent -a. 9, 9, 7 an totum -n in speciem unius uvae (*cf. p. 1162, 82*) dependeat. 9, 9, 8 *si* compluribus velut uberibus diductum fuerit -n. *al.* PLIN. nat. 11, 53 totum -n circa . . . *regem* globatur. 11, 74. *al.* PS. QVINT. decl. 13, 16 p. 262, 4 suspensumque proximis ramis -n humanas manus expectat (*cf. l. 7*). *al.* PALLAD. 7, 7, 9. *et al.*

2 *latiore sensu: de apibus una in alveario viventibus, fere i. q. apes, alveare*: VARRO rust. 3, 16, 20 sanitatis signa, si sunt *apes* frequentes in -e. CIC. Cato 54 res rusticae laetae . . . tum pecudum pastu, apium -bus, florum omnium varietate. off. 1, 157 apium -a non fingendorum favorum causa congregantur. VERG. ecl. 7, 13. 9, 30. georg. 2, 452 apes -a condunt corticibusque cavis vitiosaeque ilicis alveo. OV. rem. 185 suppositos fugiunt -a fumos (*cf.* LIV. 4, 33, 4 fumone victi . . . velut -n apium). fast. 1, 379. 3, 747. COLVM. 9, 2, 4 utrum -a . . . concubitu subolem procreent. 9, 3, 3 nec ullum -n hanc aetatem (*sc. decimum annum*) potest excedere. 9, 4, 7 nunc de ipsis receptaculis et domiciliis -um loquar. 9, 7, 2 subinde curantur -a (*cf.* 9, 14, 2 firmabuntur). 9, 8, 5 segniora . . . -a. 9, 8, 8 si commeant *apes* frequentes, spem quoque aucupandi -a maiorem faciunt (*cf.* 9, 8, 14 capiendi). 9, 8, 9 persequens iter volantium *apium* ad sedem perduceris -is (*cf.* 9, 8, 10 ad latebram). 9, 13, 9 frequentissimorum -um favi (SOL. 22, 4 -a favos deserent). *passim.* CALP. ecl. 4, 151 solent -a lambere nectar. PLIN. nat. 11, 46 rex in quoque appelletur -e. 21, 148 *al.* SIL. 2, 218 sparsa super flores -a. LEX Manc. (Bruns fontes[7] 114) 2, 6 si quis alveos, -a, apes . . . transtulerit. *al.* PALLAD. 1, 38, 1 *plena esse alvearia* frequentia monstrat commeantis ac remeantis -is. 4, 15, 2 *al.* VVLG. iud. 14, 8. *et al.*

B *per similitudinem et translate de conglobatione, multitudine quasi constipata sim.*: 1 *de animantibus*: a *tam de bestiolis apium quodam modo similibus quam de quibuslibet animalibus* (*comparat. v. infra l. 46*): PLAVT. frg. inc. 31 glirium -a. LIV. 35, 9, 4 -n vesparum ingens in forum advolasse et in Martis aede consedisse (*cf.* COLVM. 1, 5, 6 infestis aculeis armata . . . animalia, quae in nos densissimis -bus involant). 38, 46, 5 avium -a (*cf.* PLIN. nat. 10, 77 graculorum, monedularum). 42, 10, 7 *locustarum* (*al.*). MELA 3, 82 *serpentes* in magno -e Aegyptum *tendunt.* PLIN. nat. 8, 30 muscarum. 9, 111 sicut apibus, ita concharum -bus . . . esse veluti duces. 31, 2 piscium -a (SYMM. epist. 1, 14, 4 amnicorum p. *cf.* AVSON. Mos. 76 -a lubrica pisces. 244). EPIST. Alex. p. 206, 9 K. *elephantorum.* LACT. mort. pers. 33, 9 *vermiculorum.* AMM. 18, 7, 5 culicum . . . -bus per eas terras referta sunt omnia.

b *de hominibus (deis infra l. 65): i. q. globus, turba, multitudo sim.; proles (de re personata infra l. 64; de animis, umbris infra l. 60)*: PLAVT. Truc. 534 paenitetne te quot ancillas alam, quin -n (*Haupt*; etiam men *trad.*) super adducas quae mihi comedint cibum? CIC. har. resp. 25 (*nota ibid. bis*: apium -n; *v. supra l. 3*) repente -a tanta servorum immissa in populum Romanum (*cf.* HOR. epod. 2, 65). HOR. carm. 1, 35, 31 iuvenum recens -n Eois timendum partibus (*cf.* SCHOL. *ad l.* habito ab Augusto dilectu novus fuerat collectus exercitus, quem bene '-n' vocavit). SIL. 4, 159 sociata -a densent infandi Senones. STAT. Theb. 1, 95 animarum -e (*cf.* 11, 82 innumero Lethaea -e gaudet ripa. silv. 5, 3, 284 pii manes Graiumque -a vatum). 3, 196 longo -e (*i. fere 'pompa'. cf. p. 1164, 4*) matres invidiam planxere deis (CLAVD. 3, 38 insomnes longo veniunt -e Curae). 11, 39 denso fugientum -e. 12, 472. PLIN. paneg. 26, 1. MIN. FEL. 21, 4 Saturnum . . . principem huius generis et -is *deorum* (*cf.* TERT. adv. Marc. 1, 5 p. 296, 15 usque ad triginta Aeonum fetus . . . -n divinitatis effudit [PRVD. ham. 97 in populos dispersa -a divum fundere. *v. supra l. 51*]). TERT. apol. 40, 7 nondum Iudaeorum ab Aegypto -n Palaestina susceperat (*cf.* LACT. inst. 4, 10, 14). anim. 23 p. 336, 14 -n Valentini (*i. haeretici V. sectae.* adv. Val. 32 p. 207, 17 spiritale -n V. *cf. sim. de haereticis*: adv. Marc. 4, 5 p. 431, 3 Marcionis -e. PACIAN. epist. 1, 1 p. 3, 4. PROSP. carm. de ingrat. 59). 30 p. 349, 25 *v. p. 826, 12 sqq. al.* TER. MAVR. 1290. PANEG. 2, 32, 3 Scythicae nationes tantis -bus confluebant ut *eqs.* 8, 8, 4 cum coniugibus ac liberis ceteroque -e necessitudinum. PACIAN. epist. 3, 25 p. 94, 18 nostrae plebis -a (*syn.* catholicos greges. PAVL. NOL. epist. 13, 11 p. 93, 2). AVIEN. orb. terr. 304 populorum (315. 393. HIER. in Gal. 3 p. 354[C] *al.*). AMM. 16, 12, 11 hostium. 18, 4, 5 castratorum puerorum. 20, 7, 15 captivorum (*cf.* ENNOD. opusc. 3, 176 p. 377, 1 captum). HIER. epist. 58, 3, 4 -a monachorum (in Is. 19, 24—25 p. 188[B] *al.* VEN. FORT. vita Patern. 10, 32 *v. vol. VI 1, 1549, 60 sqq.* INSCR. christ. Rossi II p. 294, 4, 9). PRVD. perist. 2, 180 catervae pauperum, inculta visu -a. AVG. c. Faust. 13, 2 p. 379, 23 fidelium. MART. CAP. 4, 335 Romulae vocis (*i. Romanorum*) -a. *et al.*

2 *de rebus*: a *de variis naturae rebus*: LVCR. 5, 1364 arboribus . . . bacae glandesque caducae tempestiva dabant pullorum -a supter (*cf. de copia florum*: STAT. silv. 5, 1, 210 omne illic stipatum -e longo [*cf. p. 1163, 62*] ver Arabum Cilicumque fluit). AETNA 372 ventorum. 469 atra . . . -a arenae. 505; *v. p. 484, 34.* CHALC. carm. frg. 18, 10 M. (= comm. 72 p. 140, 20 *ex Alex. [Miles.], immo Aetol. aut Ephes.*) plectricanae citharae septem discriminibus quos (*sc. globos planetarum*) adsimulans genitor concordi -e iunxit (*gr.* ἑπτατόνοιο λύρης φθόγγοισι συνῳδὸν ἁρμονίην προχέουσι διαστάσει).

b *de rebus incorporeis (praeter l. 16 de malis, vitiis)*: PLAVT. Truc. 314 -n mali (ARNOB. nat. 2, 7 p. 52, 20 malorum tanta . . . -a). ENN. scaen. 66 exitium (*i. '-orum'*) -n. PROP. 2, 32, 41 in tanto stuprorum -e. ARNOB. nat. 1, 1 p. 3, 17 maerorum mortalium. 6, 24 p. 235, 20 -a maleficiorum nova. CHALC. carm. frg. 13 M. (= comm. 76 p. 143, 20; *ex Emped. frg. 121 D.*) rabies, furiarum -a mille (Κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα Κηρῶν). AMM. 21, 5, 4 per aetatum -a.

II (*ab* exigere: *i. 'examinare'*) *spectatur* **libra**: A *respicitur aut actus librandi, ponderandi aut aequilibrii ratio*: -n *i. q. aut lingula librae (vel filum, cf. def. l. 21 sqq.) seu libra ipsa aut actio librandi vel aequilibrium*: 1 *proprie* (*de signo in locutione quasi abundanti l. 38.* *def., cf. l. 19*: PORPH. Hor. epist. 2, 1, 72 -e vel agina, quae pars trutinae est. SERV. Aen. 12, 725 -n proprie est filum quo trutina regitur. SCHOL. Pers. 1, 6 -n est lingua vel linum, quod mediam hastam ad aequanda pondera tenet. ISID. orig. 16, 25, 5 -n est filum medium quo trutinae statera regitur et lances aequantur): VERG. Aen. 12, 725 Iuppiter ipse duas aequato -e lances sustinet (*cf.* SVET. Vesp. 25 stateram . . . positam -e aequo, cum in altera lance . . ., in altera *eqs.* *sim.*: PLIN. nat. 17, 184 dividi . . . *oportet* putatione pollices *vitis* in aequali -e undique [*sc. ut fructus futuri in aequilibrio sint*], ne praegravet fructus parte aliqua). MANIL. 2, 921 culmina (*caeli*) . . . insurgunt occasus inter et ortus suspenduntque suo libratum -e mundum ([*cf. Cic. Tusc. 5, 69* terra . . . quibus librata ponderibus; *Wageningen ad l.*: '*in medio caelo quasi aequilibrium est mundi*']. AMBR. Hel. 13, 48 *pincernae* mensuras ipsas bonas supereffluentes diligenti librant -e ne quid effundant. *v. et infra l. 51. cf.* COD. Theod. 12, 7, 1 aurum . . . aequa lance et libramentis paribus suscipiatur, . . . nec *digiti* pondera deprimant nullo -is libramento servato ⟨sed⟩ *eqs.*). MANIL. 3, 305 iustae . . . -a Librae (*v. supra l. 20.* 4, 216). VITR. 10, 3, 7 quemadmodum in statera pondus cum -e progreditur ad fines ponderationum. PERS. 5, 101 *v. p. 396, 30.* SYMM. rel. 13, 2 mille sescentas auri libras . . . urbanis ponderibus conferendas, id est trutinae largioris -e (COD. Theod. 14, 4, 4, 2 pondus . . . porcorum trutinae -e, non oculorum libertate quaeratur).

***exaudio**, -īvī, -ītum, -īre. *ab* ex *et* audire. *de prosodia*: -irĭ, *ut vid.*: COMM. instr. 2, 38, 1; *v. Hanssen, de arte metr. Comm. p. 16.* *de formis*: *imperf.*: -ibam: PLAVT. Epid. 239, *v. p. 1191, 6.* *formae stirpis perf. breviores*: -ii: AFRAN. com. 392. -isti: ITALA gen. 3, 17 (Cypr. testim. 3, 58 p. 158, 4). *al.* VVLG. II Esdr. 9, 28 *al.* -istis: *v. infra l. 62.* ITALA iud. 6, 10 (Lugd.). -ierunt: SEN. contr. 1, 3, 10. ITALA exod. 6, 9 (Aug. loc. hept. 2, 27 p. 546, 6). *al.* VVLG. psalm. 105, 25. -ieris, -ierit, -ierint: ITALA *et* VVLG. -isset: SEN. dial. 5, 22, 3 clem. 1, 12, 2. *et al.* -isse: VARRO rust. 1, 69, 2 CIC. Att. 4, 8ª, 1 *al. et al.* *sec. Graecos ponitur: genet. obiecti pro acc.* (*gr.* ἀκούειν [εἰσ-, ὑπ-] τινός. *cf. p. 1191, 57 sqq. 80 sqq.*): ITALA iud. 2, 20 (Lugd.). 6, 10 (Lugd. *al.*). Ion. 2, 3 (Hil. in psalm. 68, 5 p. 316, 14). PSALT. Cas. *saepius, v. ind. p. 121.* *dat. pro acc.* (*gr.* ἐπακούειν τινί): ITALA Os. 2, 21 (Hil. myst. 2, 1 p. 30, 18), *v. p. 1192, 47 sq.* *per pleonasmum additur* aure *sim.*: ITALA deut. 28, 2 (Lugd.). psalm. 17, 45 (Barnab. 9, 1). *de notione*: ISID. diff. 1, 23. *v. vol. II 1289, 84.* GLOSS. εἰσακούω. ἐπακούω. GLOSS.[L] I Ansil. EX 104 -ire: audientiam commodare (*cf. p. 1191, 29*). NOT. Tir. 27, 47 -it. *legitur inde a* PLAVTO (*v. p. 1190, 23. 1191, 6 sqq.*).
[*variat c.* audire: TER. Hec. 412 *v. p. 1190, 27.* CAES. civ. 3, 87, 4 non audistis (*L*, -istis *Sβ*) ex iis ..., cohortes esse Brundisi factas? NEP. Paus. 4, 4 (audiri *C*). *et al.* *ex coni.*: SEN. contr. 10, 2, 12 cum ⌊dubitarem, -vi nescio⌋ quem dicentem (⌊ ⌋ *Bursian*, dubitare ex ordine scio *codd.*). *locis lacunosis*: VARRO Men. 426 SALL. hist. frg. 2, 87.]

I *i. q.* **auribus percipere**: **A** *corporaliter de ipso actu audiendi: fere i. q. plane, clare audire; saepe i. q. simpl. 'audire' (abolita vi praep.) v. e. g. p. 1191, 11 al.* (*-unt fere animantia* [*dei, sol: v. p. 1190, 19. 1191, 2.* aures: *v. infra l. 83. meton.* litus: *v. p. 1190, 48,* frutex *v. p. 1190, 55*]): **1** *absolute aut supplendo obi.*: ACC. trag. 281 aurem attendo, ut quirem -ire amplius. CIC. Sull. 30 cum suppressa voce ... de audacia coniuratorum ... dixisset, tantum modo ut vos ... -ire possetis ([*cf.* CVRT. 7, 7, 20 haec quassa adhuc voce subdeficiens vix proximis -entibus dixerat]. *cf.* CIC. Sull. 33 maxima voce, ut omnes -ire possint, dico [*cf.* 34. Att. 4, 8ª, 1 dic ... clarius; vix enim mihi -isse videor. CAES. Gall. 5, 30, 1 civ. 3, 94, 6. LIV. 1, 27, 8 equitem clara increpans voce, ut hostes -rent]). leg. 1, 21. LIV. 40, 31, 7. 44, 33, 6. SEN. suas. 7, 12 dissimulavit -isse se. GAIVS dig. 44, 7, 1, 15 non de eo *surdo ... loquimur*, qui tardius -it, sed qui omnino non -it (INST. Iust. 2, 12, 3. *cf.* COD. Iust. 6, 22, 10, 3). VLP. dig. 45, 1, 1 pr. ITALA Is. 35, 5 (Tert. adv. Marc. 4, 24 p. 503, 10) tunc patefient oculi caecorum et aures -ent surdorum (ἀκούσονται, *Vulg.* patebunt). CAEL. AVR. acut. 2, 3, 17. *et al.*

2 *c. obi.*: **a** *alqm.* (*in imag. v. l. 12. in gr. respondet:* ἀκούειν τινός: TERT. orat. 17 p. 191, 4 daemonium oraculi Pythii, 'et mutum', inquit, 'intellego et non loquentem -o' [*ex Herodot. 1, 47*]): RHET. Her. 2, 4, 7 num, qui est passus, perspectus, -tus (*M*, et -tus *E*) esse possit. CIC. Mil. 67 te ... appello ... ea voce, ut me -ire possis (*cf.* LIV. 10, 36, 11 consul ... voce clara, ita ut -retur, templum Iovi Statori vovet. SEN. contr. 1, 1, 8 elisa ieiunio voce, ut vix -iri posset. SVET. Cal. 53, 1. *cf. p. 1189, 74 sqq.*). CIC. orat. 189 *v. p. 1191, 33.* OV. met. 11, 19 saxa non -ti rubuerunt sanguine vatis (*i. Orphei mortui*). LIV. 32, 34, 1 *al.* CVRT. 4, 13, 38 hortantem (*Bentley*, hoc tandem *A*) exercitus -ire non poterat. STAT. Theb. 3, 480 Pana ... nocturnum. *et sim. al.* *in imag.*: SIL. 8, 408 ille (*i. Cicero*) super Gangen, super -tus (*i. fere 'notus'*) et Indos, implebit terras voce.
ad obi. acced. part. praes. (*aliter e. g. l. 11*): SEN. contr. 10, 2, 12 *v. p. 1189, 64.* SEN. dial. 5, 22, 3 quosdam *milites* ... mala inprecantis regi. LACT. epit. 18, 11 p. 690, 6 puerum vagientem.
b *alqd.* (*in gr. respondent:* εἰσακούειν τι: ITALA exod. 6, 5 [Aug. loc. hept. 2, 26 p. 546, 1], *Vulg.* audivi. ἐπακούειν τι: PLIN. nat. 2, 13 *sol* omnia intuens, omnia ... -ens [*cf. Homer.* Γ *277*]. ἐνωτίζεσθαί τι: VVLG. psalm. 54, 2. 139, 7): *α sonos, strepitus sim.* (*'urbem cadentem' pro 'strepitum urbis cadentis': v. infra l. 42. acced. part. praes.: v. infra l. 42. pendet inf.: v. infra l. 60*): PLAVT. Trin. 754 quem (*thensaurum*) fodere metuo sonitum ne ille -at (VARRO Men. 149 cymbalorum. CAES. Gall. 7, 61, 3 remorum. *cf. in imag.*: CIC. Att. 1, 14, 4 nosti ... in hac materia sonitus nostros: ... eos usque istinc -tos putem). TER. Hec. 412 vereor, si clamorem eius hic crebro -at (aud- Ap^1), ne parturire intellegat (CAES. Gall. 2, 11, 5. 6, 39, 1 *al.* BELL. Alex. 20, 5. LIV. 25, 6, 21 clamorem pugnantium crepitumque [*v. infra l. 39*] armorum. 25, 37, 11 clamor tubarumque sonus [*v. infra l. 45*] ... -itur. *al.* PANEG. 5, 1, 2. *et al.*). AFRAN. com. 392 quid tumulti -ii? (SEN. contr. 1, 6, 12. CVRT. 5, 4, 16 trepidantium barbarorum tumultum). VARRO ling. 6, 94 unde vox ad contionem vocantis -iri possit (rust. 1, 69, 2. CIC. Catil. 1, 21 p. red. in sen. 24. fin. 1, 71 -ta quasi voce naturae [*cf.* PLIN. nat. 22, 17]. *al.* LVCR. 3, 467 neque -it voces nec noscere voltus ... potis est. VERG. georg. 1, 476 Aen. 4, 460 OV. met. 7, 645 LIV. 1, 29, 5. 2, 59, 5 *saepe.* SEN. contr. 7, 7 [22], 19 [= contr. exc. 7, 7]. SEN. benef. 4, 4, 2. *et saepe. aliter v. p. 1191, 39. 68. 1192, 11*). RHET. Her. 2, 5, 8 quaeretur ..., num qui strepitus, clamor (*v. supra l. 26*), crepitus (*v. supra l. 29*) -tus *sit* (CIC. har. resp. 20 [*antea:* auditus]. LIV. 24, 46, 5 CVRT. 3, 5, 11 *al. cf.* NEP. Dion 9, 4. *adde* [*v. supra l. 20*]: STAT. Theb. 10, 595 te ... peritura ... Thebe, si taceam, nequeo ... -ire cadentem ... *et* oculis haurire ... ignem). CIC. ac. 2, 20 multa quae nos fugiunt in cantu -unt ... exercitati. div. 1, 73 hinnitum (CVRT. 4, 12, 4). CAES. Gall. 7, 47, 2 non -to (*α*, audito *β*) tubae sono ([*v. supra l. 29. cf.* CVRT. 5, 2, 7]. *cf.* CAES. civ. 3, 105, 4 signorum. SALL. hist. frg. 3, 31 Bacchanaliorum. SEN. Thy. 114 longe remotos litus [latus *A*, *v. adn. crit.*] -it sonos. COLVM. 9, 8, 2 murmurantium *apium. et al.*). VERG. Aen. 6, 557 hinc -iri gemitus et saeva sonare verbera (7, 15 LIV. 28, 29, 11. 29, 6, 12 CVRT. 4, 10, 29. *et al.* [*aliter v. p. 1191, 45*]). LIV. 23, 42, 5 ploratum ... coniugum (26, 9, 7 *al.*). 30, 30, 8 fremitum castrorum (*al.* CVRT. 5, 13, 12 *al.*). *al.* OBSEQ. 56 *risum.* SEN. dial. 10, 12, 4 clem. 1, 12, 2. CVRT. 4, 16, 15 *ululatum* senum. PLIN. nat. 16, 179 ex qua magis canoram bucinam tubamque credit pastor ibi caesa, ubi gallorum cantum frutex ... non -at. *al.* SIL. 11, 441 Argolicis ... populis ... -ta chelys. STAT. Theb. 2, 260 *ex* adytis ... -ta ... tuba (FRONTIN. strat. 1, 1, 13. FRONTO p. 149, 21 N. [*in imag.*] ubi Catonis et Sallustii et Tulli tuba -ta est. *cf. supra l. 45.* IVV. 10, 214 qui vix cornicines -et [$P^1\gamma$, -iat $P^2\omega$] atque tubarum concentus). *et sim. al.*
pendet inf.: BOETH. mus. 1, 10 p. 197, 4 *Pythagoras* pulsos malleos -it ex diversis sonis unam quodam modo concinentiam personare.
β verba concepta, dicta sim.: ① *strictius*: ⓐ *obi. est subst.* (*adi. l. 75. 76; imp. l. 74*): CIC. Planc. 97 preces et vota de meo reditu (CALP. ecl. 4, 49. *aliter v. p. 1192, 1*). LVCR. 4, 555 necessest verba ... plane -iri discernique articulatim (VAL. MAX. 5, 2, 8 inter armorum strepitum [*cf. infra l. 68. p. 1191, 3. 11*] verba se iuris civilis -ire non potuisse. GAIVS dig. 44, 7, 1, 15 VLP. reg. 20, 13. *et al.*). LIV. 2, 27, 8 decretum -iri consulis prae strepitu (*cf. supra l. 66*) et clamore *non* poterat (VLP. dig. 3, 1, 1, 3). 2, 59, 7 imperia (SEN. dial. 4, 10, 1 surdis imperia non -entibus). 8, 33, 10 non tam perpetuae orationes quam altercatio -bantur ([-batur *Gron.*]. 10, 40, 9 altercatio inter pullarios orta ... -taque [aud- MA^2] ab equitibus Romanis). 8, 39, 12 unum ... nomen per consensum clamantium Brutuli Papi -batur. *al.* PHAEDR. app. 21, 2 'ave' -vit. SEN. nat. 4ª praef. 19 Vergilianum illud -i (*vulgo*, excludi *trad.*). PLIN. nat. 10, 191 *talpae* sermonem -unt. SIL. 12, 322 laeta ferebant *viri* -isse adytis. ARNOB. nat. 7, 46 p. 280, 16 vestrum est potius edocere ..., quid illa res fuerit, nostras velle quam -ire sententias nostraque exspectare decreta. *et sim. al.* ⓑ *pro obi. sunt pronom.* (*cf. supra l. 75*): CIC. Catil. 4, 14 ea, quae -o, patres conscripti, dissimulare non possum (Phil. 11, 20 at enim, nam id -o, C. Caesari ... imperium ... dedi). Lig. 7 quantum potero voce (*cf. supra l. 5*) contendam, ut hoc (*v. adn. crit.*) populus Romanus -at ([*inde* QVINT. inst. 11, 3, 166]. Phil. 11, 37 SVLP. SEV. dial. 2, 12, 8). div. 1, 129 ho-
[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mines etiam cum taciti optent quid ..., non *dubitant*, quin di illud -ant (*cf.* DRAC. laud. dei 2, 602). Att. 13, 48, 1 heri nescio quid in strepitu videor -isse, cum diceres te in Tusculanum venturum. SEN. dial. 6, 13, 1 quam (*sc. mortem filii quae nuntiata est*) ille (*Pulvillus*) -isse dissimulavit. *et al.* ⓒ *pro obi. sunt enunt.: interrog. vel relat.*: PLAVT. Epid. 239 nec satis -ibam (-bam *A*), nec sermonis fallebar tamen, quae loquerentur (Men. 477 nequeo quae loquitur -ire clanculum. Merc. 707. *cf.* LIV. 26, 16, 2 quia parum inter strepitus [*cf. p. 1190, 66*] -iri possent quae vociferaretur [*Harant*, -atur, -batur, -antur *trad.*], silentium fieri Flaccum iussisse). *acc. c. inf.*: CIC. Phil. 11, 36 animadverti, ... -vi (-dirui, -ditu *codd., corr. Pluygers*) etiam nimium a me Brutum ornari. CAES. civ. 3, 87, 4 *v. p. 1189, 62.* ARNOB. nat. 2, 29 p. 72, 8 *homo* cum dici -at viris ab sapientibus maxime, immortalis animas esse.

Ⓑ *laxiore sensu: passiv. fere i. q. notum, in usu esse*: HOR. ars 50 fingere cinctutis non -ta Cethegis (*cf.* PORPH. *ad l.* eis ergo non -ta verba tamquam ⟨in⟩solita et inpermissa nunc dixit). CHAR. gramm. p. 332, 11 B. tertia persona (*sc. passiva verborum 'eundi' sim.*) tantum -itur.

B *spectat ad animum, intellectum: fere i. q. intellegere, accipere aliquo modo* (*l. 26 sq.*): SEN. dial. 7, 24, 4 non est ergo, quod perperam -atis, quae honeste ... a studiosis sapientiae dicuntur (benef. 1, 15, 2 monitiones nostras). epist. 94, 6 nisi opiniones falsas ... expuleris, nec avarus quomodo pecunia utendum sit -et, nec timidus quomodo periculosa contemnat. CELS. dig. 33, 10, 7, 2 non ... ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina -iri debere. 45, 1, 99, 1 etsi ambigua verba sunt, sic tamen -untur (VLP. dig. 33, 8, 6, 3 verba secundum voluntatem testatoris -enda).

II *i. q.* ***auditum praebere***: **A** *laxius: i. q. auscultare, attendere* (*absolute: infra l. 34. 36. 49 al. alqm.: l. 33. 37. 47. alqd.: infra l. 38. 39. 41. 45 al.* GLOSS. *v. p. 1189, 59*): CIC. orat. 189 est id (*sc. versus in oratione dicere*) ... vitiosum, sed non attendimus neque -imus nosmet ipsos. VERG. Aen. 1, 219 *credunt socios* extrema pati nec iam -ire vocatos (COLVM. 7, 12, 13 nominibus ... non longissimis appellandi sunt *canes*, quo celerius quisque vocatus -at. *cf.* STAT. silv. 2, 1, 152 *te* solum meminit solumque vocantem -it [*sc. puer moriens*]). SEN. dial. 4, 32, 3 ille magnus ..., qui more magnae ferae latratus minutorum canum (civium *A*) securus -it (*inde* MART. BRAC. ira 4 p. 45 B). 5, 4, 3 si -ire voces (*aliter v. p. 1190, 33*) ac minas vacet, qualia excarnificati animi verba sunt. epist. 49, 7 magno mihi animo strepitus iste belli circumsonantis -endus est (CVRT. 4, 1, 20 intentus ... operi diurno strepitum armorum, qui totam Asiam concusserat, non -bat). PLIN. nat. 18, 267 dabo et auribus signum (*sc. ad animadvertendum an transierit solstitium*): palumbium (-um *E*) utique -i (-is *d T*) gemitus (*aliter v. p. 1190, 49*). VVLG. Sirach 33, 4 qui interrogationem manifestat, parabit verbum, et sic deprecatus -etur (*gr.* ἀκουσθήσῃ). *in formulis imperativis* (*praeter l. 55 meris imp. aliter v. p. 1192, 67*): OV. met. 4, 144 *Thisbe ad Pyramum*: tua te carissima Thisbe nominat: -i vultusque attolle iacentes. 9, 122 tibi, Nesse ..., dicimus. -i nec res intercipe nostras. SEN. Phaedr. 1175 exanimis iaces? ades parumper verbaque -i mea, nil turpe loquimur. OCTAVIA 12 tristes questus natae -i, si quis remanet sensus in umbris (*cf.* Ps. QVINT. decl. 8, 20). SIL. 8, 269 -i, ... dictator, quid Martia plebes imperitet. IORD. Get. 290 si dignum ducit pietas vestra, desiderium mei cordis ... -at.

B *strictius et significantius effectu sc. audiendi expresso*: **1** *fere i. q. oboedire, obsequi* (*alqm., alqd. in gr. respondent*: ἀκούειν [*v. infra l. 73 al.*], εἰσακούειν [*v. infra l. 68. 71 al.*], ὑπακούειν [*v. infra l. 70 al.*], ἐπακούειν [ITALA Is. 45, 1 (Tert. adv. Iud. 7 p. 713 Oe. *et al.*)] *c. genet. vel rei vel personae.* εἰσακούειν τινί: *v. infra l. 75*): HOR. epist. 1, 20, 14 monitor non -tus. SEN. dial. 3, 9, 2 si *ira* -it rationem sequiturque qua ducitur (*opp.* repugnat). CVRT. 3, 2, 14 quod imperatur, omnes -unt. LVCAN. 6, 715 licet *anima* has -at herbas ([*i. 'etiamsi anima evocata incantationi oboediat'. cf. s.* herba *IB 1 b α* Ⓑ]. *cf.* 6, 767 tua membra ... talibus exuram ... silvis, ut nullos cantata magos -at umbra). ITALA exod. 4, 1 (Aug. loc. hept. 2, 13 p. 543, 9) si non crediderint mihi neque -ierint vocem meam ([εἰσακούσωσιν τῆς φωνῆς μου, *Vulg.* audient]. deut. 21, 20 [Lugd.] filius noster ... insuadibilis est ... et non -it vocem nostram [οὐχ ὑπακούει τῆς φωνῆς, *Vulg.* monita nostra audire contemnit]. iud. 20, 13 [Lugd.]; εἰσακοῦσαι τῆς φωνῆς, *Vulg.* audire mandatum. I reg. 15, 22 [Lucif. reg. apost. 2 p. 40, 21] τὸ ἀκοῦσαι φωνῆς, *Vulg.* ut obediatur voci. *saepius. aliter v. p. 1190, 33*). ITALA exod. 6, 9 (Aug. loc. hept. 2, 27 p. 546, 6) non -ierunt Moysen a defectione animi (εἰσήκουσαν Μωυσῇ, *Vulg.* acquieverunt ei). deut. 17, 12 (Cypr. epist. 3, 1 p. 469, 19) sacerdotem (ὑπακοῦσαι τοῦ ἱερέως, *Vulg.* obedire sacerdotis imperio). *saepe.* VVLG. I Cor. 14, 21 nec sic -ent me (*ex Is. 28, 12* noluerunt audire). *et al.*

2 *i. q. preces explere* (*fere de deis [de imperatoribus sim.; de delphinis v. p. 1192, 13]. frequentant* VVLG., ECCL.; *in gr. respondent*: ἀκούειν [*v. p. 1192, 28 al.*], εἰσακούειν [*v. p. 1192, 12 al.*], ἐπακούειν [*v. p. 1192, 78 al.*] *c. genet. rei vel personae. audacius ponitur pro hebr.* עָנָה *vi 'respondendi' [alias notione '-endi']: v. p. 1192, 64*): **a** *in universum*: *α c. obi.*: Ⓘ *alqd.* (*p. p. p. neutr. pl. pro subst. v. infra l. 20*): VERG. Aen. 11, 157 nulli -ta deorum vota precesque meae (SEN. contr. 1, 3, 10 [*loc. corr., v. adn.*]. STAT. Theb. 11, 616 heu iusto magis -ta parentis vota malaeque preces. *cf.* SEN. benef. 4, 19, 2 *deus* [*secundum Epicuri sententiam*] non -ens vota nec nostri curiosus [IVV. 10, 111]. PLIN. nat. 28, 13 deos preces aliquas -ire aut ullis moveri verbis confitendum *est* [HIER. epist. 54, 1, 1 VVLG. gen. 30, 17 *saepe.* AVG. civ. 22, 8 p. 569, 28 D. PALLAD. hist. mon. I 56 p. 339 B cuius preces -tas eventus ostendit; *gr. p. 165, 6* ἐν τούτοις δεομένη εἰσηκούσθη. *et al.; aliter v. p. 1190, 63*]). LIV. 40, 5, 1 dirae ... ab omnibus diis -tae. SEN. epist. 60, 1 -ant di ⌊nostram quoque⌋ (⌊ ⌋ *Buecheler*, quoque nostram *codd.*) pro nobis vocem gratuitam (VVLG. gen. 30, 6. psalm. 6, 9 [εἰσήκουσεν ... τῆς φωνῆς]. *al.; aliter v. p. 1190, 33*). PLIN. nat. 9, 30 celeriter delphini -unt desideria. TERT. ieiun. 8 p. 284, 9 ieiunia eius (*sc. Cornelii*) legimus -ta (*cf. Vulg. act. 10, 4*). VVLG. III reg. 9, 3 -vi orationem tuam et deprecationem (II par. 33, 13. *saepe.* AVG. civ. 21, 24 p. 531, 15 D. pro defunctis quibusdam vel ... ecclesiae vel ... piorum -itur oratio). *sim. saepe.* AVG. civ. 22, 8 p. 581, 25 D. nondum fusas preces suas ..., iam tamen praeviam voluntatem ... -tam esse cernebant. *p. p. p. neutr. pl. pro subst.*: SIL. 4, 203 Parcae ... non -ta voventem ad manes traxere.

Ⓘ *alqm.* (*sim. personate de elementis: v. infra l. 46. additur in quo quis -atur: v. infra l. 49*): STAT. silv. 4, 2, 57 animas saepe -ire minores dicuntur *di.* TERT. orat. 15 p. 190, 2 *deus* tres sanctos ... orantes ... -vit ([*antea*: audiat]. CYPR. domin. orat. 6 p. 270, 5 AVG. serm. 26, 1, 1 p. 171 fin. INSCR. christ. Diehl 1600. *et al. cf.* VVLG. iud. 13, 9 deprecantem Manue [AVG. lib. arb. 19, 53 p. 1297 init. = nat. et grat. 67, 81 p. 296, 12]). ITALA Ioh. 9, 31 (Gat. ed. Heer. Aug. c. Faust. 12, 9 p. 338, 17) peccatores ... non -it ([ἁμαρτωλῶν οὐκ ἀκούει, *Vulg.* audit]. AVG. serm. 135, 5, 6 p. 748 med. *al.*). 11, 41 (cod. f *al.*) pater, gratias ago tibi, quoniam -isti me ([ἤκουσάς μου, *Vulg.* audisti]. *ibid.* 42 [μου ἀκούεις, *Vulg.* audis]. VVLG. gen. 35, 3. *saepe*). PORPH. Hor. epist. 2, 1, 134. CYPR. laps. 36 p. 264, 7 -tus et adiutus a domino. ARNOB. nat. 6, 5 p. 218, 9. LACT. inst. 7, 17, 11 p. 640, 7 auxilium caeleste inplorabunt, et -et eos deus ([*inde* epit. 66, 10 p. 758, 19]. VVLG. gen. 25, 21. *saepissime.* AVG. civ. 17, 7 p. 222, 31 D. *al.*). AMBR. Hel. 6, 17. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 44, 26 ab eo, quod sit -ta, Symeoni nomen imposuit (*cf. p. 1193, 24*). VVLG. gen. 17, 20. *saepe.* PRVD. perist. 2, 578 quem Christus ... -at (*seq.* audi ... supplicem). AVG. civ. 8, 18 p. 348, 10 D. per quos (*sc. daemones*) illum dii -ant. 21, 24 p. 531, 1 nec ... pro omnibus -itur *ecclesia* (*cf. l. 2* pro his. *l. 3* pro eis). in psalm. 130, 1 p. 1704 med. ad ... pacem (*ibid.* ad vitam aeternam. *cf. infra l. 59*). serm. 32, 19, 19 p. 203 med. *deus* superflua ... petentem non -it ut det, sed -it ut sanet non dando. *saepe.* SIDON. epist. 8, 15, 1 -ti caelitus sacerdotis. DRAC. laud. dei 2, 757. INSCR. christ. Diehl 1830, 3. 2009 (= CE 681), 2. *et sim. al.* *elementa* (*v. supra l. 21*): VVLG. Os. 2, 21 -am, dicit dominus, -am caelos et illi -ent terram (caelo et caelum ⟨-et⟩ terrae ITALA, *v. p. 1189, 55*). et terra -et triticum et vinum et oleum: et haec -ent Iezrahel. *additur in quo quis -atur* (*per* in *c. abl.*): CASSIOD. in psalm. 27 (div.) -tus est in his quae fieri postulabat. GREG. M. moral. 12, 36 p. 1003 B quem mox in suis precibus -vit.

β absolute aut supplendo obi.: OV. am. 2, 9, 51 *Cupidinem alloquitur*: gaudia ... ambigua dasque negasque fide; si tamen -is ..., indeserta meo pectore regna gere. SEN. epist. 95, 2 di aut non -unt aut miserentur. LACT. inst. 7, 16, 12 p. 637, 6 tunc orabunt deum et non -et (*cf.* VVLG. II Esdr. 9, 28 clamaverunt ad te: tu autem de caelo -isti, et liberasti eos [Iob 35, 12 Hab. 1, 2 *al.*]). AVG. civ. 10, 11 p. 419, 12 D. quoddam genus, cui -ire sit proprium. epist. in Ioh. 6, 8 p. 2024 p. init. non -vit *medicus*, an potius ad sanitatem -vit? (*cf.* in psalm. 53, 5 p. 623 fin.. *v. et supra l. 42*). *et al.*

nota: fere i. q. respondere (*v. p. 1191, 82 sq. cf.* ITALA gen. 30, 33 [Hier. epist. 55, 1, 2 *al.*] -et me cras iustitia mea [ἐπακούσεταί μου, *Vulg.* respondebit ... mihi; *hebr.* עָנְתָה *notione, ut vid. 'testandi'*]): VVLG. I reg. 28, 15 deus recessit a me et -ire me noluit neque in manu prophetarum neque per somnia. III reg. 18, 24 deus qui -ierit per ignem ipse sit deus (I par. 21, 26 in igne).

b *speciatim in formulis imperativis precantium, rogantium* (*in acclamatione v. p. 1193, 1. aliter v. p. 1191, 48 sqq.*): PREC. terr. 23 -i (*v. adn. cr.*), quaeso, et fave coeptis meis. OV. met. 13, 856 miserere precesque supplicis -i ([SEN. Phaedr. 636. *cf.* VVLG. psalm. 4, 2]. *cf.* LVCAN. 6, 706 -ite preces. LACT. mort. pers. 46, 6 p. 226, 23 VVLG. II par. 6, 21 *al.* SACR. Greg. 4, 2. 20, 1 clementer. *et al.*). Pont. 2, 9, 5 supplicis -i, iuvenum mitissime, vocem quamque potes ... adfer opem (VVLG. Esth. 14, 19 *al.*). STAT. Theb. 1, 73 -i, si digna precor. 11, 346 -i miseram (VVLG. Iudith 9, 17). PLIN. paneg. 94, 2 audisti, *Iuppiter*, quae ⌊malo principe⌋ (⌊ ⌋ *v. adn. cr.*) precabamur: -i quae pro dissimillimo optamus. VVLG. III reg. 8, 34 *sqq.* 18, 26 Baal, -i nos (psalm. 19, 10 [ἐπάκουσον ἡμῶν]. *al.* SACR. Greg. 3, 2 *al.* CASSIOD. inst. div. 33 p. 1150 A). 18, 37 -i me, domine, -i me (psalm. 12, 4 [εἰσάκουσόν μου]. *saepe*). Esth. 13, 17 -i deprecationem meam et propitius esto (*al.*). psalm. 53, 4 orationem meam ([εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. *inde* INSCR. christ. Diehl 2412.]. *al.*). *al.* SACR. Greg. 14, 2 caelestibus nos munda mysteriis et clementer -i (*al. v. supra l. 72*). DRAC. Romul. 10, 424. *in acclama-*

[*Burckhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tione: LAMPR. Comm. 18, 10 rogamus, Auguste, parricida trahatur ... -i Caesar: delatores ad leonem. -i Caesar: Speratum ad leonem (19, 1). CONC. Rom. a. 499 p. 402, 7 acclamatum ab omnibus episcopis ...: -i, Christe! Symmacho vita! (*saepius*).

part. praes. pro adi. **exaudiēns** -ntis. GLOSS.ᴸ II Philox. EX 21 ἐπήκοος. *fere i. q. exaudibilis* (*superl.*): CIL III 1126 Nemesi -issimae. *part. perf. pass. pro subst. v. p. 1192, 20.*

structurae ad I et II A: c. part. praes. v. p. 1190, 14 sq. pendet: infinit.: v. p. 1190, 60. acc. c. inf.: v. p. 1191, 10. enunt. obl.: v. p. 1191, 6 sqq. 24. 54.

deriv.: exaudibilis, exauditio, exauditor, ? exauditus, -ūs.

***exaudītio,** -ōnis *f.* *ab* exaudire. *pl. v. l. 31. 32.* [*ex suppl.*: INSCR. christ. Diehl 1831 hic ⟨e⟩st ex⟨auditio scor.⟩ ⟨Pe⟩tri, Pa⟨uli apostolorum⟩, *eqs.*] *i. q. actus exaudiendi, sc. preces, vota sim.* ([*cf.* exaudio *p. 1191, 79 sqq.*]. *de usu cf.* AVG. loc. hept. 1, 170 p. 532, 16 notandum -em non eam solam dici, quam [qua *l. v.*] exaudit deus [*sim.*: 2, 11 p. 543, 3 *al.*]. 2, 82 p. 556, 8 notandum novo modo hic -em dictam non precantium, sed murmurantium; ... tamquam hoc dixerit, quod cognoverit deus murmurationem eorum, et ipsam dei cognitionem dixit -em [*cf.* 2, 83 p. 556, 13]): HIER. in psalm. 119 p. 86, 2 tres res in uno versiculo ... explicantur: angustia, preces, -o ([*EAM*; exauditus *C*]. *sim.*: tract. in psalm. I p. 223, 27 CASSIOD. in psalm. 119, 1 p. 902ᶜ). tract. in psalm. I p. 12, 12 merebor -em tuam. nom. hebr. p. 10, 30 Symeon -o (RVFIN. Orig. in Ios. 14, 2 p. 891ᶜ [*cf. p. 1189, 35. 1192, 37*]. *cf.* HIER. quaest. hebr. in gen. p. 26, 13 Ismahel interpretatur -o dei [*v. l. 30*]). in Os. 3, 20 p. 841ᴰ de -e coeli et terrae, et frumenti *eqs.* (*cf. p. 1192, 48*). VVLG. II par. 33, 19 oratio ... eius et -o (*cf.* AVG. civ. 21, 24 p. 530, 6 D. eorum ... efficacior est oratio et -e dignior). AVG. civ. 11, 14 p. 482, 10 D. ab effectu -is dei (*v. l. 26.* in epist. Ioh. 6, 7 p. 2023ᵐᵉᵈ· discernamus -es dei). in Iob p. 528, 20. un. eccl. 19, 50 p. 297, 26 per totum orbem in locis sanctis ... tanta mirabilia ... -um vel sanitatum fiunt. in psalm. 85, 3 p. 1083ᶠⁱⁿ·. 87, 2 p. 1110ᵐᵉᵈ· misericors -o. 99, 7 p. 1275ᵐᵉᵈ· *saepe.* PS. AVG. serm. 194, 5 p. 2106ᶠⁱⁿ· (= 208, 11 p. 2134ⁱⁿⁱᵗ·) admitte nostras preces intra sacrarium -is. CASSIAN. conl. 9, 33 p. 277, 23 -is fiduciam ... de conscientiae puritate credimus emanare (10, 10, 3 p. 298, 5). 9, 34, 3 p. 278, 26 *al.* LEO M. serm. 93, 3 p. 457ᴮ CASSIOD. in psalm. 33, 15 p. 238ᴮ *al. et al.*

exaudītor, -ōris *m.* *ab* exaudire. *notatur per* exaudit: CIL V 8208, *v. l. 49.* [*ex suppl.*: CIL III 10992, 3 *v. adn.*] *qui exaudit* (*sc. preces sim.*; *c. genet. obi.*: *l. 45. 48. 50. 52*): VVLG. Sirach 35, 19 dominus -r non delectabitur in illis (*sc. in lacrimis viduae*). AVG. epist. 130, 19 p. 62, 6 *Christus* in tempore precator opportunus, cum patre -r (exaudit, *m. 2* -r *P*²) aeternus (MIRAC. Steph. 1, 4 p. 837ᵐᵉᵈ· vix precator verba finierat, et iam precum -r precibus respondebat). in psalm. 4, 2 p. 79ᵖ·ⁱⁿⁱᵗ·. 38, 5 p. 417ᵖ·ⁱⁿⁱᵗ· '*locutus sum*' non auditori quem volo erudire, sed -i a quo volo erudiri. 85, 8 p. 1087ᵐᵉᵈ· deum tibi adiutorem ponis cupiditatum, non -em desideriorum (CIL V 8208 deo aet(erno) -t(ori); *v. l. 39*). GREG. TVR. in psalm. p. 875, 7 ecclesiae. VEN. FORT. Mart. 4, 594 supplicis esto memor famuli -r. INSCR. Dessau 2996 (*in Numidia*) I(ovi) o(ptimo) m(aximo) s(acrum), ... -i precum generis humani (CIL X 4553 [*Trebulae*]).

? **exaudītus,** -ūs *m. v. l. 22.* *Burckhardt.*

exaugeo, -ēre. *ab* ex *et* augere. *inde ab* ENN., PLAVTO, TER., RHET. Her. (*deest* CIC.).

c. vi praep.: **1** *intentiva: i. q. valde augere, amplificare sim.*: **a** *res corporeas*: ENN. ann. 283 amplius -ere obstipo lum⟨in⟩e solis. LVCR. 5, 613 forsitan ... sol ... possideat multum ... ignem circum se, nullo qui sit fulgore notatus, aestifer ut tantum radiorum -at ictum. **b** *res incorporeas*: PLAVT. Stich. 304 benefacta maiorum meum (*gen. pl.*) -am atque illam (*i. eram*) augeam insperato opportuno modo. RHET. Her. 2, 29, 46 *res* quae pertinent ad -endam et conlocupletandam argumentationem (*cf.* 4, 13, 19 exornatio ... videtur esse adhibenda et ad ornandam et ad -endam orationem). 4, 24, 34 facillime fit, ut -atur indignitas negotii. SYMM. epist. 1, 27 *sermo* qui animum (*M*) mihi -at (*aliter infra l. 71*). EVCHER. epist. ad Val. p. 714ᶜ nobis ... quia in praesentiarum brevissimum ... tempus est, in futuro saecula erunt, competentibus copiis vitam -amus aeternam.

2 *privativa: fere i. q. diminuere*: TER. Haut. 232 concurrunt multae opiniones quae mihi animum -ant (*aliter l. 66*).

exaugurātio, -ōnis *f.* *ab* ex *et* auguratio. *i. q. actus exaugurandi, i. ex sacro profanum faciendi* (*de re v. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm.*² *p. 472, 2. 528, 5*): LIV. 1, 55, 3 cum omnium sacellorum -es admitterent aves, in Termini fano non addixere (*cf. l. 83 sqq.*).

exauguro, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* augurare. [*ex coni. loco lacunoso*: FEST. p. 241 virgines Vestales sacerdotio -t⟨as⟩ (*Ursinus*; ex augurali *cod.*); *cf. 1194, 8.*]

i. q. a consecratione, inauguratione, religionibus sim. (*carmine augurali dicto*) *liberare, solvere* (*opp.* inaugurare: *p. 1194, l. 11*): **1** *loca* (*cf. l. 74 sqq. sim. de deis p. 1194, 3 sq.*): CATO orig. 24 ea (*fana*) -vit, praeterquam quod Termino fanum fuit; id nequitum -ari (LIV. 1, 55, 2 ut libera a ceteris religionibus area esset ..., -are fana sacellaque statuit, quae ... ibi ... consecrata inaugurataque ... fuerant. *cf. p. 1193, 75*). SERV. auct. Aen. 2, 351 iure pontificum cautum est, ne suis nominibus dii Romani appellarentur, ne -ari possint. 4, 212 nam ideo ad -andas vel diruendas civitates aratrum adhibitum, ut eodem ritu, quo conditae, subvertantur.

2 *homines* (*sc. sacerdotem, salios. cf. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm.*² *p. 490, 3; cf. supra l. 3*): GELL. 7, 7, 4 si ... sacerdotio abire ac nubere voluisset, ius ei (*virgini Vestali*) potestasque -audi atque nubendi facta est (*cf. p. 1193, 78*). FAST. Sal. Palat. CIL VI 1978, 13 (*a. 170*) M. Sosius Laelianus Pontius Falco loco L. Anni Ravi -ti (*cf.* CAPITOL. Aur. 4, 4 multos [*salios*] inauguravit atque -vit nemine praeeunte, quod ipse carmina cuncta didicisset). [? *inde transl.*: SIDON. epist. 1, 7, 11; *at v. p. 1189, 13.*]

QVEROL. p. 38, 5 urceolum contusum et infractum, ⟨oe⟩nophorum **exauriculātum** (*i. ansas fractas habentem*) et sordidum, ampullam rimosam *eqs.*

exauspico, -āvī, -āre. *ab* ex *et* auspicare. *iocose in lusu verborum fere i. q. auspicium sumendo evadere*: PLAVT. Capt. 766 -vi ex vinclis. nunc intellego redauspicandum esse in catenas denuo.

exaustrantibus *v.* exhauster-.

exballisto, -āre. *ab* ex *et* ballista. *i. q. telorum ictu prosternere* (*in imag. iocosa de oppugnanda urbe sumpta pro 'ludibrio habere'*): PLAVT. Pseud. 585 Ballionem -bo lepide (*cf. quae seq.; v. vol. II 1701, 71 sqq. et E. Fraenkel, Plautin. i. Plaut., p. 63*). *K.-M.*

[VEG. mulom. 2, 47, 1 si extra cutem fractura ossis eruperit, hoc est si **exbersen** (*A*, -bercen *ed. princ.*, -erxin *Gesner*) fecerit (*intellege* ἐκβύρσωσιν *i. 'articuli extra cutem eminentiam'; v. Steph. Thes. gr. s. v.*).] *Heraeus.*

exbibo *v.* ebibo *p. 4, 67 sq.*

NAEV. com. 103 **exbolās** aulas quassant (*i.* ἐκβόλους *sc. 'viles spernendasque'*. *cf.* VARRO ling. 7, 108 [*post Naevii vs. allatum*] quae eiciuntur, a graeco verbo ἐκβολή [*Ald.*, exbole *trad.*] dictum. *vix pro subst. sc.* ἐκβολάς. *cf. s. 2.* ecbola *p. 23, 61 sqq. et v. Walde-Hofmann*³ *p. 425*).

exbrōmo, -ātum, -āre. *ab* ex *et* brōmus. ? -prom- (*confus. c. verbo q. e.* -promere?): ANTHIM. *l. 46* (*v. et l. 49*). ebrom- (?): *v. l. 49.* *i. q. bromum eximere, fetido odore purgare sim.* (*fere coquendo, elixando* [*v. l. 43*]. *inde trslt. de sensu purgando et quasi elixando* [?]: *infra l. 49*): APIC. 2, 52 ossucla de pullis -as (*sic E V*), deinde mittis in caccabum porros *eqs.* 6, 216 rapas coque, ut -ari possint; levabis de olla. exc. 4 ofellas assas: -bis diligenter et ... mittes *eqs.* ANTHIM. 3 p. 5, 1 *carnes vaccinas* vaporatas ... et in sodinga coctas utendum, etiam et in iuscello, ut prius -tas (-brum- *A*, ex brumato *P*; -prom- *G*, *cum* -p- *etiam g l H*) una unda ⌊mittat⌋ (⌊ ⌋ *v. app. cr.*). ? *trslt.* (*v. supra l. 40; si quidem sanum*): EPIST. Austras. 16 p. 130, 22 provocavi laticem ... haec unda inrigua et imperitum ebromat (depr- *corr. b*) sensum et conponit barbarum dictatorem (*verbum se non intellegere posse adnotat Gundlach*). *v.* brōmus (*et deriv.*) *et cf. Walde-Hofmann*³ *p. 425.*

PAVL. FEST. p. 79 **exburēs** exinteratas sive **exburae,** quae exbiberunt quasi epotae (*cf. p. 4, 83. 698, 33; dub. tam orig. quam signif.*).

excaecātio, -ōnis *f.* *ab* excaecare. -cec- (*v. infra l. 76*): *l. 55. 63.* GLOSS. ἐκτύφλωσις -cecatio. *inde ab* AVG. *i. q. actio obcaecandi* (*fere i. q. caecitas infra l. 68*): **1** *corporaliter*: **a** *absol.*: AVG. epist. 88, 12 p. 418, 20 ut iam se a caedibus nostris, a rapinis, ab -e compescant (*cf. ibid. l. 17*). **b** *c. gen. obi.*: AVG. serm. dub. 364, 5 p. 1643ⁱⁿⁱᵗ· -o ... Samson (*seq.* caecitas).

2 *spiritualiter* (*v. p. 1195, 70*): **a** *acced. genet.*: **α** *obi.*: AVG. c. Faust. 21, 9 p. 579, 19 in opere malo id est -e (-cec- *S*) infidelium. c. Iul. op. imperf. 2, 115 p. 1190ᵃ·ᵐᵉᵈ· mentis (*v. p. 1196, 55*). **β** *subi.*: OP. imperf. in Matth. 2 p. 640ⁱⁿⁱᵗ· quod ... non credunt, -o est inimici (*i. diaboli; cf. quae anteced.*). **b** *nude*: PS. AVG. in Matth. 14, 1 p. 1372ᵐᵉᵈ· illam -em (*sc. 'ut oculis non videant'*). 14, 2 p. 1372ᶠⁱⁿ· *Iudaei* -e non potuerunt credere ([*i. fere 'caecitate'; antea*: excaecari]. *sim.*: serm. 217, 4 p. 2149ⁱⁿⁱᵗ· propter -em vestram).

excaecātor, -ōris *m.* *ab* excaecare. *qui caecat* (*de spiritali caecitate; opp.* illuminator; *nota imaginem plene vigentem*): AVG. serm. 135, 1 p. 746ᵐᵉᵈ· Iesus ... aperuit oculos homini qui caecus erat natus ... totus mundus caecus est. ideo venit Christus illuminator, quia diabolus fuerat -r (*cf. l. 65. p. 1196, 19*).

***excaeco,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* caecus (*cf.* caecare, obcaecare). *scribitur saepe in codd.* -cec- (*cf. supra l. 54*): *v. p. 1195, 28. 32. 1196, 47.* GLOSS. *cf.* ITALA Is. 42, 19 (PS. CYPR. ad Novat. 2 p. 54, 24) *cod. K* -ceciati (*v. p. 1196, 17*). eccaec-: DAMIG. lapid. 21. CHAR. gramm. p. 472, 20 B. (*inter verba act. coni. I*ᵃᵉ). NOT. Tir. 46, 46. 111, 25 -at. *de notione*: GLOSS. ἐκτυφλῶ. GLOSS.ᴸ I Ansil. EX 154 -bit obtenebrabit (*v. p. 1196, 82*) aut valde caecavit, ex enim pro 'valde' ponitur (*v. p. 1084, 81*). GLOSS.ᴸ I Ansil. EX 155 *v. s.* excerno. *de usu: pass.* -ari *fere i. q. 'caecum esse' p. 1196, 24. 36; p. p. p.* -tus *fere i. q. 'caecus'*: *p. 1195, 30. 1196, 13; refl. p. 1195,* [K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

35. 75. 1196, 32. *legitur inde a* CIC. (*v. infra l. 16*), OV. (*p. 1196, 76; cf. l. 4*), SEN. rhet.; *saepius* ECCL.

[*variat: c.* caecare: OV. *p. 1196, 77*; SEN. *p. 1196, 6*; QVINT. *infra l. 32*; CASSIOD. *p. 1196, 30*. *c.* exsiccare: OV. met. 15, 272 imis commota (*v. adn. cr.*) tremoribus orbis flumina prosiliunt aut -ta (*F, al. recc.*; -siccata *h ε al.*) residunt (*at -ta rectum esse vid.; cf. p. 1196, 76*). SEN. *p. 1196, 79*. *suppl.*: SEN. dial. 12, 12, 3 (*Vahlen lacunam explens*). *forte et restit.*: QVINT. decl. 297 p. 173, 13 (cecatum *A*, cecatam *BC*). *depravatum in* excate (*i.* -c(a)ecat(a)e: ACT. Petr. 28 p. 76, 7.]

A *i. q. caecum reddere, obcaecare*: **1** *luminibus orbando* (*attenuata vi de dempto per tempus quoddam visu [cf. quae opponuntur]: l. 60. 62. 63*): **a** *corporaliter*: **α** *proprie de animantibus obcaecandis* (*de re personata: infra l. 36*): (I) *homines*: (a) *c. obi.*: *obi. est persona* (*acced. abl. separ. infra l. 40*): CIC. ac. 2, 74 num *Empedocles* ... -at nos aut orbat sensibus, si parum magnam vim censet in is (*sc. sensibus*) esse ad *eqs.* (*cf. Emped. frg. 2 D.*). SEN. contr. 1, 7, 12 si quis filium -verit. exc. contr. 3, 1 (thema) luxuriosus a sodalibus -tus. 3, 1 ut cuius nomen exisset ex pacto, -retur. *ibid.* homines (PLIN. nat. 20, 200 addidit Andreas ideo non protinus *homines* -ari *suco papaveris* ..., quoniam adulteraretur Alexandriae [*antea*: visui noceret. *cf. Diosc. 4, 64, 6* ἐτυφλοῦντο ἂν οἱ ἐγχριόμενοι ὑπ' αὐτοῦ]. PS. QVINT. decl. 2, 10 p. 29, 5 homo in honore parentum -tus. *al.*). *ibid.* cum -reris. contr. 7, 4 (19), 9 matrem tuam (*cf.* PS. QVINT. decl. 16, 11 p. 300, 19 -vit te [*matrem*], quod ego [*filius*] sic tenebar; *sc. cum flendo oculos perderes.* CALP. decl. 9 p. 9, 7 [*l. 9* perderet oculos]. *al.*). suas. 1, 12 -tus (-cecatos *AB*) Cyclops (*cf.* SVET. Nero 21, 3 Oedipodem -tum). *al.* QVINT. inst. 7, 4, 8 occisus est, sed latro, -tus, sed raptor. decl. 297 p. 172, 13 sq. qui -verit aliquem aut talionem praebeat aut -ti dux sit. *ibid. l.* 16 meretricem (p. 173, 10). *ibid. l.* 24 mulierem ... postulare, ut -etur is qui sibi oculos eru⟨er⟩it. p. 175, 7 (cec- *Aa*). *al.* FLOR. epit. 2, 20, 5 custodem ... virgulā. CALP. decl. 9 p. 9, 3 *pater* -tus (*ibid. l. 11 al.*). 43 p. 33, 14 quidam rapuit et in raptu a puella -tus est. *al.* TERT. apol. 46, 11 Democritus ... semetipsum. anim. 17 p. 325, 13 ipsius dei providentiam -as, *Academia* (*i.* '*quasi caecam reddis*', *ita ut nil iam possit providere. v. supra l. 14*). 34 p. 359, 13 *Stesichorum Helena* -asset (*v. adn. crit.*) ob convicium carminis, dehinc reluminasset (*sim.* PORPH. Hor. epod. 17, 42 p. 219, 13). HIER. epist. 16, 1, 2 Paulus ... oculis carnalibus -atur, ut mente plus videat (AVG. epist. 173, 3 p. 641, 21 *bis*). RVFIN. Adamant. 1, 20 p. 41, 1 deus ... -to Isaac non reddidit visum (ὑποχυθέντα). AVG. civ. 19, 4 p. 359, 29 D. etiamsi -etur, obsurdescat, obmutescat. adv. Don. 17, 22 p. 121, 9 ipsi caesi, laniati, -ti. *al.* DAMIG. lapid. 21 *lapide Medio aqua diluto* lavet *quivis* faciem et -bitur (*v. p. 1194, 78*). CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 132 (ἐτύφλωσεν). *et al.* oculos, lumina (*aliter infra l. 66. p. 1196, 42 sqq.*): SEN. epist. 85, 5 oculos maior et perfecta suffusio -at (FIRM. math. 7, 8, 4 p. 231, 3 o. vitio suffusionis). FIRM. math. 7, 20, 3 p. 251, 5 dextrum o. FIRM. math. 6, 17, 1 p. 110, 7 ista radiatio ... lumina (*Kr., Skutsch*; -e *trad.*) gravi oculorum valitudine ... -at (*cf. catal. cod. gr. astrol. II p. 174, 36* τὰ ὄμματα σινοῖ). (b) *absol.* (*sive obi. suppl.; cf. et p. 1196, 3*): PLIN. nat. 34, 130 *pompholyx* exulcerat adeo, ut cum lavatur si attigit oculos, -et. QVINT. decl. 297 p. 172, 19 adversus eos qui -verunt (p. 173, 6. 174, 19 qui -asset. *al.*). AVG. c. Cresc. 3, 42, 46 p. 453, 11 oculis ... calcem *cum* aceto ... infundentes ..., quos evellere compendio poterant, excruciare amplius eligunt quam citius -are. c. Gaud. 1, 36, 46 p. 246, 10 detruncando, -ando, occidendo.

(II) *bestias* (*nota opp.; v. l. 12 sq.*): PLIN. nat. 29, 128 (= MARCELL. med. 8, 48) hirundinum pullos plena luna -ant restitutaque eorum acie *eqs.* ([*aliter Diosc. 2, 56* χελιδόνος νεοσσοὺς ... ἀνατεμών]. *cf.* TERT. paenit. 12, 6 hirundo si -verit pullos, novit illos oculare rursus de sua chelidonia). 29, 130 lacertae viridi -tae ... cum recepisse visum lacertam apparuit *eqs.*

β *transl.*: *oculos i. gemmas sativorum*: COLVM. 11, 3, 45 stirpes praefractae *asparagi* angunt oculos spongiarum et quasi -ant (-cec- *S*) nec patiuntur asparagum emittere. PLIN. nat. 17, 175 a⟨li⟩qui tum -ant eum (*sc. vitis palmitem*) supina falce auferendo oculos.

b *incorporaliter et spiritualiter*: *de obcaecandis, praestringendis, obtundendis animis, sensibus, affectibus sim.* (*imag. 'luce privandi' saepius seu plane seu aliquatenus retenta; v. p. 1196, 4. 13. 23. 30. 49 sqq. 70 al. [opp.* videre, illuminare; *syn.* tenebrae, caligo *sim.]; sic et 'oculos' p. 1196, 42. cf. etiam*: IREN. 5, 13, 2 fugiunt lumen veritatis secundum tragicum Oedipodem semetipsos -antes [οἱ ... ἑαυτοὺς τυφλώττοντες. *cf. supra l. 28*]. GREG. TVR. Thom. p. 130, 6 -entur oculi *diaboli* lumine tuo. ACT. Petr. 37 p. 93, 9 -a⟨t⟩e o. et aures vestras ab istis passionibus, quae palam videtis [*gr.* π[λ]ηρώσατε]). *acced. hic illic notio 'obscurandi'* (*v. p. 1196, 82*): *p. 1196, 28. 35. 56. 59. 60; potius i. q. 'caecando decipere', 'seducere': p. 1196, 8. 39; de vi 'obdurandi' fortasse licet cogitare in locis p. 1196, 22. 61 allatis* (*gr.* πωροῦν), *sed rectius statuas* πωροῦν *etiam pro* 'πηροῦν' (*v. p. 1196, 62*) *vel usurpatum vel intellectum fuisse.* *acced.*: *abl. instr. vel causae*: *p. 1196, 8. 10. 23. 25. 37. 69 al.* ab (*separ.*): *infra l. 58* (*cf. et p. 1195, 78*). *pendet inf. consec.*: *infra l. 15*.

α *homines* (*absol. infra l. 18; inde de re personata: infra l. 31*): SEN. dial. 12, 13, 5 quis usque eo ad conspiciendam veritatem -tus est, ut *eqs.* epist. 109, 16 illis ... quos amor sui -at (amori subex- *AB*¹). 119, 11 at -ant (adest caec- *A*) populum et in se convertunt opes (*cf.* VVLG. exod. 23, 8 munera ... prudentes [CONC.⁸ I 5 p. 379, 7 potuit Aegyptius omnes -are muneribus suis; *gr. I 1, 7 p. 81, 33* τυφλῶσαι. *v. p. 1195, 81. al.*]. AVG. in epist. Ioh. 8, 10 p. 2041^fin.^ ipsis divitiis -bitur. serm. 50, 3, 5 p. 328^init.^ *aurum, argentum* malos ... cum offertur, -et et cum aufertur, excruciet. *cf. et infra l. 42*). TERT. adv. Marc. 4, 22 p. 496, 16 oculos percutiens (*Urs.*, -ere *MR*) filiorum Israhelis, quemadmodum et nunc -ti Marcionis, qui ... non vidit. ITALA sap. 2, 21 (Ps. Cypr. mont. 7 p. 111, 15 = VVLG.) -vit illos malitia ipsorum ([ἀπετύφλωσεν]. COMM. apol. 500 -vit illos m. sua saevire [*v. supra l. 2*]. *cf. infra l. 35*). ITALA Is. 42, 19 (Tert. adv. Marc. 5, 17 p. 634, 4 *al.*) -ti sunt famuli dei (ἐτυφλώθησαν, *Vulg.* quis caecus nisi *eqs.*; *v. p. 1194, 77*). CYPR. zel. 5 p. 422, 19 zelo -ante decepti sunt (*v. infra l. 68*). epist. 59, 18 p. 689, 8 quos ... diabolus -at (*cf.* 65, 1 p. 721, 19 miser vel diaboli tenebris in totum -tus. *al. cf. p. 1194, 74*). *al.* LACT. inst. 4, 19, 1 *al.* VVLG. Rom. 11, 7 ceteri ... -ti sunt (ἐπωρώθησαν, *v. p. 1195, 81*). RVFIN. Adamant. 5, 14 p. 203, 2 *caecus* recepit visum; isti autem (*sc. Marini al.*) nimia imperitia -antur (τυφλώττουσι τὴν διάνοιαν. *cf. p. 1194, 83*). PAVL. NOL. epist. 13, 25 p. 105, 14 -ti nequitiae ... tenebris (*l. 9* caecentur). AVG. bapt. 1, 11, 16 p. 161, 11 fraterno odio. civ. 18, 35 p. 309, 25 D. in euang. Ioh. 53, 6 p. 1777^med.^; *opp.* illuminetur (*sic et*: serm. 165, 5, 5 p. 905^med.^ gentes illuminantur, Iudaei -antur [*cf. p. 1195, 79*]. CASSIOD. Didym. in I Petr. 2, 7—8 p. 19, 31 ut *Iesus* inluminaret eos qui caeci erant ... -ret [caec- *M*], qui male videbant [ὀμματώσῃ ... τυφλώσῃ]. *al. v. infra l. 50.* *de persona ta re* [*v. supra l. 3*]: PROSP. epist. 2, 17, 18 p. 87^B^ *liberum arbitrium* ipsum se -verat et ipsum se illuminare non poterat). 53, 10 p. 1778^fin.^ -antur et indurantur (*sic coniung. ibid.* p. 1779^init.^ *al.* EVCHER. instr. 1 p. 86, 9). gen. c. Manich. 1, 5, 8 p. 177^p. med.^ -antur malitia sua (*cf. supra l. 14*). mor. eccl. 1, 35, 77 p. 1342^extr.^ quid saevitis? quid -amini studio partium? (*v. p. 1194, 83*). *passim.* IOH. MAXENT. Conc.⁸ IV 2 p. 50, 2 superbiae spiritu -tus. GREG. M. moral. 4, 25 p. 651^A^ mentis infirmitas ... usque ad tenebras pravi consensus *hominem.* ACT. Petr. 28 p. 76, 23 *Simon* nos (*v. p. 1195, 81*). *et passim.*

β *oculos, res ad animum pertinentes*: PETRON. 141, 5 -bat pecuniae ingens fama oculos animosque (*v. infra l. 72*) miserorum ([VVLG. deut. 16, 19 munera ... o. sapientum. Sirach 20, 31; *gr. 20, 29* ἀποτυφλοῖ. *al. v. supra l. 7*]. *cf.* ITALA Matth. 13, 15 [Iren. 4, 29, 1] aures eorum obtura et o. eorum -a [*sec. Is. 6, 10*; ἐκάμμυσαν, *Vulg.* clauserunt]. *al.* OPTAT. 1, 21 p. 23, 5 livor. RVFIN. Orig. in gen. 15, 7 p. 135, 14 B. -vit et clausit o. Israel. EVCHER. instr. 1 p. 86, 7 [-cec- *P*]. *al.* PS. AVG. [CAES. AREL.?] serm. RevBén. 23, 1906, p. 32, 35 unde [*sc. de lumine*] omnium christianorum cordis oculi inluminantur, inde Iudaeorum ... -antur [APON. 1 p. 4^med.^ incredulitatis caligo. *al.*]. FACVND. defens. 2, 4 p. 573^C^ compassio ... aciem oculorum obtundit, aemulatio ... -at omnino. *aliter p. 1195, 46*). TERT. anim. 57 p. 392, 21 nec magnum illi (*magiae*) exteriores oculos circumscribere, cui interiorem mentis aciem -are perfacile est (*cf.* VVLG. II Cor. 4, 4 mentes [*v. infra l. 67*. MVTIAN. Chrysost. hom. 21, 1 p. 363^init.^ ad animam subvertendam et ad -andam mentem; *gr. p. 149^init.^* σκοτῶσαι λογισμόν. *v. p. 1195, 79*]. GREG. M. moral. 27, 41 p. 423^A^ quod aliis lumen fidei praebuit, alios per ... tenebras a lumine mentis -vit [*v. p. 1195, 79*]). adv. Marc. 5, 11 p. 613, 13 (*ad Is. 6, 9*) *deus* infidelium (*v. infra l. 66*) huius aevi -at cor (*ibid. l. 22*. HERM. Pal. mand. 4, 2, 1 c. meum a praecedentibus actibus ... -tum est [*gr.* πεπώρωται, *sed l. v.* πεπήρ-, *vulg.* obduratum. *v. p. 1195, 81*]. VVLG. Is. 6, 10 -a c. populi ... et aures eius aggrava. *al.* *cf.* TERT. mart. 2 p. 7 Oe. maiores tenebras habet mundus, quae hominum praecordia -ant [-erceant *B*]). ITALA II Cor. 4, 4 (Priscill. tract. 1, 38 p. 31, 24 Pelag. *in h. l.* p. 251, 3 S.) deus ... -vit sensus infidelium ([ἐτύφλωσεν, VVLG. *et* PELAG. *l. c.* p. 251, 8 mentes; *v. supra l. 55 et cf. supra l. 60*]. CYPR. zel. 6 p. 423, 4 zelo -ante [*v. supra l. 18*] s. nostros. *al.*). RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 107, 11 B. quibus vitiis .., visus ille interior -atur et odoratus obcluditur *eqs.* AVG. c. Parm. 1, 8, 14 p. 35, 10 multo severius vindicatur oculus evulsus ... quam animus -tus in schismate ([*v. supra l. 42*]. *cf.* AVG. in psalm. 13, 2 p. 141^med.^ *affectiones* corrumpunt animam et ... -ant). *talia al.*

2 *obturando* (*sc. umorum vias*), *i. q. obstruere* (*hic usus nescio an explicari possit comparata e. g. locut.* 'caecum intestinum'; *cf. vol. III 43, 19 sqq.*): OV. Pont. 4, 2, 17 ut limus venas -at (cum v. cecat *β γ*) in undis laesaque subpresso fonte resistit aqua *eqs.* (SEN. nat. 3, 15, 6 interest, quanta aperta sit vena, quae modo consumpta aqua deficit, modo -atur [*Φ*, exsicc- *Δ*] aliquo impedimento *eqs.*). CELS. 7, 7, 15^G^ signum ... quasi -torum itinerum, per quae umor ferebatur (*in oculorum pituita*). *cf. etiam p. 1195, 6.*

B *i. q. obscurare* (*v. p. 1194, 81 et cf. p. 1195, 79*): **1** *c. vi obscurius reddendi*: *i. q. diminuere splendorem* (*corporis p. 1197, 1; nitorem argenti p. 1197, 4*): PETRON. 128, 3 (*Circe*:) numquid

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

incompta *sum*? numquid ab aliquo naturali vitio formam meam -o? (*epitomatoris haec esse vid.; audi potius* 'formam -tam habeo'; *cf. adnot. Buech*). PLIN. nat. 33, 131 crescit pretium (*sc. argenti ex Aegypto*) fulgoris -ti (*seq.* nigrescit). 2 *c. not. plena: de nocte solis lumen obscurante*: Ps. AVG. serm. ed. Mai 81, 1 (*Christo crucifixo*) solis claritas iugulatur... velut nox facta est dies et subito adveniens nox -vit claritatem.

excalceātio, -ōnis *f.* *ab* excalceare. *scrib.* -iat- (*v. infra l. 16*). *i. q. actio calceos exuendi*: ORIG. in I reg. 1, 6 p. 10, 19 B. Selom... interpretatur 'avulsio' vel -o, hoc est calciamenti resolutio (*ibid. l. 22* -o quia... cum... pervenerimus ad *locum sanctum*..., discalceari iubemur; *opp.* calciati sumus).

excalceo (-io), -āvī, -ātum, -āre (-or, -ārī *v. l. 22*). *ab* ex *et* calceus (*cf.* calceo, discalceo). *de scriptura ac formis*: CHAR. gramm. p. 472, 22 B. (*inter verba act. I^ae coniug.*) -io. *scriptio per -i- inde a* SVET. *longe praevalere videtur (v. et vol. III 132, 16 sqq.); notandus imprimis* PORPH. *infra l. 55 (in verb. lusu c. voce q. e.* 'exchalcio' *intercedente); praeterea trad.* VARRO *infra l. 42 (a Nonio). cf. et cod. V* SEN. epist. *infra l. 65. v. et supra l. 8. p. 1198, 27.* -culc- (*v. vol. V 1, 1274, 69*): *pro l. v.*: SVET. *l. 69. p. 1198, 4; trad.*: ITALA deut. *infra l. 77.* GLOSS. *l. 25.* III 287, 3. scalc-: *v. p. 1198, 7.* *depon.* -or, -ārī: VARRO Men. 439 (*v. infra l. 42*). *cf. ad h. l.*: NON. p. 478, 9 -atur pro -at. NOT. Tir. 79, 34 calciat, inculcat, -iat (-cat *CE*[1] [u *super* a *E*[2]]). *de notione*: GLOSS. II 466, 54 ὑπόλυσον -ia (III 6, 64 ὑπ⟨όλ⟩υσον -culcia). GLOSS. -ior ὑπολύομαι (*v. l. 34*). *al.* (*ad gr. cf. l. 51. 77. p. 1198, 11*). *legitur inde a* VARRONE (*v. infra l. 39*), VELL. *infra l. 45 sing. locis*; SEN. epist. *ter*, SVET. *bis*; *p. p. p.* -tus *inde a* SEN. *l. 64*.

[*l. v.*: dis-: *v. infra l. 53. 69.* -calcius: *infra l. 71.* *prorsus dub. coni.*: CHIRON 656 p. 208, 10 -caldat (*v. p. 1198, 42*) *trad.* (-ceat *vel* -caliglat [*v. p. 1199, 71*] *Oder*); *cf. p. 1198, 14*.]

i. q. calceos detrahere, calceamentis exuere (*cf.* discalceo): 1 *proprie personas* (*primitus* 'se ipsum' -are *tam per refl.* [*infra l. 42*] *quam mediopass.* [*infra l. 45; cf. et supra l. 26*]; *postea etiam* 'alterius' *calceos deponendos curare* [*v. infra l. 49 sqq. 74 sqq. p. 1198, 9 sqq.*; 'pedes' *p. 1198, 3*]. *acced. not. q. e.* 'nudare', 'exuere' *per se*: *infra l. 54* [*in lusu verb.*]; *infra l. 83* [*alleg.*]. *opp.* calceare: *infra l. 40. 44*; coturnatus: *l. 47. 64*):

a *aliquem*: **α** *c. nudo obi.* 'exteriore' *q. v.*: VARRO Men. 439 quod in eius dei templa calceati intro eunt, nam in oppido quae est aedes Apollinis et quae ibi ad Herculis, ut intro eat nemo se -atur ([*Scal.*, -ietur *Non. p. 478, 12*; -iatur *Müller, Linds.*]. CYPR. testim. 2, 19 p. 86, 7 iussus est *Iesu Nave* -iare se [*syn.*: calciamentum deponeret; *opp.* calciaretur]. PASS. Fructuos. 3. *ibid.* ego me). VELL. 2, 41, 3 *ut Caesar numquam* -retur aut discingeretur (*item med. pass.*: SEN. epist. 76, 31 cum *histriones reges sim. agentes*... lati incesserunt et coturnati [*v. infra l. 64*], simul exierunt, -antur et ad staturam suam redeunt). Ps. AVG. serm. 19, 4 p. 1779^extr. (= CAES. AREL.*?*; *ad* deut. 25, 9 *sq., cf. l. 76 sqq.*) eum (QVODV. prom. 2, 23, 48 p. 795^B -andum lex censuit [*cf.* ORIG. in Matth. 17, 32 qui contra legem agit, -atur; *gr. p. 1580*^A ὑπολέλυται]). GREG. TVR. Thom. p. 115, 14 (= PASS. Thom. p. 156, 3) rex iussit lances... igniri et praecepit -iare (*PQ*, -iari *WR*; *sim. in* PASS. Thom. [dis- *M*]) apostolum, ut nudis pedibus *eqs.* PASS. Fructuos. 3. *nota* (*v. l. 36; cf. l. 17*): PORPH. Hor. sat. 1, 8, 39 p. 274, 31 *Voranus* cum deprehensus a nummulario esset, cuius de mensa nummos subtractos in calceos sibi infarciverat, quidam iocans... 'belle', inquit, ... 'te nummularius ille exchalciaverat', cum adspiratione secundae syllabae, ut simul et 'chalcon'... ei ablatum -iato obiceret (*inde Valla ad Iuv. 8, 1*).

b *titulus honorificus certis quibusdam magistratibus* (*principi infra l. 71*) *summis tributus* (*cf. Koch, d. Byz. Beamtentitel, Diss. Jena 1903, p. 93. v. et p. 1220, 58*): α *appellatur munus vel dignitas* (*inde ab a. 413. cf.* Avg. epist. 200, 2 p. 294, 14 in -is honoribus *Valerius comes.* Cod. Iust. 10, 32, 66 [*a. 497—99*] post certas -as administrationes seu dignitates. 12, 49$^{\text{tit.}}$ sedis -ae. *v. et infra l. 58*): *de praefectura praet.*: Cod. Theod. 6, 15, 1 vicariis sedis -ae (8, 1, 17. 11, 5, 3. 11, 28, 17. Cod. Iust. 2, 7, 7 [*a. 439*] toga per orientem praetorianae sedis -ae. 3, 23, 2, 2 [*a. 440*]. 7, 41, 3, 2 [*a. 440*]. *v. l. 47. 52. cf. p. 1220, 49*). *de potestate magistri militum:* Cod. Iust. 12, 35, 18 pr. (*a. 492*) -ae tuae sedis. *ibid.* 6 apud -am magisteriam per Orientem potestatem (8 sub eadem -a p.). β *pro attributo hominum* (*inde ab a. 492 et in usu aet. Iust. cf.* Cod. Iust. 8, 37, 14, 1 personas dignitate -as. 12, 3, 5 viros -os patricios [*cf. p. 1217, 65*]): *praefecti urbis* (*cf.* Cod. Theod. 15, 1, 19 [*a. 376*] nemo praefectorum urbis aliorumve iudicum, quos potestas in -o locat. *v. supra l. 44 sqq.*). Dig. de conc. dig. 2, 10 vir -us praefectus huius almae urbis. Cod. Iust. 1, 17, 2, 24. *praefecti praetorio*: Cod. Iust. 1, 3, 53, 2 tam viri -i praefecti praetorio quam vir gloriosissimus praefectus urbis (9, 13, 1, 1^{c}). 1, 17, 2, 24 curae . . . erit tribus -is praefectis praetoriis tam Orientalibus quam Illyricis nec non Libycis. *magistri militum*: Cod. Iust. 4, 65, 35, 1. 12, 35, 18, 1 (*a. 492*) de officio alterius viri -i magistri militum praesentalis. *Triboniani* (*v. p. 1218, 6*) *magistri officiorum:* Dig. de conc. dig. 2, 6 Triboniani viri -i. Cod. Iust. de emend. cod. 2 Tribonianum virum magistrum ex quaestore et ex consule. 1, 17, 2, 1 *bis.* 1, 17, 2, 9 *bis.* 1, 17, 2, 11 Inst. Iust. praef. 4. 1, 5, 3. 2, 23, 12 Tribonianus vir -us quaestor sacri palatii (*v. l. 70 sq.*). *quaestoris*: Novell. Iust. 23, 4 viro -o pro tempore quaestore (35 pr.). *cf. l. 69.* *nota de principe* (*v. supra l. 42 sq.*): Inscr. christ. Diehl 46, 11 (*a. 506*) principes (*sic*) -i . . . mariti (*Gundobadi*).

2 *de deo christ.* (*sive ut epitheton sive ut nomen saepissime, sc. pro subst.* [*cf. p. 1223, 6 sqq.*]. *de Christo: v. infra l. 82. cf.* Hier. epist. 25, 2 p. 219, 6 'elion' quem nos -um dicimus [*sim.* Isid. orig. 7, 1, 9 quia supra caelos est]. *gr.* ὕψιστος, ὑψηλός. *syn.* altissimus, summus): Itala deut. 32, 8 (Lugd.), *Vulg.* altissimus. Itala Hebr. 7, 1 (Praedest. 1, 34 p. 598^{A}) dei -i (*Vulg.* summi). Clem. ad Cor. 45, 7 p. 43, 2. Itin. Burdig. p. 589, 1. Maximin. c. Ambr. 42 p. 16, 7 auctorem altissimum omni excellentia -iorem. Vvlg. *saepe.* Avg. c. Faust. 12, 8 p. 338, 14 donec -us veniat ad iudicium. *et al.* Avg. serm. 279, 7 p. 1279$^{\text{init.}}$ *Christus* altus, -us et aequalis patri. Inscr. christ. Diehl 247 (= CE 707; *a. 494*), 11 -i gratia Christi.

pro subst.: **excelsum**, -ī *n.* (-a, -ae *f. v. p. 1222, 35. cf. et*

p. 1220, 84): *i. q. editum, altum:* I *proprie:* A *concreto usu:* 1 *spectatur in regione terrena locus aliqui in altum editus* (*saepius i. q. mons sim.*): a *generaliter:* α *nude:* Cic. Catil. 3, 20 simulacrum . . . in -o (cels- *l. v.*) collocare (*cf.* Att. 6, 1, 17 statua . . . posita in -o [Plin. nat. 35, 12 Appius Claudius posuit . . . Bellonae aede maiores suos placuitque in -o spectari]. Plin. nat. 6, 26 in -o . . . Tigranocerta. 10, 161 *pavones* in -o cubantes. Vvlg. Sirach 37, 18 sedentes in -o ad speculandum [ἐπὶ μετεώρου]. Rvfin. Greg. Naz. orat. 2, 34 p. 29, 24 districtos in -o funes). Ov. fast. 2, 369 pastor ab -o *vocat.* Sen. nat. 3, 28, 5 si quis -a perlibret, maria paria sunt. Plin. nat. 18, 154 ventosa et -a. *et al.* β *pendet gen. explic.* (*aut ad culmen summum rei alcis. significandum aut periphrastice pro adi.* '-us', *e. g. l. 17. 19. 20. 21*): Plin. nat. 6, 47 ab huius (*regionis*) -is. 16, 41 in -o montium (Vvlg. IV reg. 19, 23 ascendi -a montium in summitate Libani. *al.*). Sil. 15, 203 -a loci. Chalc. comm. 66 p. 134, 16 sol -o itineris elatior. 74 p. 143, 1 infra . . . aplanus (*i.* ἀπλανοῦς) orbis -a. Ambr. in psalm. 118 serm. 4, 5, 2 p. 70, 9 turrem . . . supra murorum aedificavit -a. Vvlg. Is. 37, 24 succidam -a cedrorum eius. Ier. 26, 18 -a silvarum. Prosp. in psalm. 117, 27 p. 335^{C} altaris -a. Alc. Avit. carm. 6, 226 in crucis -o pendens . . . Christus. Iord. Get. 201 collis -a (*syn.* montis cacumen). Greg. Tvr. Franc. 2, 34 p. 98, 6 -a poli.

b *significantius: per metonymiam quandam* (*in sacr. litt.*; *pl.* -a, -ōrum *ubique; inde f.* -a, -ae *infra l. 35; cf. gr.* ἄκρα): α *i. q. ara vel templum in monte situm* (*cf.* Hier. in Ier. 2, 45, 2 p. 105, 14 '-a' . . . quae Hebraice appellantur 'bamoth' sive aram [3, 71, 4 p. 206, 23]. *al.*): Vvlg. lev. 26, 30 destruam -a vestra (IV reg. 23, 15. *cf.* num. 33, 52 *al.*). III reg. 3, 2 populus immolat in -is (II par. 33, 17 *al. cf.* IV reg. 23, 5. Avg. quaest. hept. 7, 36 p. 469, 22 Salomon in -is sacrificasse inveniatur). III reg. 12, 32 sacerdotes -orum (*al.*). 14, 23 aedificaverunt sibi -a in cunctis urbibus (21, 3 *al.*). *passim.* β *i. q. arx:* Itala I Macc. 1, 33 (rec. B) in -is eius ([*sc. civitatis.* ἄκραν, *Vulg.* arcem]. 6, 21 [*ibid.*] qui erant in -is [*gr. et Vulg. aliter*]. *al.*). *saepius.* *inde* excelsa, -ae *f.* (*v. l. 24. p. 1221, 84*): Itala I Macc. 4, 41 (rec. B) trucidavit Iudas . . . bellatores in -a ([ἄκρᾳ, *Vulg.* arce]. 6, 18 [*ibid.*] qui in -a erant [6, 19 *al. gr.* ἄκρα, *Vulg.* arce]). 10, 32 (*ibid.*) potestatem -ae quae est in Ierusalem (ἐξουσίαν τῆς ἄκρας, *Vulg.* p. arcis). *al.*

2 *c. respectu regionis in alto supra terram sitae, saepe fere i. q. caelum* (*sg. et plur.*): Epist. Sapph. 165 Phoebus ab -o . . . adspicit aequor. Sen. dial. 6, 21, 1 ad -a sublatus inter felices . . . animas. epist. 66, 31 animum . . . semper futurum in -o. Stat. Theb. 3, 539 *aquila* -a petens subita face solis inarsit. Itala Luc. 2, 14 (cod. Gat.) gloria in -is deo ([ἐν ὑψίστοις, *Vulg.* in altissimis]. Vvlg. Luc. 19, 28 gl. in -is. CIL VIII 23041. 24067. 25825. *cf. Inscr. christ. Diehl ind. 7*). Vvlg. Iob 16, 20 in -is (*syn.* in coelo). Is. 7, 11 in profundum inferni sive in -um supra. Marc. 11, 10 osanna in -is. Hebr. 1, 3 sedet ad dexteram maiestatis in -is (ἐν ὑψηλοῖς. *cf.* Cassiod. Didym. in I Petr. p. 32, 22 in -is profectus in caelum). Rvfin. hist. 5, 1, 26 de -o et edito (*i. caelo, gr. aliter*). Alc. Avit. c. Arr. 2 p. 2, 13 *angeli* in -is. Drac. laud. dei 1, 103 ab -is veniat vindicta. 3, 21 celsior -is *deus.* Inscr. christ. Diehl 3432^{A} ⟨g⟩audes in -is. *et al.*

per imag. (*ad 1 et 2*): Sen. dial. 2, 1, 2 plano additur -um. 2, 6, 8. 2, 8, 2 sapiens . . . ad illa nitens pergensque -a. 9, 10, 5 (*syn.* praerupta. epist. 94, 73. *cf.* Plin. epist. 9, 26, 2). epist. 64, 5 *beatam vitam esse* in -o, sed volenti penetrabilem. 75, 18 ⟨si⟩ ex hac aliquando faece in illud evadimus sublime et -um. Mar. Victorin. ad Iust. 14 p. 1007^{C} intelligo in superioribus -is et in omni altitudini⟨s⟩ extremo nihil habitare . . . malum. Hier. epist. 64, 18, 3 de terrenis . . . ad -a sustollimur (Chromat. in Matth. 3, 1 p. 531^{C}; *syn.* alta, *opp.* t. et humilibus). Rvfin. Greg. Naz. orat. 2, 48 p. 39, 15 ascendere ab inferioribus litterae ad superiora spiritus et -a (Pavl. Nol. epist. 9, 4 p. 55, 19 -a virtutum). Val. Cem. hom. 2, 2 p. 697^{B} per ardua et -a tendentibus. *et al.*

syn.: alta: *l. 62.* ardua: *l. 65.* praerupta: *l. 56.* sublime: *l. 58.* superiora: *l. 63.* *cf. et l. 59.* *opp.*: humilia: *l. 62.* inferiora: *l. 63.* terrena: *l. 60.*

B *abstracte: fere i. q. altitudo* (*c. praep. ubique, fere pro locutione adverbiali, praeter*: Mar. Victorin. ad Iust. 7 p. 1003^{C} imaginari conflictum inani cum solido, profundo cum -o, finito *eqs.* [8 p. 1004^{A}]. Filastr. 155, 7 p. 132, 1 quod videre in -o, profundo, lato atque longo non poterant, corde credentes [*nota opp.*]): Vitr. 6, 2, 2 alia . . . ad manum species, alia in -o. Sen. Thy. 774 fumus . . . se . . . in -um levat (Plin. nat. 2, 132 *ventus* correptā secum in caelum refert sorbetque in -um. 12, 23 rami . . . emicant [17, 184]. Stat. Theb. 6, 895 raptus *Antaeus.* Apvl. met. 10, 34 prorumpit. Vvlg. Is. 38, 14 oculi . . . suspicientes [40, 26]. Pass. Mar. Iac. 6 p. 54, 11 cupressis consurgentibus). Stat. Theb. 7, 444 colle per -um patulo. Itala Luc. 24, 49 (Ps. Cypr. abus. 11 p. 171, 12) induamini virtute ab -o (ἐξ ὕψους, *Vulg.* ex alto). Vvlg. thren. 1, 13 de -o misit ignem in ossibus meis. *et al.*

II *translate: fere i. q. excellentia, sublimitas sim.*: Sall. Catil. 51, 12 qui magno imperio praediti in -o aetatem agunt (*opp.*

[*K.-M.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in obscuro). rep. 2, 1, 1 cuius opes in -o sunt. LIV. 1, 34, 7 -a et alta sperare. OCTAVIA 585 -a metuit *fama*. VVLG. II par. 1, 2 deus magnificavit eum (*Salomonem*) in -um (*cf.* 20, 19). HIER. epist. 58, 83 ingenium ... per Sion et ... Sina et -a ducere scripturarum. SVLP. SEV. dial. 1, 24, 2 -a rettuleris. *et al.*

excelsus, -ī *m.* (*cf. et p. 1220, 30. 1221, 34. 74*): *fere i. q. sublimis, summus, praepotens sim.* (*in imag. l. 8. 9 [cf. p. 1220, 22] et transl.*): PVBLIL. E 16 -is multo facilius casus nocet. VVLG. II reg. 22, 28 -os humiliabis (Is. 10, 33 -i statura succidentur et sublimes humiliabuntur). Iob 21, 22 *deus* -os iudicat. HIER. in Ioel prol. p. 918[A] Ieremias *ὑψηλὸς κυρίου*, id est -us domini (ISID. orig. 7, 8, 8). in Is. 24, 4 p. 282[D] prima sententia est contra eos qui -i sunt terrae (*cf. LXX οἱ ὑψηλοὶ τῆς γῆς, Vulg.* altitudo populi terrae). *et al.*

excelsa, -ae *f., v. p. 1222, 35.*

adv. **excelsē.** *posit. l. 24 (16?); superl. l. 23; praeterea compar. ubique.* GLOSS. V 153, 58 summe -e (*an vocat. aut gen.*: -⟨a⟩e? [*cft. Verg. Aen. 2, 166 Lindsay*]). *fere i. q. alte, sublime*: 1 *proprie*: VITR. 8, 1, 1 non errabit -ius quam oporteat visus. 9, 1, 3. COLVM. 4, 1, 5 vitis scandit -ius. SOL. 32, 10 eo -ius sublimari ... repercussam *Nili* celeritatem. *in imag.*: ISID. sent. 2, 38, 3 superbia tanto ... profundius labitur, quanto -ius elevatur. 2 *translate*: CIC. orat. 120 -ius magnificentiusque et dicet et sentiet. VELL. 1, 6, 3 *Sparta* -issime floruit. PLIN. epist. 2, 3, 3 ornat -e (*cf. p. 1220, 83 sqq.*). RVFIN. Orig. in gen. 1, 7 p. 9, 16 B. mens nostra quanto elatius et -ius appropiaverit Christo. AVG. epist. 150, 1 *v. p. 1221, 37.* PS. AVG. categ. 1 p. 1420[extr.] *affertur exemplum* vel Hortensii vel 'altius' hominis, vel 'superius' animalis, vel '-ius' usiae. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 84, 2.

syn.: elatius: *l. 25.* magnificentius: *l. 22.* *nota gradationem*: *l. 27.* *opp.*: profundius: *l. 21.* *K.-M.*

?**excenturio,** -ōnis *m.* *ab* ex centurione (*v. vol. III 844, 73 sqq.*). *i. q. centurionis munere functus*: PAP. Stud. f. Palaeogr. u. Pap.kunde 20, 109 (*s. IV*), 7 ⟨᾿Ιω⟩*άννῃ ἐξκεντυρ*(*ίωνι*) *α′* (*cf. Meinersmann, Lat. W. i. gr. Pap., p. 24*).

exceptāculum, -ī *n.* *ab* excipere. *i. q. instrumentum quo excipitur*: TERT. spect. 2 p. 3, 23 *non sumpsimus* linguam ad maliloquium et aures ad -um maliloquii.

exceptārius, -ī *m.* *ab* excipere. LYD. mag. 3, 13 p. 101, 9 *ἀπέσβη δὲ οὕτως ἅπαντα, ὡς τοῦ τόπου τὸ λοιπὸν σχολάζοντος τοὺς λεγομένους ἐσκεπταρίους, οἱονεὶ ὑποδέκτας τοῦ σίτου, κατασχεῖν τὸ σκρίνιον.*

excepticius, -a, -um. *ab* exceptus. *qui excipitur, excernitur*: PLIN. nat. 18, 115 *alica adulterina* quae in eo *cribro* remansit, -a appellatur et grandissima est (*seq.* secundaria, cribraria).

***exceptio,** -ōnis *f.* *ab* excipere. *notatur*: exc̄., exc̄p. (*v. Lindsay, Notae Lat. p. 426, 38*). SYNON. Cic. Char. gramm. p. 412, 22 B. condiciones pactiones -es conventiones transactiones. GLOSS.[L] II Philox. EX 23 *παραγραφή* (*al. cf. p. 1224, 5*). 35 *ἐξαίρεσις*. GLOSS. II 280, 36 *δοχή* (*cf.* III 447, 46 *διαδοχή* [*al.*]). 469, 9 *ὑφαίρεσις*. 469, 14 *ὑφεξαίρεσις* (*cf. l. 77. p. 1225, 13*). *legitur apud prosae scriptt. inde a* RHET. Her., CIC., *maxime apud* ICTOS. [*variat in codd. c.* exemptio: SEN. contr. 10, 5, 8. *ex coni.*: CIC. leg. agr. 2, 22 (suspicione *trad.*). *v. et p. 1225, 18.*]

I *i. q. exclusio, exemptio* (*pass. i. q. res excepta p. 1225, 18*): **A** *in usu forensi (v. et p. 1224, 82): i. q. clausula formulae, legi sim. inserta, per quam alqd. vel alqs. excipitur*: **1** *strictius c. notione sollemni* (*in iure civili peculiariter i. q. condicio eximens reum damnatione, quae opponitur actori; res explicatur et dividitur*: DIG. 44, 1 GAIVS inst. 4, 115 *sqq.* MAR. VICTORIN. rhet. 2, 19 p. 277, 10. COD. Iust. 8, 35 de -bus sive praescriptionibus [*cf. et* 7, 40]. INST. Iust. 4, 13. *v. V. i. R.; Heumann-Seckel, p. 180 sqq.; Wenger, RE VI 1553 sqq.; id., Institutionen d. röm. Zivilprozeßrechts, passim [v. ind.]; R. Düll, Der Gütegedanke im röm. Zivilprozeßrecht [1931], p. 185 sqq.; Schulz, Prinzip. d. röm. Rechts [1934], p. 64 n. 44.* *recentiore aetate fere idem valet ac* '*defensio*' *vel* '*praescriptio*' [*cf.* GAIVS inst. 4, 133. *l. 60. p. 1224, 32*]. *ex* ICTORUM *frequentia exempla lectissima attuli*): **a** *sine additamentis specialibus*: RHET. Her. 1, 12, 22 in privata actione praetoriae -es (*cf.* CIC. inv. 2, 57 praetoris). CIC. inv. 2, 58. 59 postulat is, quicum agitur, a praetore -em. 2, 130 consuesse eos, qui leges scribant, -bus uti (*cf.* 2, 146. Verr. II 2, 24 legis [*cf.* VLP. frg. Vat. 266 Cinciae. *al.*]. leg. agr. 1, 10 *al.*). 2, 140 tacitis -bus caveri (SEN. benef. 4, 39, 4). Caecin. 23 interdixit ... sine ulla -e (63 MARCELL. dig. 40, 14, 1. *cf.* QVINT. decl. 266 p. 85, 22 s. -e. *al.* PS. QVINT. decl. 9, 12 s. -e venalis. COD. Theod. 8, 5, 37 s. aliqua -e. *cf. p. 1224, 53 sq.*). Balb. 32 Att. 5, 4, 3. 6, 1, 11. 15. 11, 9, 1 qui -bus edictorum retinear. QVINT. inst. 3, 6, 61 scripti et voluntatis *quaestio*, quam ipse vocat *κατὰ ῥητὸν καὶ ὑπεξαίρεσιν*, id est dictum et -em (*cf.* 7, 1, 58. TAC. dial. 20 de -e et formula. IVL. VICT. rhet. 4, 8 p. 393, 15. *v. Volkmann, Rhet.*[2] *p. 92, 1*). decl. 266 p. 86, 11. 336 p. 322, 10 si nulla opponi huic tuae voci posset -o (COD. Iust. 2, 57, 2 [*a. 428*]. *al.*). CELS. dig. 12, 6, 47 si modo per ignorantiam petentem -e non summoverit (*al.*). GAIVS inst. 4, 56 qui ita agit, per -em excluditur. PAVL. dig. 44, 1, 22, 1 replicatio est contraria -o, quasi -is -o. *al.* AVG. epist. 126, 13 p. 18, 2 iuratione ... -em fecisse necessitatis. COD. Theod. 4, 8, 6, 3 *libertinorum* hac -e causa distinguenda est, ut qui *eqs.* (*cf. infra l. 42*). *al.* COD. Iust. 2, 3, 13 (*a. 236*) quod postea placuit, id non petitionem, sed -em parit. 4, 29, 8 (*a. 238*) propter -em, quae ex s. c. Velleiano descendit. 8, 37, 14, 2 testes ... omni -e maiores. NOVELL. Iust. 111 praef. (*παραγραφή*). *al.* **b** *exceptionis verba afferuntur* (*v. et l. 33. 36. 58. 63*): CIC. inv. 1, 55 si ... adscribat ad legem ... hanc -em: 'extra quam *eqs.*' (2, 172). de orat. 1, 168 ut illi unde peteretur ... usitata -o daretur 'cuius pecuniae dies fuisset' (*cf.* LEX Rubr. [CIL I[2] 2, 592; *a. 49 a.*] I 4 -em addito ... 'q(ua) d(e) r(e) *eqs.*'). *ibid.* ne -e excluderetur 'quod ea res in iudicium antea venisset' (epist. 7, 13, 2 IVLIAN. dig. 44, 1, 13 *al.*). CINC. Gell. 16, 4, 4 ius iurandum ... his additis -bus: 'nisi *eqs.*'. PLIN. paneg. 38, 7 illam -em removisti 'si modo *eqs.*' (VLP. dig. 4, 3, 7, 9. si non: IVLIAN. dig. 27, 10, 7, 1 NERAT. dig. 6, 2, 17 *al.* COD. Iust. 5, 45, 2 [*a. 294*]. *cf. l. 33*). COD. Iust. 3, 31, 12 pr. -o adsumebatur ... 'ne fieret ei praeiudicium' (*cf. l. 35*). **c** *varia genera -um distinguuntur per acced. adi. vel gen.* (*v. Bruns, Fontes*[7] *p. 236. Wenger, RE VI 1558, 41 sqq.*): *e. g.*: IVLIAN. dig. 12, 2, 40 perpetua. GAIVS inst. 4, 120 peremptoria (SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 486). 4, 122 dilatoria. VLP. dig. 15, 1, 30, 5 annua. IAVOL. dig. 8, 3, 13 pr. doli mali (*v. vol. V 1, 1863, 71*). IVLIAN. dig. 45, 1, 56, 4 pacti. PROC. dig. 2, 14, 36 conventionis. COD. Iust. 7, 38 temporis. POMPON. dig. 16, 1, 32, 2 de re empta et tradita. VLP. dig. 7, 9, 7 pr.

2 *laxius et quasi transl. ad res non forenses* (*per iocum vel irrisionem: l. 30 sqq. 36; fere i. q.* '*interdictio*'*: l. 37 sq.;* '*praeceptum*'*: infra l. 39;* '*excusatio*'*: l. 44. v. et l. 52*): CIC. rep. 1, 10. fin. 2, 21 quid attinet luxuriosis ullam -em dari? ac. 2, 97 postulant ut excipiantur haec inexplicabilia. tribunum aliquem censeo videant. a me istam -em numquam impetrabunt. SEN. benef. 4, 34, 4. epist. 48, 10 istud philosophiae 'sive nive' et turpes ... etiam ad album sedentibus -es (48, 12; *syn.* praescriptionibus). PETRON. 64, 13 iussit ... potiones dividi ... adiecta -e: 'si quis' inquit 'noluerit accipere, caput illi perfunde' (86, 4; *cf. l. 14*). PLIN. nat. 21, 180 *medici* -em addidere, ne diutius id fieret (*cf. l. 16*). SVET. Iul. 78, 2 *ut non* destiterit ... quicquam ... nisi sub -e polliceri, 'si tamen *eqs.*' (*cf. l. 46. 83*). TERT. apol. 21, 2 neque de victus -bus ... cum Iudaeis agimus (*cf.* ieiun. 2 p. 276, 1 eduliorum [*al.*]. 15 p. 294, 5 adv. Marc. 5, 5 p. 587, 20). fug. 6 p. 473 Oe. cessavit -o viae nationum. monog. 12 p. 782 monogamiae. OPTAT. 5, 7 p. 134, 21 per quem baptizentur nulla -e discretum est (*cf.* AVG. gest. Pelag. 3, 9 p. 60, 21 ut peccatores ... a peccatoribus ... aliqua -e distingueret. *cf. supra l. 2*). EPIST. pontif. 937, 64 Conc.[S] IV 2 p. 150, 3 omnibus -bus suis ... inpugnavit epistolam (*cf. ibid.* 71 p. 151, 12). *nota* (*v. supra l. 27*): PLIN. epist. 1, 2, 5 acres ... esse, non tristes volebamus. nec est quod putes me sub (*cf. l. 36*) hac -e veniam postulare. TERT. paenit. 5, 4 cum etiam ignorantes ... nulla -o tueatur ad poenam. EPIST. pontif. Arel. 40 p. 60, 15.

B *in usu communi: i. q. quaevis separatio alcis. extra ordinem et regulam* (*plerumque c. sensu* '*limitandi*', '*restringendi*' [*e. g. l. 53. 59. 64*], *sed et* '*praeferendi*', '*superextollendi*' [*l. 65. 70. 72. 77. cf. p. 1225, 4 sqq.*]. *hic illic fortasse subauditur notio forensis* [*cf. l. 27*]): **1** *generatim*: CIC. Verr. II 5, 81 recte sine -e dixeram virum ... neminem fuisse (Lael. 61 ulla [Att. 8, 4, 2; sine *om. M*[1]. epist. 6, 5, 1 laboris aut occupationis. *al. cf.* HIL. in Matth. 22, 6 p. 1043[C] omnes s. aliqua -e]. QVINT. inst. 7, 1, 50 FLOR epit. 2, 18, 12 CYPR. mortal. 8 p. 301, 24 *al. cf. p. 1223, 73*). CIC. epist. 6, 5, 1 polliceor ei ... gratiam ... atque auctoritatem cum hac -e, quantum valeam (ad Q. fr. 1, 1, 37 c. -e laudari. SEN. epist. 6, 4. 30, 10. 57, 9. DON. Ter. Ad. 436 *al.*). SEN. contr. 7, 5 (20), 11 (*iuxta* finitio. *cf.* QVINT. inst. 6, 3, 104 cui *finitioni* si brevitatis -em detraxeris *eqs.*). SEN. nat. 2, 37, 3 falsa est ista interrogatio, quia illam mediam inter ista -em praeteris: futurum hoc est, sed si vota suscepta fuerint. QVINT. inst. 2, 15, 36. TAC. Germ. 44 unus imperitat, nullis iam -bus, non precario iure parendi. TERT. apol. 36, 3 nullum bonum sub -e personarum administramus (adv. Val. 9 p. 186, 21 *al.* ITALA Eph. 6, 9 [Cypr. testim. 3, 73 p. 171, 10; *προσωποληµψία*, *Vulg.* acceptio]. HIL. in psalm. 14, 13 p. 93, 20 *al. cf. p. 1225, 9*). idol. 5 p. 35, 1. ieiun. 10 p. 287, 3 quod ... suadet Danielis quoque argumentum ter die orantis, utique per aliquarum horarum -em (*i. praelationem*). adv. Prax. 16 p. 256, 17. ARNOB. nat. 3, 8 p. 116, 26. 7, 12 p. 247, 19 si modo dii veri sunt atque in nominis huius -e ponendi (acceptione *quidam sive interpretabantur sive corrigebant. v. p. 1225, 22*). LACT. inst. 3, 6, 16. DON. Ter. Ad. 296 'quod' modo -em significat. Hec. 580 'sciens' ... bona -o, quia possumus inscienter aliquem laedere (*al.*). *al.* HIL. trin. 1, 13 p. 35[B] non ... intelligentiae ratio sed potestatis -o (*i. excellentia. cf.* 1, 34 p. 47[C] innascibilitatis -o. 6, 39 p. 180[B]. AMBR. exc. Sat. 2, 6 p. 1317[A] ne ... excellentiorem ... naturae -em nobis arrogare videamur). 1, 33 p. 46[B] extra -em veri dei. *al.* SCHOL. Cic. Bob. p. 115, 15 St. AMBR. spir. 1, 1, 26. LEO M. epist. 168, 1 p. 1210[B] ut ... neque ... ulla eius diei habeatur -o. *al.*

2 *peculiaria*: **a** *in iure* (*aliter p. 1223, 55*): **α** *i. q. retentio, reservatio*: EDICT. praet. Vlp. dig. 39, 2, 7 pr. sub (*cf. l. 36*) -e satisdari iubebo (VLP. dig. 39, 2, 31, 1). POMPON. dig. 7, 1, 32 si

[*Rehm*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

excipiat, ut pascere sibi ... liceat, valet -o. PAPIN. dig. 18, 1, 72, 1 MOD. dig. 19, 1, 39. COD. Theod. 8, 12, 8 pr. ne ususfructus -o pro traditione possit intellegi (LEX Burg. Rom. 22, 5). CIL VI 14949 huius monimenti -o chirographo continetur. *β i. q. liberatio, privilegium* (*cf. et* SYMM. epist. 4, 61, 1 sit ... inopia gravis, habet tamen alieni oneris -em): COD. Theod. 11, 1, 36 absque ullius beneficii -e. 13, 1, 6 -e immunitatis nullus utetur. CASSIOD. var. 2, 30, 1 non praeiudicat iuri publico personalis -o. COD. Iust. 4, 61, 7 (*a. 366*) nulla ... militarium personarum -e facienda (11, 59, 9 [*a. 394*]. *cf. p. 1224, 65*). 10, 32, 34 pr. (*a. 382*) totius dignitatis -e depulsa. 10, 48, 12, 1 (*a. 382*); *syn.* privilegium. *ibid.* 2 sordidorum ... munerum ... -o.

b *t. t. rhet.* (*v. Ernesti, Lex. technol. Graec. rhet. p. 112. Schwab, Alexander Numeniu p. 109*): SCHEM. dian. 15 p. 73, 11 ὑπεξαίρεσις est Latine -o, quando aliquid a generali complexione distinguimus (CASSIOD. in psalm. 108, 6 p. 785ᴬ). **c** *t. t. gramm.*: GRAMM. suppl. 92, 19 contra hanc regulam ... contrariae -es multae inveniuntur (*syn.* contrarietates regulae).

C *singulariter i. q. res excepta* (excerptio *ci. Rönsch, Semasiol. Beitr. I p. 28 coll. syn.* decerptio): ITALA lev. 7, 14 (Lugd.) adferet unum ex omnibus muneribus suis -em domino ([ἀφαίρεμα, *Vulg.* pro primitiis]. *ibid.* 7, 32. 34).

II *i. q. acceptio, receptio* (*v. et p. 1224, 67*): **A** *generatim* (*dub.*: APRING. in apoc. 21, 16 ne quid audita -e [-is *trad.*] carnis consimilem [-ili *trad.*] nobis in illo sentiremus *Christum. v. et p. 1224, 72*): AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 37, 3 p. 172, 26 remedium, per quod nec regiae potestatis extolleretur supercilio nec certe aerumnae alicuius -e perturbaretur. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31 p. 404ᴬ *ventrem* non ad resumptionem spiritus excitans, sed ad -em cibi ... impellens. **B** *i. q. munus exceptoris*: COD. Theod. 8, 7, 17 (= Iust. 12, 49, 5) peracto ... -is officio (CASSIOD. var. 4, 3, 3). CASSIOD. var. 4, 4, 3. 11, 38, 4 -is subtrahi materia (*i. charta*) non timetur.

deriv.: exceptiuncula. **exceptīvē** *v. l. 35.*

exceptiuncula, -ae *f.* *ab* exceptio *deminutive.* SEN. epist. 20, 5 licet illam -am non adicias, ut rectum sit quod velis.

(**exceptīvus,** -a, -um). *ab* exceptus. *adv.* **exceptīvē.** *i. q. cum exceptione, restrictive* (*cf. p. 1224, 50*): DON. Ter. Hec. 602 τὸ 'istuc' -e dictum, quasi cetera stulte fecerit.

1. excepto, -āvī, -āre. *ab* excipio. SERV. georg. 3, 274 -ant frequenter excipiunt. [*variat in codd.* (*v. et l. 58 sq.*) *c.* ex(s)pectare: *v. infra l. 64.* STAT. Theb. 7, 575 -ant (*P*ʳ, expect- *cett.*) ... cibos. *restituitur ex coni.*: *infra l. 66.* *temptaverunt praeterea* (*trad.* expect-): RHET. Her. 4, 44, 57 (*v. Walter, WSt. 48, 1930, 77*). CIC. rep. 1, 9 SYMPH. 122 AMM. 14, 6, 9 (*v. Novák, WSt. 33, 1911, 295*). *adde* PRISC. LYD. solut. 6 p. 69, 20 B. *aliter*: TAC. ann. 3, 20 excepta (-at *Held*) vulnera et ... adversum os in hostem intendit. *adde* ITALA I Macc. 16, 15 (rec. X) -bat (excecabat *cod.*) illos ... munitione quae vocatur doc (ὑπεδέξατο, *cod. L* excepit, *Vulg.* suscepit). *loc. corrupt.*: SEN. benef. 6, 38, 3 agricolam annonae caritas erigit, eloquentiae pretium -at (exaltat *Bentley*, excitat *Wesenberg, alii alia*) litium numerus.]

1 *c. not. eximendi vel captandi*: **a** *proprie, i. q. captare, capessere*: CIC. parad. 38 videat aliquem ... mullos -antem de piscina et pertractantem. CAES. Gall. 7, 47, 7 ab iis (*manipularibus suis*) sublevatus murum ascendit, eos ipse rursus singulos -ans in murum extulit. **b** *transl., i. q. eximere, excludere* (*cf.* CHAR. gramm. p. 385, 5 B. -o munere [*exemplum verbi coni. c. abl.*]. *nota gen. sec. gr.*: *l. 62*): TYCON. 7 p. 76, 16 *vindictam* soli sibi deus -vit. PS. AVG. c. Fulg. 21 p. 306, 13 'omnes' dixit, nullum -vit (excepit, excitavit *l. v.*). VITAE patr. Iurens. (MGMerov. III) 3, 21 p. 164, 9 abba ... nec victum -vit a fratribus. FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 20 p. 284ᴮ divinitatem Christi a consortio ... mortis -et. NOVELL. Iust. edict. 8, 1 pr. p. 769, 8 neque ... iurisdictionis huius -ari aliquem (ἐξῃρῆσθαι). **2** *c. not. accipiendi, recipiendi*: VERG. georg. 3, 274 *equae* -ant (*RM*² *Serv.* [*v. l. 38*], ex(s)pectant *M*¹*P*) ... auras. SEN. benef. 4, 31, 3 ignorabas ancillarum ... illum menstruum hiante⟨m⟩ -are (*vg.*, expectare *N*). SIL. 9, 369 per pectora saevas -at mortes (*i. ictus mortiferos*). SIDON. carm. 2, 546 gaudentes -ant verbera. PRISC. perieg. 105 finibus ... -ant ventos *maria* (*gr. 101 aliter*).

2. exceptō *v. s.* excipio *p. 1249, 26.*

ˣ**exceptor,** -ōris *m.* *ab* excipere. *scrib.* (*v. et l. 81. p. 1226, 35*) sceptor: *l. 74.* *notatur* (*v. et l. 77 sqq.*): except: CIL XI 77 PAP. dipl. Marini 74 (*s. V/VI*), 8, 9. *v. et p. 1226, 22. 35.* exc: CIL VI 1058 (*a. 210*) 3, 12. ex (*v. et p. 1226, 29*): CIL VI 1058, 7, 9. 2406. *dub.*: III 5293. GLOSS.ᴸ Corp. S 122 sceptor notarius. GLOSS. II 291, 26 ἐκλήμπτωρ. V 516, 16 tabellio tabellarum portitor vel -r vel scriba publicus. *graeca* (*v. et p. 1226, 26. Meinersmann, Lat. W. i. gr. Pap. p. 18*): PAP. Oxyrh. 43, 2, 26 (*a. 295*) ἐκσκεπ(τορσι). 942, 6 (*s. VI/VII*) ἐξκ(έπτορσι) (*an* ἐξκ(ουβίτορι)?; *dub. et* PAP. Cairo catal. II 67185ᵛ A 1). PAP. Hamb. I 23, 4 ἐξκέπτορι. PAP. Soc. Ital. I 88, 1 (*s. VI*) ἐξκ(έπτορος). PAP. Preisigke, Sammelbuch gr. Urk. 2253 ἐξέπτωρσι (*sic*). *al.* SCHOL. Aristoph. nub. 770 (*Rav. et Ven.*) γραμματεὺς ὁ γράφων τὰ λεγόμενα ἐκ ταῖς δίκαις, ὃν νῦν καλοῦμεν ἐκσκέπτορα. *legitur inde a s. III in.* (VLP., *v. et p. 1226, 29*). [*ex coni.*: *v. s.* eversor *p. 1026, 3.*]

-r *est notarius* (*syn. l. 14*) *vel scriba, qui verba dictantis excipit* (*v. l. 10. i. q.* ταχυγράφος, *cf. Lyd. mag. 3, 6. 9*), *maxime officialis variis magistratibus additus* (*v. RE s. v.; Ruggiero, Diz. epigr. s. v.; Grosse, Militärgesch. p. 136*): VLP. dig. 19, 2, 19, 9 cum quidam -r operas suas locasset *eqs.* FIRM. math. 3, 5, 25 faciet ... aut iure peritos aut scribas aut -es (3, 10, 14 s. regis ... aut notarios -es principum). 3, 5, 26 -es earum sententiarum quae de hominum capitibus proferuntur (*cf.* 4, 14, 10). FILASTR. 142, 7 separatim quemque (*LXX interpretum*) iussit includi ... nullumque videre alium nisi solum -em qui interpretem exciperet dictitantem (*cf.* CASSIOD. hist. 5, 8 p. 991ᴰ. 12, 11 p. 1212ᴬ *al.* GREG. M. in euang. praef. p. 1078ᴬ). DAMAS. epigr. 57, 1 pater -r lector levita sacerdos. SCHOL. Iuv. 7, 104. MAXIMIN. c. Ambr. 19 p. 10, 23 *al.* AVG. epist. 141, 2 p. 236, 23 ut bini *notarii* cum -bus iudicis alternarent. c. Cresc. 3, 29, 33 p. 439, 8. coll. c. Don. 2, 2 p. 49, 2 cum -es cum conscriptione gestorum occurrere non valerent (*al.*). in euang. Ioh. 45, 9 ᶠⁱⁿ· quando iudex loquitur per praeconem, -r non facit. *al.* NOT. dign. or. 6, 77 -es et ceteros apparitores (*cf.* 20, 18 officiales. 43, 13 cohortalinos). 13, 32 secundocerium officii, qui primicerius est -um (occ. 11, 98 CASSIOD. var. 11, 25 CIL X 1387). *al.* COD. Theod. gest. in sen. 8 Laurentius -r ... senatus edidi (CIL XV 7174. *cf.* PAP. dipl. Marini 88ᵃ [*a. 572*], 2, 13 except(or) curiae civ. Rav(ennatis)). 6, 26, 16 ab -bus usque ad melloproximos. 6, 30, 5 -um scrinia (10, 20, 18 *al.*). 8, 1 de numerariis actuariis scriniariis et -bus (*cf.* COD. Iust. 12, 49). 12, 1, 151 excepto magistratu et -e publico. *al.* CONC.ˢ II 2, 1 p. 56, 28 (*gr.* II 1, 1 p. 149, 30 ἐκσκέπτορος). ENNOD. opusc. 3, 9 p. 333, 7. 4, 10 p. 385, 20 inter ecclesiasticos -es. COD. Iust. 1, 27, 1, 28 schola -um. *al.* PASS. Cassian. 1 militaris -r. *in titulis* (*cf. Ruggiero, Diz. epigr. s. v.; v. et p. 1225, 71 sqq. l. 20 sq.*): CIL VI 1056 (*a. 205*), 2, 69 ex(ceptor) pr(aefecti) (*cf.* INSCR. christ. Diehl 449 ex -e praef. praet. 450 [*a. 331*] -i praef. vig. 451ᵃ [*a. 402*] -r ⟨pr⟩aef. urbi). 1057 (*a. 210*), 7, 34. 1101 (*a. 251*) principi iuventutis ... argentarii et -es itemque negotiatores vini. 2977 -r presidi⟨s⟩ provinci⟨ae⟩. VIII 17896 (*a. 361/63*), 34. 706 -i offi⟨cii⟩. 706 adn. INSCR. Mém. de l'Inst. d'Arch. Orient. 42 (1926), n. 1822ᵇ Latiebis (?) exscept(or) Latin(us) inspexi. INSCR. RevA. 30 (1929), p. 380 n. 62.

exceptōrius, -a, -um. *ab* exceptus. *scribitur* scept-: GLOSS. II 592, 48 IV 566, 43 V 610, 30. *v. et l. 49. 66.* -ptur-: *l. 49. 51.* *qui ad excipiendum factus est*: VLP. dig. 33, 7, 8 pr. quali vindemiatorii -iique, in quibus uvae comportantur. PASS. Maximae, Secundae etc. Anal. Boll. 9, 1890, p. 116, 2 corpora posita sunt in amphitheatro in loco -o.

neutr. subst. **exceptōrium,** -ī. GLOSS. II 289, 41 -um ἐκδοχεῖον. 578, 56 acceptio, exceptio. **1** *proprie*: **a** *-um aquae, i. q. cisterna, piscina*: INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 268 (*a. 214*) -a Antoniniana a solo p(ropria) p(ecunia) ⟨fecit⟩ (*cf. ibid.* 285 solidavit piscinam novam ... redditis veteribus -is. CIL VIII 4291 Genio fontis -um ... extruxit [5335]). ITIN. Burdig. p. 590, 9 W. sunt ibi et -uria (scept- *V*, -uriae *S*) magna (magne *S*) aquae subterraneae et piscinae (*cf.* VVLG. Sirach 39, 22 aquarum [*gr. 39, 17* ἀποδοχεῖα]). p. 594, 5 -uria (-uriae *S*), unde aqua lavatur. *cf. infra l. 65.* **b** *-um lactis, i. q. vas*: AVG. in psalm. 143, 6 p. 1859ᵐᵉᵈ· lapidem de flumine in -o lactis pone (*cf. ibid. 2 p. 1857*ᵐᵉᵈ· in vase pastorali, quo lac mulgere consueverant). **c** *de cavernis corporis* (*per imag.*): AVG. serm. 291, 3 non venit *angelus* ad -um ventris (*i. matrem*), sed ad fontem seminis (*i. patrem Zachariam*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31 p. 403ᴬ pulmo ... est aeris -um per insitam arteriam quae ad os usque pertingit. **2** *tropice*: IREN. 4, 11, 2 -um ... bonitatis et organum clarificationis eius homo (*ibid.*). AVG. serm. 32, 2, 2 -um cordis sui in fluenta scripturae divinae patefaciunt (PS. AVG. serm. 140, 4. *cf.* PS. AVG. serm. 28, 4 -a c. vel pectoris [10, 5 pectoris. 249, 2 FAVST. REI. serm. 11 p. 264, 6. 30 p. 340, 22 CAES. AREL. serm. RevBén. 23 p. 362, 15; scriptura *trad.*]).

?*fem. pro subst.* **exceptōria,** -ae. GLOSS.ᴸ I Ansil. EX 206—7 (*cf.* III Abstr. EX 83) -a cisterna, lacus, collectoria (GLOSS. IV 566, 43 sceptoriae cisternae [V 610, 30]. *al.*). *cf. l. 49. 51.*

exceptus, -a, -um *v. s.* excipio *p. 1250, 35.* **exceptum,** -ī *n.* *v. ibid. p. 1250, 46. 1253, 37.*

excerebro, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* cerebrum. NOT. Tir. 78, 42 -at. CHAR. gramm. p. 472, 14 B. *inter verba coni. I*ᵃᵉ. GLOSS. ἐξεγκεφαλίζω. *i. q. cerebro privare*: **1** *proprie, i. q. cerebrum excutiendo necare*: VVLG. Is. 66, 3 mactat pecus, quasi qui -et canem. OP. imperf. in Matth. 46 p. 895ᵐᵉᵈ· misi Ezechielem, et tractum super lapides -asti eum. **2** *transl., i. q. sensum adimere, dementem facere*: TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 451, 18 -tus es novo vino. SCHOL. Hor. carm. 4, 11, 28 Bellerophon terram respiciens stupefactus et -tus cecidit. gloss. Γ sat. 1, 9, 11 ira -tus.

ˣ**excerno,** -crēvī, -crētum, -ere. *ab* ex *et* cernere. *part. fut.* -turus *p. 1227, 23.* NOT. Tir. 25, 77 -it. ? *intransitive v. p. 1227, 28.* GLOSS.ᴸ III Abol. EX 138 -tos segregatos (I Ansil. EX 155 [excaecatos *trad.*]). *v. et s.* excresco *p. 1284, 58.* *legitur inde a* LIV. [*it.* scernere, *prov.* eisernir. *M.-L.*] [*variat c.* excerpere: *p. 1227, 15.* *c.* secernere: *p. 1227, 16.* *v. et p. 1227, 27.*]

1 *i. q. secernere, eligere* (*quasi cribro. indicatur unde p. 1227,* [Rehm]

77*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2. 4. 9. 15 al.): **a** *proprie* (*obi. est id quod -endo purgatur: l. 6. in imag. l. 9*): VITR. 2, 4, 2 de fluminibus aut e glarea erit -enda *harena* (HIER. adv. Iovin. 1, 12 p. 227^B de luto ... aurum). COLVM. 8, 4, 1 furfures modice a farina -ti. PLIN. nat. 10, 115 *ex conchis* esculenta eligit, testas -ens. 34, 131 crassiore lotura digitis scabritiae -untur. *nota* (*v. l. 1*): COLVM. 2, 20, 5 frumenta sic sunt aggerenda, ut omni flatu possint -i (*cf.* PAVL. NOL. epist. 11, 7 p. 66, 7 puram similaginem mola mundi cordis -tam). NOVATIAN. cib. Iud. 1 p. 226, 20 sincerum evangelium et -tum ab omni ... labe.

inde (*cf. p. 1284, 58*) *n. plur.* **excrēta,** (-ōrum) *pro subst.*: COLVM. 8, 4, 1 -a tritici minuta commode dantur (8, 8, 6).

b *translate* (*singulariter i. q. discernere l. 19*): LIV. 9, 46, 14 ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam -tam in quattuor tribus coniecit. 28, 39, 10 ex captorum numero -tos (*P*, excerptos *Σ*) Saguntinos in patriam remisit. GRATT. 289 inde (*i. e turba*) -ere pravos. CVRT. 10, 2, 9 priusquam -ret (sec- *l. v.*) quos erat retenturus. RVSTIC. c. aceph. p. 1243^D parati sumus gloriosorum testimonia magistrorum iam pridem -ta diffundere. *nota* (*v. l. 12*): TERT. pudic. 21 p. 268, 29 -ens inter doctrinam apostolorum et potestatem.

2 *i. q. egerere ex corpore, t. t. medic.* (*absol. l. 24*): CELS. 1 prooem. 55 parum. 2, 7, 14 purulentum aliquid. 2, 8, 12 quae per deiectiones -untur. 4, 1, 7 quae -turi sumus. 4, 1, 9 *intestinum* hinc dextra recurvatum in imo dirigitur, qua -it. 5, 26, 17 semen vel urinam vel ... stercus. *al.* ORIBAS. syn. 6, 15 p. 106 quae per secessus -unt, frigidiora sunt et cruda (*gr. 6, 14, 3* ἐκκενοῦται). ALEX. TRALL. 2, 52 si ... nihil dignum -atur (exercuatur *cod.*) vel emittatur per ventrem (*gr. 2 p. 323 P.* ἐκκρίνων). *?intrans.*: ALEX. TRALL. 2, 51 fit ... ex abundantia colerum ... irritata natura -entium (*gr. 2 p. 321 P.* χολῆς ... πρὸς ἔκκρισιν ἐρεθιζούσης τὴν φύσιν).

deriv.: 1. excrementum.

***excerpo** (excarpo, scarpo), -psī, -ptum (-psum, -cars-), -ere. *ab* ex *et* carpere (*de -ar- in -er- abeunte v. Skutsch, Kl. Schr. p. 497*). *de formis*: CONC. Tur. a. 567 p. 131, 13 scarpsa lectio de aliis libris. GLOSS. V 547, 44 -pta excarsa (*cf. Loewe, Gloss. nom. p. 171. Lindsay, Paleogr. Lat. 2 p. 21. Svennung, Unters. Pallad. p. 468, 5*). *v. et l. 39. inde it.* scarso *al.* (*v. ALL 1, 1884, 28. 2, 1885, 279*). NOT. Tir. 89, 40 -it. 41 -psit. GLOSS.^L II Philox. EX 30 -it ἐξανθίζει. III Abol. EX 81 sequestrat. GLOSS. V 578, 15 scarpo eligo. *legitur inde a* TER., CIC.; *adamat* SEN. phil. [*variat in codd. c.* excernere: *v. supra l. 15. c.* excipere (*maxime in formis supini; sed confusae esse videntur non tam litterae quam notiones, cf. infra l. 58 et v. s.* excipio *p. 1253, 14*): CYPR. test. praef. p. 36, 1 -ptis capitulis. EXEMPL. auctor. (Cod. Theod. ed. Mommsen p. XXXIII) haec quae -pta (excerta [*cf. p. 1228, 19*], excepta *l. v.*) sunt. *ex coni.*: PORPH. Hor. epist. 1, 3, 15 libros in bibliothecam ... receptos -ere (excip- *trad.*). AVIAN. fab. 30, 5 *sus* in -pti (excepti *trad., alii alia*) deprensus crimine campi. COD. Iust. 1, 17, 2, 17 (exceptum *trad.*). VIRG. gramm. epit. p. 92, 24 libris -pta (excepita *N*; *cf. Stangl, Virgiliana p. 44. 69*). *v. et p. 1228, 26.*]

i. q. excernere, eligere (*indicatur unde: dat. aut abl.: l. 54. 67. p. 1228, 9. al.* ab: *l. 76.* de: *l. 61. 70. p. 1228, 5.* ex: *l. 64. 80. p. 1228, 1. acced.* in *finale: l. 74. reflex.: l. 62. 68*):

A *proprie*: HOR. sat. 2, 3, 272 -ens semina pomis. SEN. epist. 95, 27 testas -ere atque ossa (*sc. e cibis*).

B *translate*: **1** *generatim* (*transit ad not. verb. q. s.* 'evellere', 'exstirpare': *l. 60. 66;* 'segregare': *l. 68;* 'eripere', 'liberare': *l. 67;* 'excipere': *l. 71 sq.* [*inde per quandam confusionem fluxisse vid. l. 76; cf. l. 41 sq.*]): TER. Phorm. 698 nihil est ... quin male narrando possit depravarier; tu id quod bonist -is, dicis quod malist. CIC. de orat. 2, 47 non ... si est facilius *genus demonstrativum*, eo de numero ... est -endum (HOR. sat. 1, 4, 40 ego me illorum ... -am n. SEN. dial. 12, 17, 3). off. 3, 3 non solum ex malis eligere minima oportere, sed etiam -ere ex his ipsis, si quid inesset boni (SEN. benef. 2, 29, 5 epist. 106, 3 LVCAN. 5, 186). VAL. MAX. 7, 3, 2 cum a rege ... omnem nobilitatis indolem -i (extirpari *Gertz*) ... animadverteret. SEN. benef. 4, 28, 1 singulos. dial. 9, 13, 3 casibus hominem. 10, 18, 1 -e ... te volgo (epist. 5, 2 nos hominum consuetudini. 18, 4 se). epist. 2, 4 unum. QVINT. inst. 10, 1, 45 paucos (TAC. dial. 26). IVV. 6, 62 inde. TERT. idol. 14 p. 47, 8. pudic. 12 p. 242, 8 crimina quae ... de lege pristina -unt *apostoli* (SYMM. epist. 9, 18 de ... gregibus equos. AMM. 20, 4, 3 *al.*). VOPISC. Aurelian. 42, 6 Decios (*i. excipere*). SYMM. epist. 8, 34 occasionem debet -ere scribentis electio. *al.* SERV. georg. 1, 77. PAVL. NOL. epist. 18, 4 p. 131, 23 in vas electionis. *nota* (*v. l. 58*): HIL. in psalm. 118 aleph 15 p. 369, 8 Iob deus temptationi permittens a iure diaboli potestatem animae eius -sit.

2 *speciatim de -endo ex scriptis*: **a** *obi. est id quod eligitur* (*obi. effectum p. 1228, 2; pendet interrog. l. 82, v. et p. 1228, 27*): CIC. inv. 2, 4 quod quisque *scriptor* commodissime praecipere videbatur, -simus. LIV. 24, 18, 7 nomina ... ex ... tabulis (QVINT. inst. 9, 1, 24 exempla. SVET. Aug. 86, 3 *al.*). SEN. epist. 33, 3. QVINT. inst. 7, 1, 29 solebam et -ere, quid mihi cum adversario conveniret. FRONTIN. strat. 1 praef. notabilia. TAC. dial. 22 nihil. PLIN. epist. 6, 16, 22. SVET. Aug. 89, 2 ad verbum (AVG. civ. 2, 9 p. 63, 23 D. *al.*). FRONTO p. 18, 14 N. *al.* DIG. de conc. dig. (Dig. I p. XXVII*) 3 ex collectione ... tripertiti voluminis uno libro -pto (*cf.* FIRM. math. 8, 3, 5 tractatum. MART. BRAC. form. vit. 1 libellum. *aliter l. 10*). GELL. praef. 11 (*syn.* notandis). APVL. apol. 82. TERT. adv. Prax. 20 p. 263, 5 de scripturis (CYPR. testim. 3 praef. p. 101, 7 HIER. epist. 29, 3, 3 *al.*). GENNAD. vir. ill. 13 conposuit trochaeum (*?, cf. vol. V 1, 1557, 14*) de toto veteri et novo testamento personis -ptis. RVFIN. hist. 4, 26, 14 eglogas tibi, id est -pta testimonia ... transmisi. PRVD. apoth. 312 exempla ... libris. *et al.* **b** *obi. est id ex quo -itur*: PLIN. epist. 3, 5, 10 nihil ... legit quod non -ret. 6, 20, 5 librum (*aliter l. 2*). APVL. apol. 83 epistulam. IVL. HON. cosmogr. A 1. SIDON. epist. 9, 9, 8 volumen. **c** *absolute*: PLIN. epist. 3, 5, 10 GELL. praef. 2.

inde p. p. p. ***excerptum,** -ī *n. pro subst.* (HIER. in Is. prol. p. 21^A σημειώσεις quas nos -a possumus appellare. hom. Orig. in Ier. prol. p. 585^A -a, quae Graece σχόλια nuncupantur [ISID. orig. 6, 8, 1]): AVR. Fronto p. 34, 13 N. feci ... -a ex libris sexaginta in quinque tomis. p. 56, 11. p. 105, 5 Enni -a (*i. ex Ennio. cf.* HIER. epist. 33, 4, 9 Origenis). p. 253, 4 Coelianum -um (excertum *trad.*). FRONTO p. 107, 11. 14 N. HIER. epist. 33, 4, 2 scripsit ... in exodum -a. *al. et al.*

deriv.: excerptim, excerptio.

excerptim *adv. ab* excerpere. *i. q. carptim, obiter*: ENNOD. opusc. 3, 195 p. 382, 3 triginta *annos* in hac sacerdotali, qualem etsi -m lector attendis scalptam, conversatione exemit.

excerptio, -ōnis *f. ab* excerpere. *i. q. locus ex libro excerptus*: GELL. 17, 21, 1 excerpebamus (exercebamus *trad.*) ex libris ..., quibus temporibus floruissent ... viri, qui *eqs.* ... easque nunc -es ... cursim digessimus. RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 26, 4 -es ... intertexens sermonum conscripta conposuit. *v. et s.* exceptio *p. 1225, 18.*

excerptum, -ī *n. v. s.* excerpo *l. 14.*

excervīcātio, -ōnis *f. ab* ex *et* cervix. *vox ficta ab* HIER. *sec. gr.; pertinaciam interpretantur*: HIER. in Nah. 3, 1 p. 1254^A pherec malea, quod interpretatus est Aquila ἐξαυχενισμοῦ πλήρης, id est -e plena. *ibid. iterum.*

excervīco, -āvī, -āre. *aut ab* ex *et* cervix *et i. q.* 'exstirpare', 'evellere', *aut potius ab germ.* 'ut-kerven' *i.* 'concidere' (*v. Ducange s. v.; Beseler, ZSavSt. 49, 1929, 406*[3]). LEX Sal. 27 add. 4 si quis pomarium aut perarium -verit (decorticaverit *l. v.*). 34, 1 si quis ... tres cambortus (*i. palos saepis*) involaverit (violaverit *Beseler*) aut -verit. *Rehm.*

*?*oblitavit, desiit, **excessāvit** (et cess- *Linds.*) GLOSS.^L V Aa O 85.

excessio, -ōnis *f. ab* excedere. [*lectio falsa*: VVLG. IV Esdr. 14, 42 -es noctis *pro* ex successione notis.] **1** *i. q. mors*: HIL. trin. 10, 61 p. 391^A traditio spiritūs morientis -o est. HIER. hom. Orig. in Ier. 13 p. 686^C. **2** *actio exeundi*: SCHOL. Stat. Theb. 4, 599 in -e classis. **3** *i. q. peccatum*: PS. RVFIN. Ios. antiq. 12, 4 p. 341 pro -e Oniae (*gr. 12, 167* ἁμαρτημάτων). GREG. M. moral. 2, 73 p. 589^D se ... graviter vel pro levi motu -is (*i. violati praecepti*) affligunt.

*?***excessor** (-us *codd.*) praevaricator GLOSS.^L V Aa E 697 (*at v. p. 1230, 11*).

excessus, -a, -um *part. v.* excedo *p. 1205, 34.*

***excessus,** -ūs *m. ab* excedere. -ciss-: *v. p. 1229, 48. notatur* exc: *p. 1229, 40;* e: *p. 1229, 39. dat. sg.* -ui: ENNOD. epist. 5, 25, 1 p. 145, 10. COD. Iust. *p. 1230, 41. plur.: gen.* -uum: ENNOD. *p. 1230, 35.* GREG. M. epist. 3, 53 p. 210, 14 *al. abl.* -bus: SOL. *l. 68 sq. 80 al.* AMM. 24, 4, 10. CLAVD. DON. *infra l. 81. et passim.* GLOSS. ἔκβασις, παρέκβασις (*v. p. 1229, 3. 13*), ἔκστασις ἡ τοῦ λογισμοῦ (*v. p. 1229, 67*). GLOSS.^L V Abba IN 76 in -u in pavore. 77 in extasi in -u (*v. p. 1229, 67*). *al.* [*dub.*: VVLG. IV Esdr. 4, 34.]

1 *localiter*: **a** *actus exeundi, abeundi*: **α** *proprie i. q. abitus, discessus*: VELL. 1, 51, 1 post -um eius; *opp.* dum Hannibal in Italia moratur. SEN. dial. 9, 4, 7 (*in imag.*) *virtus si* precarios habet -us cogiturque vela contrahere. PAVL. NOL. carm. 23, 64 abire ... -u facili. epist. 1, 10. ZACCH. 3, 5 p. 1156^B post beatae sedis (*i. ex paradiso*) -um. FIRM. math. 5, 4, 17 post -um Saturni *planetae*.
β *i. q. deviationes, ambages*: VAL. MAX. 9, 9, 2 crebros -us viae petit. PHOEBAD. c. Arrian. 22 (*in imag.*) ut in ruinam mergant -us (*sc. a via*). *sim.*: SOL. 5, 24 flamma ... flexuosis -bus vagabunda (AMM. 24, 4, 10). **γ** -us *fluvii extra ripas*: SOL. 32, 9 de -bus *Nili*. 32, 11. 12 tumoris. 37, 2 inundationis annuae -bus *Euphratis*. AVG. gen. ad litt. 5, 10 p. 154, 3. *maris*: ZACCH. 1, 25 p. 1093^D mare -um modumque ([*cf. p. 1230, 50*]. *i. aestus*) custodiens. **δ** *in altitudinem*: AMBR. Isaac 5, 49 ut ad meliora ... ab inferioribus faciamus -um. PS. AVG. serm. 208, 1 p. 2130^init. Virginis ... -u *i. ascensione in caelum.*

b *res aliquo se extendens*: **α** *i. q. pars eminens, excrescens, procursus*: CELS. 8, 1, 19 humeri caput ... parvo -u vertici ... ossis inseritur. 8, 1, 27 *os* -us habens; *opp.* sinuatum. TERT. nat. 1, 12 p. 82, 4 crux ... cum antemna ... et cum illo sedilis -u. SOL. 9, 2 montanis -bus (AMM. 18, 6, 15). AMM. 18, 8, 9 Tauri montis. 24, 4, 10 flexuosis. CLAVD. DON. Aen. 7, 339 p. 55, 6 ut ex his, quae essent sata, alia rursum fecundis -bus pullularent. **β** *loca excelsa caeli*: SEDVL. op. pasch. 1, 14 p. 185, 20 *Elias* flammeis raptus ... curribus per illos clarae serenitatis -us (*cf. carm. pasch. 1, 179*

[*Leumann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aurea ... evectus in astra). *γ pars extrema*: ITALA Ios. 15, 7 (Lugd.) est eius *sortis terrae* -us fons Rogel (*διέξοδος*, *Vulg.* exitus).

2 *t. t. rhet.*: *i. q. digressio*, *παρέκβασις* (GLOSS. *v. p. 1228, 57*): **a** *rhetorica*: *α inter alias orationis partes*: SEN. contr. 7 praef. 2 propositionem ... exsecutionem ... -us ... indignationes, epilogum. QVINT. inst. 3, 9, 1 prooemium, narratio *eqs.* ...; his adiecerunt quidam partitionem, propositionem, -um. IVL. VICT. rhet. 14 p. 421, 16 principia, narrationem, -us, quaestiones, epilogos (18 p. 430, 28 DRAC. Romul. 5, 118. *cf.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 306, 4 St. pr. ... narr. ... -us ... summam). ENNOD. dict. 21, 17 p. 487, 24. *β pro termino technico (defin.)*: QVINT. inst. 3, 9, 4 egressio ...; vel quod usitatius esse coepit, -us. FORTVN. rhet. 2, 12 p. 108, 25 *διέξοδον* id est -um (*cf.* 2, 20 p. 113, 15 -um, quem *διέξοδον* vel *παρέκβασιν* Graeci vocant). 3, 12 p. 128, 10. SERV. Aen. 11, 724 ecbasis poetica id est -us. *γ de usu digressionis*: TAC. dial. 22 Cicero ... otiosus circa -us. PORPH. Hor. carm. 1, 2, 9 hi -us lyricis concessi sunt. 3, 11, 25. SCHOL. Hor. ars 14 -us ... aspergere. SCHOL. Cic. Bob. p. 83, 31 St. in -um locus totus effunditur.

b *scriptores*: PLIN. nat. praef. 12 neque admittunt *libri mei* -us aut orationes sermonesve. PLIN. epist. 9, 26, 9 pulcherrimo. MAECIAN. dig. 28, 5, 87, 1 non ab re ... hoc loco velut -us hic subiungitur *in testamento*. TERT. nat. 1, 13 p. 84, 7 ab -u revertar (praescr. 31). anim. 25 p. 340, 11. PS. HIL. libell. 19 p. 748^B -um fecisse a proposito tractatu (CASSIAN. conl. 6, 11, 12 a pr. narratione. *al.*). AMM. 22, 9, 6 per -um (27, 4, 1 brevem. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 129, 12 B. princ. 4, 3 [10] p. 311, 24 *al.* GREG. M. in euang. 26, 6 p. 1201^B *al.*). 23, 6, 1 in -u celeri. *al.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 2, 1 p. 142, 9 -u ... uti (Orig. princ. 1, 4, 2). Orig. in cant. 1 p. 105, 32 B. paulo latiori -u (*cf.* 3 p. 174, 4 longior). CASSIAN. conl. 23, 8, 2 ut non *sancti* ad ea *mundana* brevi rapiantur cogitationum -u; *seq. syn.* naturalem pervagationem mentis. *al.* SIDON. epist. 4, 3, 4 voluptuosis.

3 -us *e vita, i. q. mors (saepe de obitu impp. [regum] consecratorum. v. l. 34. 36. 38. 41. 50 al. cf. p. 1207, 1 sqq. et Wölfflin, Ausgew. Schr. p. 60)*: CIC. rep. 2, 23 post Romuli -um ([2, 52 post obitum vel potius -um Romuli. leg. 1, 3 suum]. FEST. p. 340 *s. v.* Silvi. VAL. MAX. 4, 3, 4 eius. SVET. Tib. 70, 3 Augusti [Cal. 9. 48, 1]. Vesp. 3 *al.* TERT. test. anim. 4 p. 140, 10 tui [*cf.* RVFIN. hist. 5, 9 sui]. CAPITOL. Aur. 1, 10 *al.* AMM. 17, 1, 14 Constanti. 26, 4, 6 Ioviani. 27, 12, 1 Iuliani. *al.* CIL XI 40 [*Ravennae*] p(ost) e(xcessum) [*item* 107. 352]. 119 p(ost) exc(essum) eor(um). 198 p. exc. e. *et al. saepe.* *cf.* ab -u *illius*: TAC. ann. tit. ab -u divi Augusti. CIL XI 6481. 6577 *al.*). CIC. fin. 3, 60 et -um e vita et in vita mansionem (VAL. MAX. 1, 8 ext. 10 voluntarium [*cf. l. 58*]. 9, 13 praef. et fortuitos et viriles. SEN. epist. 26, 4 repentinus). Tusc. 1, 27 vitae (VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 TERT. resurr. 22 p. 54, 24 PROB. Verg. georg. 1, 14. VVLG. II Macc. 4, 7 Seleuci. 10, 9. CIL XIV 2410, 9 eius. *et al.* *cf.* HIL. trin. 12, 57 p. 471^A spiritūs mei. CASSIAN. conl. 1, 14, 7 post huius commorationis -um). CVLEX 302 in -um (excissum *codd.*). VAL. MAX. 3, 2, 13 clarissimi -us (5, 6 ext. 3 tam memorabili eius -u. *cf.* 9, 12 ext. 2). 9, 12 ext. 3 *plur.* SEN. nat. 1, 1, 3 circa divi Augusti -um (TAC. ann. 1, 14 ob. SVET. Tib. 22. Cal. 1, 1 *al.* [*v. l. 32. 36. 41*]). PLIN. nat. 4, 98. TERT. anim. 54 p. 387, 4. resurr. 43 p. 89, 9 de corpore (*cf.* VEREC. in cant. 5, 4 corporis). uxor. 1, 6 p. 678 Oe. *al.* CYPR. epist. 9, 1 p. 488, 22 *al.* MOYS. Cypr. epist. 31, 2 p. 558, 12 (*plur.*). CYPR. mort. 15 p. 306, 11 salutaris. *al.* VVLG. Luc. 9, 31 -um eius quem completurus erat (*τὴν ἔξοδον*). PAVL. NOL. carm. 27, 153. SVLP. SEV. Mart. 23, 1 felici. CIL V 2117, 3 post finitae mortalitatis eius -um. XIII 2027 XIV 244. *et al. saepe.* *nota de voluntaria morte*: PAVL. NOL. epist. 45, 4 p. 383, 1 carnalem resolutionem voluntario praevenimus -u (*i. e saeculi vita*). *v. et l. 43.*

4 *de temporis spatio peracto*: COD. Iust. 4, 30, 14, 2 post -um ... *tot* dierum. 5, 60, 3 annorum. 7, 62, 37, 3. 9, 44, 3.

(III) *varias res* (*audacius infra l. 70*): CIC. Rab. Post. 42 sunt ea quidem magna ..., sed magnis -ta sunt praemiis. Mil. 18 tragoedias. fin. 4, 18 amplitudines ... bonorum (*cf.* PELAG. in Rom. 5, 7 p. 43, 6 magnitudo beneficiorum -at in se magnitudinem caritatis). Tusc. 5, 46 nobilitatem famamque. Cato 40 stupra ... et adulteria ... -ari ... inlecebris ... voluptatis. off. 2, 48 gloriam (*v. app. crit.*). epist. 11, 17, 1 *ambitum*. LIV. 26, 30, 4 tyrannidem ... Leontinis. 34, 4, 9 legem Liciniam. VITR. 5, 5, 3 vox ... feriens ... vasorum cava -verit auctam claritatem. CELS. 1 prooem. 46 morbos (*cf.* 1, 10, 4 pestilentiam. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 86). PETRON. 2, 2 inanibus sonis ludibria. PLIN. nat. 27, 82 ubertatem lactis. VOPISC. Prob. 19, 5 *leones* rugitibus suis tonitrus -bant. ARNOB. nat. 1, 5 p. 7, 25 fecimus atque -vimus causas (FIRM. math. 3, 6, 9 AVG. civ. 4, 15 p. 165, 9 D. FAVST. REI. grat. 2 p. 62, 9 [*iuxta* praefigit]). FIRM. math. 6, 22, 12 misera matrimoniorum infortunia. *al.* AMM. 20, 9, 9 novarum rerum materias (*al.*). 27, 3, 11 negotium. CONSVLT. Zacch. 2, 19 p. 91, 29 ne qua ... ambiguitas -etur. VAL. CEM. hom. 6, 5 p. 711^{B} iniuriam (*syn.* parent). 13, 5 p. 733^{A} duplices in se plagas -at qui repugnat. MAX. TAVR. serm. 56 p. 644^{A} Agnes ... de se magnum pudicitiae -vit exemplum (*v. l. 52*). *et al.*

II ***praevalet notio erigendi, sublevandi*** (*v. et p. 1257, 74. 1259, 38*): **A** *proprie* (*in imag. p. 1262, 3. 5. 7; et c. not. mera 'sublevandi' et c. not. 'sursum dirigendi' [cf. erigo p. 777, 78]: sic e. g. l. 75. 81. p. 1262, 1*): **1** *generatim*: CIC. leg. 1, 26 hominem ... ad caeli ... conspectum -vit *natura* (nat. deor. 2, 140 humo. LACT. inst. 2, 17, 9 *al.*). VITR. 7, 1, 2 clavi figantur, ubi nulla ex parte possint se torquendo anguli -are. 10, 3, 3 pondus oneris. 10, 14, 2 trabes ... in altitudine (-e⟨m⟩?) -ti pedes *tot.* CELS. 7, 26, 5^{B} coxae paulum -entur. 8, 4, 9 caput altius (*cf. p. 1262, 7*). 8, 5, 1. 8, 5, 3. 8, 5, 6 in suas sedes. 8, 12, 3. COLVM. 5, 6, 23 in superius tabulatum -bitur *palmes.* MART. 8, 64, 10 tumor -et papillas. ITALA I reg. 2, 8 (Tert. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 11) qui -at pauperem de terra (ἀνιστᾷ, *Vulg.* suscitat). Matth. 12, 11 (cod. k); ἐγερεῖ, *Vulg.* levabit. *al.* CYPR. epist. 67, 8 p. 742, 11 ad gloriam (*syn.* exaltat, *opp.* deprimit). ARNOB. nat. 7, 32 p. 266, 11 (*syn.* tollitur). HIL. trin. 8, 55 p. 277^{C} ingenii aculeos (AMM. 29, 2, 6 [extabat *V*]). PS. AMBR. apol. Dav. II 4, 27 p. 375, 12 haeresim ... diversa contra ecclesiam -antem (exercit- *l. v.*, exert- *Petschenig*) ora conspicio. PS. ORIG. in Iob 1 p. 433^{D} sursum (*opp.* demersit). PRVD. cath. 4, 70 -vit in caelum faciem. ham. 379 animum ... in altum. psych. 732 editiore loco, tumulus quem ... -at in speculam.

nota structuram: PRVD. perist. 4, 13 caput (*cf. p. 1261, 79*) -ta obviam Christo ... ibit civitas.

2 *speciatim: aedificia sim.* (*c. not. q. e. 'sursum' evanida: l. 20. 24. c. not. restituendi: infra l. 26. cf. infra l. 40*): CIC. leg. 2, 68 nec e lapide -ari plus nec imponi, quam quod capiat laudem mortui. CAES. Gall. 3, 14, 4 turribus ... -tis (5, 40, 2 ex materia. civ. 1, 25, 10. HIRT. Gall. 8, 9, 3 in altitudinem trium tabulatorum. LIV. 23, 37, 2 SEN. benef. 6, 15, 8 *al.*). VERG. georg. 4, 549 aras. LIV. 25, 22, 8 castella (SOL. 1, 13). 29, 18, 17 ad aliquantum iam altitudinis -ta erant moenia. 38, 3, 11 aggeres. S. C. de aedif. (CIL x 1401) 42 nova. SEN. contr. exc. 5, 5 -ti in immensam altitudinem parietes. SEN. benef. 3, 32, 4 qui tot in urbe maxima opera -vit (epist. 88, 28 a solo. FRONTIN. aq. 124). 7, 31, 5 domos. epist. 51, 11 aedificia (*al.*). *al.* CVRT. 7, 6, 26 munimenta. 8, 2, 24 molem. COLVM. 5, 9, 13 incilia. arb. 10, 4. PLIN. nat. 2, 181. 7, 96 -tis ... tropaeis. SVET. Aug. 29, 1 templum (ITALA Marc. 14, 58 [cod. e k *al.*]; οἰκοδομήσω, *Vulg.* aedificabo. *cf.* SVET. Dom. 5 aedem). Claud. 1, 3 tumulum. FLOR. epit. 1, 1, 7 urbem (*cf.* SOL. 48, 4 oppidum). 2, 6, 6 rogum. SOL. 2, 47 puteos. PALLAD. 1, 34, 4 macerias luto. ANON. de mach. bell. 6 p. 10 in -andis armorum generibus. *et al.* *nota* (*v. supra l. 10*): SEN. Tro. 740 has ruinas urbis in cinerem datae hic -bit? epist. 91, 13 ut in melius -retur *patria civitas consumpta.* PANEG. 3, 4, 5 urbes ... ex favillis et cineribus. VVLG. Ioh. 2, 19 in tribus diebus -bo illud *templum* (ἐγερῶ).

B *tropice, i. q. recreare, confirmare* (*v. et p. 1259, 71. 1260, 23*): CIC. Cluent. 68 promissis suis eum -vit abiectum (Att. 1, 16, 8 *al.*). dom. 96 iacentem (Marcell. 23 Brut. 13. SEN. clem. 1, 12, 4 in audaciam. PANEG. 4, 3, 3 [*iuxta* recrearit erexerit]). Sest. 1 rem publicam adflictam (de orat. 1, 32 Att. 8, 11 d, 6 *al.*). Att. 1, 16, 8 (*iuxta* confirmans. ad Brut. 1, 13, 2). epist. 2, 16, 1 qui ab -ta fortuna ad inclinatam et prope iacentem desciscerem (TAC. hist. 2, 46). 6, 1, 5 cunctantem et diffidentem. LIV. 25, 37, 10 -antibus centurionibus manipulares *lamentantes.* SEN. contr. 10, 2, 17 hostium animos (SEN. dial. 7, 13, 3. CVRT. 9, 2, 30 infractos. *cf.* animam: EVSTATH. Bas. hex. 9, 1 p. 957^{A} ad -andas ... aedificandasque *a.* [*gr. p. 189^A* εἰς οἰκοδομὴν καὶ καταρτισμόν. *cf. supra l. 9*]. MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 2 p. $409^{med.}$ [*syn.* recreat. *gr. p. 193^{init.}* ἀνίστησι καὶ ἀνακτᾶται]. *aliter p. 1259, 34*). CELS. 1, 1, 4 concubitus ... rarus corpus -at, frequens solvit. SEN. dial. 11, 1, 1. epist. 74, 1 marcentem (89, 18 PLIN. nat. 22, 81). PLIN. nat. 19, 92 defectūs ... stomachi (*cf. p. 1259, 76*). CASSIOD. Didym. in I Petr. 2, 7 p. 20, 4 -ans eos qui corruerant.

structurae selectae (*v. et l. 7. struct. dub.*: ARNOB. nat. 7, 22 p. 255, 9 vitula ... ⟨in⟩ [*add. Castiglioni*] nullius operis -ta conatus [*aliter Löfstedt, Arnob. p. 36*]): *indicatur finis ad quem -atur* (*sec. not. pleraque pertinent ad I B 1 a*): **ad** (*v. et p. 1257, 70. 1258, 36. 76. 1260, 17. l. 15. p. 1263, 5 sq. 13. aliter p. 1259, 20. 36. 1263, 14*): CIC. Cluent. 172 ad accusandum (Catil. 4, 16 p. red. in sen. 24 har. resp. 43. Planc. 69 [*syn.* stimulari]. div. 2, 56 *gallos* ad canendum. Att. 2, 1, 2 *al.* LIV. 26, 36, 8 *al.* VAL. MAX. 7, 2, 1 QVINT. inst. 4, 1, 34 *al.*). Sest. 136 ad maiorum ... imitationem. Planc. 55 ad spem huius opprimendi. 59 ad laborem et ad laudem. Phil. 14, 20. Q. CIC. pet. 57 ad summum studium (CIC. off. 2, 2). CIC. de orat. 1, 202 populum ... ad decus (LIV. 2, 13, 6). 2, 338. top. 5 ad memoriam. nat. deor. 1, 4 ad veri investigandi cupiditatem. PLANC. Cic. epist. 10, 18, 3 ad hanc experientiam. CAES. Gall. 3, 10, 3 ad bellum. 6, 14, 5 ad virtutem (7, 80, 5). 7, 79, 3 ad laetitiam. LIV. 1, 39, 4 ingenia ad magnae fortunae cultum. SEN. contr. 9, 6 (29), 18 ad ultionem. VAL. MAX. 3, 3 ext. 2 ad vigorem. SEN. epist. 56, 8 ad rerum actus. TAC. ann. 3, 69 ad meliora. GAIVS dig. 3, 4, 1, 2 ad sui defensionem. *et al.* **in** (*v. et p. 1258, 36. 1259, 80. 1260, 20. 40. l. 6. 13. 27. 32*): VERG. Aen. 3, 342 in antiquam virtutem animosque virilīs (QVINT. decl. 374 p. 414, 10). OV. am. 1, 6, 66 in ... suum miseros -at ales opus (PLIN. nat. 10, 46). SEN. dial. 3, 13, 4 in proelium. epist. 99, 16 in fletus. LVCAN. 2, 325. SIL. 7, 306 in curas. TERT. virg. vel. 3 p. 886 Oe. temerariam ⟨in⟩ audaciam. PORPH. Hor. carm. 4, 10, 14 in res venerias ... animalia. PANEG. 3, 6, 1 in ... furorem. EXVP. 1. HIL. in Matth. 25, 2 p. 1053^{C} usque in mutuum odium. AMM. 28, 5, 9 VVLG. psalm. 77, 17 GREG. M. moral. praef. 9 p. 521^{C} PASS. Petr. Paul. long. 11. *et al.* *dat.* (*aliter p. 1261, 43. 58*): COLVM. 10, 109 -et ut veneri tardos eruca maritos. TERT. anim. 56 p. 390, 22 anima ... ut et studeat ab infantia pueritiae delegata et militet ab adulescentia iuventa⟨e⟩ -ta et censeat a iuventa senectae ponderata.

pendet secundaria: ut (*v. et p. 1259, 55*): CIC. Verr. II 3, 132 haec te vox ... non ut capiti ... prospiceres -vit? II 5, 38. part. 121 -buntur ... animi, ut attendant. epist. 16, 18, 2 LIV. 44, 8, 4 IVST. 39, 2, 10 HIL. in Matth. 27, 4 p. 1060^{B} CASSIOD. Didym. in I Ioh. 3, 2 p. 52, 1. *alia*: BRVT. Cic. ad Brut. 1, 11, 2 -ari tuis laudibus ... poterit, quo magis amplexetur *eqs.* CAES. civ. 2, 4, 3 virginum precibus ... -ti, extremo tempore civitati subvenirent.

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pendet inf.: ARNOB. nat. 3, 11 p. 119, 11 vos -atis *deos* infestare ... terras. AVIEN. Arat. 1285 -at idem (*aries*) Persea ... sustollere verticis astra. AVELL. p. 200, 4.

reflex. (*v. et p. 1260, 29. 1261, 77*): CIC. Sest. 81 fuistisne vos ad patrium illum animum ... -turi? ad Q. fr. 1, 1, 3 si te ipse vehementius ad omnes partes bene audiendi -aris (SEN. Med. 902). SEN. dial. 9, 2, 11 grata omnis illi (*animo*) -andi se abstrahendique materia est (PRVD. perist. 3, 27 GREG. M. moral. 1, 34 p. 543ᴮ). CYPR. unit. eccl. 27 p. 232, 27 nos.

mediopass.: LIV. 45, 25, 1 tandem ... -ti curia excesserunt (*antea* prociderunt ... supplices). SEN. contr. 10, 4, 4 surge tu, mute: sed quid -aris? rogare non potes. SEN. epist. 67, 14 nihil habere ad quod -eris, ad quod te concites. 71, 23 prima luce -ari. CVRT. 8, 14, 36 ad notam vocem -tus. PLIN. nat. 23, 96 (*opp.* torpescunt). SVET. Cal. 38, 2 Nero 47, 3 APVL. apol. 42. PSALT. Cas. 34, 23 -are (ἐξεγέρθητι, *Vulg.* exsurge). PAVLA Hier. epist. 46, 3, 2 (*Eph. 5, 14* ἔγειρε, *Vulg.* surge). COD. Theod. 11, 36, 19. PETR. CHRYS. serm. 24 p. 269ᴮ (*syn.* evigilat).

?*intrans.*: CAES. AREL. serm. RevBén. 23, 1906, p. 42, 61 -emus (*leg.* -emur?) itaque, in quantum ... praevalemus.

p. p. p. **excitātus**, -a, -um *pro adi.* *comp. l. 26. 31. 33. 35. superl. l. 32.* *i. q. alacer, erectus, fortis, acutus* (*de sono sim.: l. 25. odore: l. 32. colore: l. 35, cf. l. 33*): CIC. Phil. 7, 26 -i erecti, parati armatique animis iam esse debemus, ne ... fallamur. rep. 6, 18 summus ille caeli stellifer cursus ... acuto et -o movetur sono ([*opp.* gravissimo. *v. p. 1260, 41*]. *cf.* LIV. 4, 37, 9 clamor -ior crebriorque ab hoste sublatus). leg. 2, 38 *vis sonorum* incitat languentes et languefacit -os. SEN. contr. 7, 4 (19), 8 nihil lene est, omnia -a et fluctuantia. 10 praef. 15 sententias dicebat -as. VAL. MAX. 3, 3 ext. 7 -a ⟨ac⟩ vivida ingenia (SEN. epist. 90, 13. HEGES. 1, 38, 3 p. 79, 7). 5, 7 ext. 1 -iorem (exercit- *A; ci. alii alia*) anhelitum ... recuperare. PLIN. nat. 20, 182 -issimi odoris *herba*. QVINT. inst. 9, 3, 10 hoc utroque -ius. 12, 10, 49 haec -iora lumina. PORPH. Hor. epod. 12, 13 -iorem venerem ... agam. CYPR. epist. 78, 1 p. 836, 16 -i sumus et robustius animati. AMM. 20, 11, 28 sequens *pars iridis* fulva, id est paulo -ior quam lutea.

adv. **excitātē** (*comp.* -ius). *i. q. vehementius, fortius* (*acced. ad adi. l. 41*): PLIN. nat. 37, 106 mares -ius fulgent. FORTVN. rhet. 3, 7 p. 125, 7 translatum verbum, si infrequentius positum fuerit et -ius dices insignius factum et notabile (*v. app. crit.*). AMM. 15, 8, 16 vultum ... -ius gratum. 18, 8, 4 -ius clamitantes. 31, 15, 10 -ius exsurgebant.

deriv.: excitabilis, excitamentum, excitatio, excitator (-trix).

compos.: coexcito, praeexcito.

excitor, -ōris *m.* *ab* excire. *qui excitat, excitator: legitur non nisi apud* HEGES. (*l. v.* excitat- *praeter* 5, 31, 1 p. 371, 1): 2, 10, 4 p. 160, 10 belli (3, 5, 3 p. 194, 8. 3, 26, 4 p. 238, 9 b. -es et perturbatores concordiae [*Ios. bell. Iud. 3, 541* στασιασταὶ καὶ φυγάδες]. 4, 7 p. 252, 18. 5, 31, 1 p. 371, 1).

excitus, -ūs *m.* *ab* excire. *i. q. actio exciendi, advocandi*: APVL. met. 6, 27 *virgo* vocis -u procurrens videt ... asino dependentem ... aniculam. *Rehm.*

[et **exclāmābilis** omnis iniquitas gentium *add.* VVLG. Sirach 10, 4 *cod. Amiat.* (*deest gr.*).]

***exclāmātio**, -ōnis *f.* *ab* exclamare. GLOSS. ἐπιφώνησις. [*legitur loco ceteroquin corrupto*: DON. Ter. Ad. 279.]

1 *praevalente vi activa*: **a** *generatim*: *i. q. actus exclamandi, clamor* (*iuxta pos.*: gemitus: *infra l. 65.* planctus: *infra l. 66.* *seq. oratio recta: infra l. 79 sqq.*): RHET. Her. 3, 12, 21 acutas vocis -es vitare ⌊debemus⌋ ([⌊ ⌋ *om. M*]. 3, 12, 22 acuta -o vocem volnerat). 3, 14, 25 in distributione (*sc. contentionis*) ⌊vocis ab imis⌋ (⌊ ⌋ *v. adn. crit.*) faucibus -em quam clarissimam adhibere oportet et quantum spatii ⟨in⟩ singulas -es sumpserimus, tantum in singula intervalla spatii consumere iubemur (CIC. Brut. 234). SEN. dial. 5, 4, 2 incerta verba *irati* subitis -bus. epist. 24, 14 iube conticiscere gemitus et -es (CAEL. AVR. chron. 4, 8, 110. *cf.* PS. QVINT. decl. 8, 5 ad nostras -es nostrosque planctus. CAEL. AVR. acut. 1, 7, 52 *aiunt* aliam *esse alienationem* cum maerore atque -e). 56, 2 biberari (*v. vol. II 1954, 70*) varias -es. QVINT. inst. 11, 3, 179 dulces -es theatri (*i. 'spectatorum'*) causa producere. PS. QVINT. decl. 8, 19 cave viscera -e ne lasses. *al.* PLIN. paneg. 72, 5 quae faces illas nobis -es subiecerunt (*cf. 73, 4* acclamationum nostrarum fidem). TER. MAVR. 1590 tendebat geminas pavida -o voces. ITALA exod. 22, 23 (Wirc. *al.*) ⟨si⟩ ... clamantes proclamaverint ad me, audia⟨m⟩ -es eorum ([τῆς φωνῆς, *Vulg.* clamorem]. VVLG. Sirach 35, 18 -o eius [καταβόησις]). SCHOL. Iuv. 9, 78² ⟨dominae vox⟩: erae (*Wessner*, erit *PS*) -o. CLAVD. DON. Aen. 5, 70 p. 434, 20 'ore favete' -bus laetis favorem commodate. CAEL. AVR. acut. 3, 1, 4 -o vehemens atque ... perseverans, quam Graeci monotonon vocant. *et al.* *seq. oratio recta*: CIC. de orat. 3, 101 illa ipsa -o 'non potest melius' sit velim crebra. AVG. pecc. mer. 1, 21, 30 p. 29, 6 ad illam -em reditur: 'o altitudo divitiarum!' (*antea p. 28, 3*: exclamat apostolus: *eqs.*).

b *speciatim*: **α** *t. t. rhet. i. q.* ἐκφώνησις (*gr. v. p. 1264, 9.* SCHOL. Stat. Theb. 6, 491 *v. p. 50, 82*: ἐπεκφώνησις *v. p. 1264, 7.* *cf. Volkmann, Rhet. d. Griechen u. Römer p. 498; Ernesti, Lex. techn. Lat. rhet. s. v., Gr. rhet. s. v.* ἐκφώνησις): Ⓘ *defin. sim.*: RHET. Her. 4, 15, 22 -o est, quae conficit significationem doloris aut indignationis alicuius per hominis aut urbis aut loci aut rei cuiuspiam conpellationem, hoc modo: *eqs.* (*afferuntur exempla*). *ibid.* hac -e si loco utemur, raro, et cum rei magnitudo postulare videbitur, ad quam volemus indignationem animum auditoris adducemus. CARM. de fig. 79 ἐπεκφώνησις: -o ea (mea *P*) est, quam ut motus reddo repente. SERV. auct. Aen. 1, 11. MACR. Sat. 4, 6, 17 -o, quae apud Graecos ἐκφώνησις dicitur, movet pathos. haec fit interdum ex persona poetae, non numquam ex ipsius, quem inducit loquentem (*afferuntur exempla*). *enumeratur inter verborum figuras*: CIC. de orat. 3, 207 (*citat* QVINT. inst. 9, 1, 34). orat. 135 (*citat* QVINT. inst. 9, 1, 39) si est aliqua -o (*A, Quint.*; explanatio *L*) vel admirationis vel questionis (conquestionis *c. codd. dett. maluit Lambinus*). *inde*: QVINT. inst. 9, 3, 97 quod (*praeced. exempl.*) -em quidam vocant ponuntque inter figuras orationis. *inter figuras sententiae mavult ponere* QVINT. inst. 9, 3, 97. *confunditur per errorem, ut vid., c.* προσφώνησις: CASSIOD. in psalm. 66, 2 p. 459ᴰ haec figura dicitur prosphonesis, id est -o, quoties inter alia quae loquimur, ad dominum subito verba convertimus (*sim.* 114, 5 p. 819ᶜ, *ubi* proanaphonesis).

Ⓘⓘ *exempla -um apud poetarum interpretes*: IREN. 1, 15, 4 haec iam supra 'iu iu' et super 'pheu' et super universam tragicam -em et doloris vociferationem sunt ([φώνησιν]. *v. l. 29.* DON. Ter. Ad. 686). PORPH. Hor. carm. 3, 5, 6 illa per -em [per medium est] (*v. adn. crit.*), quae Graece διὰ μέσου inlata esse dicuntur: 'pro curia inversique mores!' (SERV. Aen. 11, 160). 2, 19, 6 epod. 5, 1. 7, 1 'quo, quo scelesti ruitis?' eleganter ut in tumultu ab -e incipit (DON. Ter. Hec. 198). epist. 2, 2, 23 est quasi -o (SERV. georg. 1, 491 ad deos). DON. Ter. Ad. 111 'pro Iuppiter' tragica ⌊-o est⌋ ([⌊ ⌋ *dett.*, -e *C*, -o *V*]. SERV. Aen. 4, 590 irascentis [*inde* SCHOL. Ter. p. 65, 11]). 179 haec non tam ratiocinatio est quam -o per dolorem. 279 *v. p. 1263, 55. al.* SERV. Aen. 4, 412 'inprobe amor' -o a poeta contra amorem (*cf.* ADNOT. Lucan. 1, 8 poetae [CLAVD. DON. Aen. 12, 500 p. 611, 16]. CLAVD. DON. Aen. 3, 55 p. 271, 20 poeta ... ex persona eius quem loquentem induxerat sic cupiditatis auri vituperationem clausit, ut generali -e diceret 'quid *eqs.*'). 8, 688 'nefas' -o est, ⌊quasi 'pro nefas'⌋ ([⌊ ⌋ *addidit* SERV. auct.]. *cf.* EVGRAPH. Ter. Haut. 716 'malum' ... -is continet locum [SCHOL. Ter. p. 136, 30]). *al.* COMMENT. Lucan. 2, 98. 4, 788 -o cum indignatione (*cf.* SCHOL. Stat. Theb. 9, 310 indignantis). *al.* SCHOL. Stat. Theb. 8, 728 'quis ardor' -o per interpositionem (9, 180). *al.* SCHOL. Iuv. 3, 60. *et al.* *respicitur status animi indignantis, unde saepe -o oritur*: DON. Ter. Phorm. 237 'causam tradere adversariis' hoc cum maiore -e dicitur; non enim dixit 'concedere adversariis', sed quod plus est 'causam tradere'. SCHOL. Iuv. 15, 13 carnibus humanis ⟨vesci licet⟩: ... haec cum -e legenda sunt. **β** *de acclamationibus in senatu, ecclesiis, synodis editis, quae imperatoribus referebantur* (*de re cf. e. g. Cod. Theod. gest. in sen. 1 sqq.; actionem Conc. Chalced. sextam. cf. p. 1266, 56*): EPIST. imp. Valent. Conc.⁸ II 3 p. 14, 20 gesta per quae et desideria et -es omnium pietas vestra cognoscat (ἐκβοήσεις) RVSTIC. Conc.⁸ I 4 p. 227, 16 ut ... -es in ecclesiis a populis fierent: crescat Theodori fides (*gr.* ἐκβοήσεις).

2 *praevalente vi passiva fere i. q. sententia, dictio sim.* (*seq. acc. c. inf.: l. 55. oratio recta: l. 61*): SEN. dial. 10, 1, 1 inde illa maximi medicorum -o est: 'vitam brevem esse, longam artem'. TAC. dial. 26, 3. 31, 6 ne Epicuri quidem et Metrodori honestas quasdam -es assumere ... alienum erit oratori (*de Epicuri operis tit. gr. v. Philippson, BphW. 40, 1920, 1032*). TERT. spect. 25 p. 25, 9 tragoedo vociferante -es ille alicuius prophetae retractabit (*seq.*: psalmum secum comminiscetur). adv. Prax. 28 p. 283, 9 non ita docent Acta Apostolorum in illa -e ecclesiae ad deum: 'convenerunt enim universi *eqs.*' (*act. 4, 27*). carn. 7 p. 441 Oe. (*cf. Vulg. Matth. 12, 47 sq.*). PRAEF. bibl. monarch. in Marc. *Marcus* initium principii (*sc. evangelii sui*) in voce propheticae -is instituens. PRISCILL. tract. 1, 11 p. 11, 13 *David*, ut ostenderet quid in superiori -e edixisset, subiecit: *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 4, 300 p. 395, 15 'his Aenean compellat vocibus' ... 'vocum' ... commemoratio -em futuram significat progressuram in ingratum.

exclāmātīvē *adv.* *ab* exclamare. *i. q. exclamationis more*: SCHOL. Ter. p. 159, 22 'pro' -e.

exclāmātōriē SCHOL. Hor. gloss. Γ carm. 1, 12 tit. (*cf. Hor. carm. 3, 30 subscr. codd. Aλ'.* *cf. l. 18*). prosphonetice idest

exclāmito, -āre. *cf. c.* exclamare *et c.* clamitare. *i. q. exclamare*: HIER. epist. 39, 6, 4 ululas et -as.

exclāmo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* clamare. *scribitur* escl-: ITALA Matth. 8, 29 (cod. a). *inter verba act. coniug Iᵃᵉ*: CHAR. gramm. p. 472, 11 B. *de notione*: GLOSS. ἐκβοῶ, ἐκφωνῶ. NOT. Tir. 56, 77 -at. *in gr. respondent*: ἀναβοᾶν: *v. p. 1265, 22. 40.* ἀνακράζειν: VVLG. Sirach 50, 18 I Macc. 2, 27 *al.* ἀναφωνεῖν: *v. p. 1266, 80.* βοᾶν: *v. p. 1265, 42. 1266, 81.* *saepe.* καταβοᾶν: ITALA exod. 22, 27 (Wirc.). κράζειν: *v. p. 1265, 68. 70. saepe.* κραυγάζειν: *v. p. 1266, 78.* σαλπίζειν: VVLG. I Macc. 3, 54 tubis -erunt (4, 40. 5, 33. 16, 8). 9, 13. φάναι: *v. p. 1266, 24.* φωνεῖν: VVLG. Marc. 1, 26 *al.* *in* ITALA *saepius invenitur* -are, *ubi* 'clamare' *Vulg.*; *v. p. 1265, 70*

[*Burckhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al. cf. et Capelle, le texte du ps. lat. en Afr. p. 102 (sim. v. p. 1266, 78). legitur inde a PLAVTO (5^{ies}), TER. (4er), *in pedestri sermone inde a* VARRONE (*semel*), RHET. Her. (*semel*), CIC. (25^{ies}); *deest* CAES. *ap. poetas dact. occurrit:* VERG. (*bis*), HOR. sat. (*bis*), OV. (*saepe*), VAL. FL. (*semel*), SIL., STAT., IVV. [*it. merid.* scamare. *M.-L.*] [*varr. ll.*: et clam-: *v. infra l. 38.* SIL. 2, 132 *Sang.* peroravit: FRONTO p. 160, 12 N. (*v. Hauler, ZöG. 61, 1910, 676*). *dub. interpret.*: STAT. Theb. 6, 203 ignis -at (*v. adn. crit.*). *loc. interpol.*: TERT. adv. Marc. 4, 23 p. 497, 15. TER. Eun. 625 (*del. Guyet*). *falso, ut vid., trad.*: QVINT. inst. 8, 3, 17 optima simplicium *verborum* creduntur, quae aut ⌊maxime -ant⌋ aut sono sunt iucundissima ([*antea*: vocalia]. ⌊ ⌋ ⟨rem⟩ maxime explanant *coni. Stroux, unde Radermacher*).]

I *vi clamandi plus minus servata*: A *absolute*: 1 *proprie de animantibus* (*metonymice de patria v. infra l. 39. in alleg. de morte v. infra l. 78*): a *latiore usu i. q. clamorem tollere, vociferari, elata voce loqui* (*opp.* obmutuit: *v. infra l. 30. iuxta pos.*: ingemescere: *v. infra l. 24*): α *ponitur nude*: (I) *in universum*: PLAVT. Most. 488 ille -at derepente maximum (*sc. in somno*). TER. Phorm. 870 paene ... -vi gaudio (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 10, 265 p. 328, 10 Troiani gratulantes -verant). CIC. Sest. 79 subito manus ... Clodiana ... -at incitatur invadit (*sim. de clamore bellico*: ITALA Ios. 6, 10 [Lugd.] *bis* [ἀναβοᾶν, *Vulg.* clamate ... vociferamini]. *et al.*). de orat. 3, 53 in quo *oratore homines* -ant? rep. 6, 12 cum -asset Laelius ingemuissentque ... ceteri (Tusc. 2, 34. 2, 56. *cf.* HOMER. 960 -ant Danai [*vs. 963* gemuerunt agmina Troum]). Tusc. 2, 46 -bis ut mulier, non constanter ... feres? (*sc. dolorem*). 2, 56 qui volunt -are maius, num satis habent latera fauces linguam intendere? (*cf.* QVINT. inst. 1, 11, 8 quotiens -andum erit, lateris conatus sit ille, non capitis). VERG. Aen. 12, 7 -ant Troes trepidique Latini (*cf.* OV. met. 13, 538 Troades -ant: obmutuit illa dolore). OV. met. 8, 341. 14, 741 -ant famuli (*cf.* STAT. Theb. 8, 644). SEN. epist. 56, 4 qui ad Metam Sudantem tubulas (*Gruter*, tabulas *codd.*) experitur et tibias, nec cantat, sed -at. PETRON. 21, 1. 22, 4 *al.* QVINT. inst. 1, 6, 45 tota saepe theatra (*v. infra l. 60*) et omnem circi turbam -asse barbare scimus. 3, 8, 59 *in suasoriis* cur initio furiose (*Regius*, -o *trad.*) sit -andum non intellego (*seq.*: non quiritet). 11, 3, 13 imbecilla *vox* ... inhibet ... insurgere ⌊⟨et⟩ -are⌋ (⌊ ⌋ *ed. Basil.*, -are *BP*, et clamare *bH*). 12, 10, 61 apud hunc *oratorem* et patria ipsa -bit. *al.* SVET. Cal. 12, 2. ITALA gen. 21, 16 (Aug. quaest. hept. 1, 54 p. 28, 11) -ans ... puer (*Ismael*) ploravit ([ἀναβοήσαν, *Vulg. aliter*]. VVLG. Iob 2, 12. *cf.* ITALA gen. 29, 11 [Aug. quaest. hept. 1, 87 p. 44, 27] -ans voce sua flevit [βοήσας, *Vulg.* elevata voce]. VVLG. Iudith 14, 14). *al.* CAPITOL. Maximin. 17, 2 incondite. EPIT. Alex. 110 PEREGR. Aeth. 7, 4 VVLG. II reg. 18, 25 *al.* CLAVD. carm. min. 53, 120 (et clamant *V*). COD. Iust. 1, 12 tit. qui ad ecclesias confugiunt ⌊vel ibi -ant⌋ (⌊ ⌋ et clamoribus ibi utuntur *Const. de re cf. W. Schulze, Kl. Schr. [1933], p. 163 sq.*). *et al.*

(II) *significantius*: c. *nota laudis, adhortationis, probationis, i. q. acclamare* (*opp.*: ingemescere *v. infra l. 53*): CIC. de orat. 2, 39 *v. p. 1266, 29.* orat. 168 contiones saepe -are vidi, cum apte verba cecidissent (*citat* GELL. 18, 7, 8). SEN. epist. 52, 10 si -veritis non aliter audiam, quam si ad tactum vitiorum vestrorum ingemescatis (*antea*: numquid aeger laudat medicum sectantem?). AVG. in euang. Ioh. 7, 6 p. $1440^{med.}$ si nulla sunt spectacula cur hodie convenistis? ecce quod diximus, vidistis et -astis: non -retis nisi vidissetis (in psalm. 26, 2, 8 p. $203^{med.}$. *cf.* 147, 15 p. $1923^{p. med.}$ [*seq.*: acclamaretur]). in epist. Ioh. 3, 11 p. $2005^{p. med.}$ audistis, et gavisi -astis (in psalm. 53, 7 p. $625^{a. med.}$ [*seq.* acclamaretis]). c. *nota reprobationis, i. q. reclamare*: CIC. orat. 173 in versu quidem theatra (*v. supra l. 34*) tota -ant (reclamant *Lambinus*), si fuit una syllaba ... brevior. COD. Iust. 9, 47, 12 cum ... a populo -tum est, iterum dixerunt: vanae voces populi non sunt audiendae.

β *adduntur*: (I) *praepp.* (*fere ap. christ.*): ad (*cf. et infra l. 75. acced.* pro: *l. 71*): TERT. adv. Prax. 30 p. 287, 12 ad quem deum -bat *Christus*? ([*sc. crucifixus, v. p. 1266, 80. sim. de Christo*: LACT. inst. 4, 19, 2]. LACT. inst. 7, 17, 11 *iusti* magna voce. HESYCH. in lev. 25, 54 p. 1138^{A} intente. *et al.*). ITALA exod. 22, 23 (Cypr. testim. 3, 113 p. 182, 1) si ... vociferantes -verint ad me (κεκράξαντες καταβοήσωσι, *Vulg.* vociferabuntur). psalm. 3, 5 (Tert. adv. Marc. 4, 13 p. 457, 13) ad dominum ([ἐκέκραξα, *Vulg.* clamavi]. *al.* AVG. civ. 17, 7 p. 222, 30 D. *Samuel* pro Israel [*v. l. 64. cf. Vulg. I reg. 7, 9*]. *et al.*). Ezech. 8, 18 (Ps. Tert. adv. Iud. 11 p. 732 Oe.) ad aures (*cf. infra l. 79*) meas (*Vulg.* clamaverint, *LXX aliter*). *sim. al.* *sensu adversativo* (*acced.* ad *l. 75*): ITALA deut. 15, 9 (Aug. quaest. hept. 5, 21 p. 388, 10) adversum te ad dominum ([βοήσεται κατὰ σοῦ, *Vulg.* clamat contra te]. VVLG. Dan. 13, 24. *fort. huc pertinet* ITALA exod. 22, 27 [Wirc.]). CASSIOD. hist. 6, 22 p. 1043^{C} (*alleg.*) perimant: mors contra eos semper -at (*i. 'mors quasi clamando eos semper admonet'*). (II) *dat.*: THEOD. PRISC. log. 49 p. 150, 10 auribus (*cf. supra l. 72*) eorum (*sc. epilempticorum*) -bo.

b *strictiore usu et magis debilitata vi fere i. q. per exclamationem verba concepta edere, loqui sim.* (*plerumque in refutatione; v. e. g. p. 1266, 1. 3. 5. syn.* litigare: *v. p. 1266, 2.* dicere: *p. 1266, 11. additur dat.: p. 1266, 11,* contra: *p. 1266, 10*): SEN. epist. 121, 1 iterum ... -bis: 'hoc quid ad mores?' sed -a, dum tibi primum alios opponam, cum quibus litiges. TERT. orat. 14 p. 189, 11 nec attollere eas (*sc. manus immundas*) ad dominum audent *Israelitae*, ne -et aliquis Esaias (*cf. Vulg. Is. 1, 15*). adv. Marc. 4, 23 p. 497, 2 asinus de Aesopi puteo modo venis et iam -as (*antea p. 496, 24*: increpatio). 5, 14 p. 625, 8 haec si Marcion de industria erasit, quid apostolus eius -at, nullas intuens divitias dei (*antea*: atquin -at: 'o profundum divitiarum *eqs.*'). ARNOB. nat. 1, 51 p. 35, 11 admiratio non habet quod -et. AVG. civ. 4, 26 p. 178, 9 D. hic -et Cicero non contra figmenta poetarum, sed contra instituta maiorum. HESYCH. in lev. 23, 36 p. 1094^{B} 'vobis' dixit, illis -ans, qui sic vixerunt. DRAC. Romul. 8, 189 cur invidus alter -at? (*cf. vs. 120*).

2 *transl. de rebus*: a *fere i. q. strepitum edere, concrepare* (STAT. Theb. 6, 203 *v. p. 1265, 7*): STAT. Theb. 10, 263 ne gravis -et portae mugitus ahenae. IVV. 6, 423 aliptes ... summum dominae femur -are coegit (*spectare videtur ad crepitum manu aliptae effectum*). b *de vocibus, fere i. q. sonum acutum habere*: QVINT. inst. 8, 3, 17?, *v. p. 1265, 9.* 9, 4, 137 summissa, qualia in epilogis sunt, ... minus -antīs *syllabas* exigunt (*antea*: claras voces).

B *c. obi.*: 1 *i. q. -ando dicere*: a *c. enuntiato* (*at v. l. 59*): α *seq. oratio recta*: (I) *desunt alia verba dicendi* (*impers. v. infra l. 61. additur dat.: infra l. 65*): PLAVT. Amph. 1064 ibi nescio quis maxuma voce -at: 'Alcumena, adest auxilium *eqs.*' (VVLG. Dan. 13, 46. 14, 17. RVFIN. hist. 5, 1, 52 voce magna ad plebem [ἔφη πρὸς τὸ πλῆθος τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ]. *et al. cf.* LACT. mort. pers. 9, 8 truci vultu ac voce terribili). Trin. 705 non enim (noenum *Ritschl*) possum quin (*codd. Cic.*, qui *trad.*) -em: euge, euge Lysiteles, πάλιν! ([-em euge. euge *eqs. distinguit Leo*]. *inde* CIC. de orat. 2, 39 'non ... -em', ut ait ille in Trinummo: ita oratoris mihi vim ... exprimere subtiliter visus es). TER. Hec. 368 Ad. 620 VARRO rust. 1, 69, 2. RHET. Her. 4, 50, 63 -at, ut omnes audiant: 'videto *eqs.*' (*cf.* LIV. 8, 6, 4). CIC. Tusc. 2, 19 -at *Philoctetes* ... mori cupiens: 'heu, qui *eqs.*' (OV. met. 12, 499 PORPH. Hor. carm. 2, 19, 1. *et al.*). 5, 73 nullum sapienti esse tempus, etiamsi uratur, torqueatur ... quin possit -are: 'quam pro nihilo puto!' (*cf.* SEN. epist. 66, 18). nat. deor. 1, 13 itaque mihi libet -are ut in Synephebis: 'pro deum ... clamo ... fidem' (SEN. epist. 64, 4 STAT. silv. 4, 6, 39 MART. 2, 75, 9 *al.*). Att. 8, 8, 2. 15, 11, 2 VERG. Aen. 2, 535. HOR. sat. 1, 2, 18 'maxime' quis non 'Iuppiter' -at simul atque audivit? 1, 7, 33. OV. am. 2, 5, 29 'quid facis?' -o (met. 5, 13 fast. 4, 556). epist. 10, 35 'quo fugis?' -o (met. 8, 108). 15, 123 'quo ruis?' -at, 'referes incendia tecum *eqs.*' (HOMER. 557). met. 4, 356 'vicimus *eqs.*!' -at (6, 513 AMM. 16, 8, 9). *saepe.* LIV. 3, 2, 8 unus ab statione hostium -at: 'ostentare hoc est ..., non gerere bellum' (CVRT. 6, 10, 36 PETRON. 30, 5). 5, 55, 1 (*inde* VAL. MAX. 1, 5, 1). *al.* VITR. 6 praef. 1 SEN. contr. 3 praef. 16. *al.* SEN. apocol. 13, 6 Herc. f. 771 OCTAVIA 333 SEN. dial. 5, 8, 6 benef. 6, 3, 1 epist. 55, 3 *al.* LVCAN. 1, 359 *al.* PETRON. 49, 5. 74, 7 *al.* VAL. FL. 7, 530. SIL. 9, 110 -at iuvenis subita flammatus ab ira: 'non sim *eqs.*' (*cf.* 11, 99 fulminea torvum -at Marcellus ab ira. STAT. Theb. 12, 590 APVL. met. 5, 28). 13, 436 vates (13, 874. *cf.* STAT. Theb. 4, 472). *al.* STAT. silv. 5, 1, 239 protinus -es: '*eqs.*' (MART. 5, 52, 4. *et al.*). *al.* QVINT. inst. 6, 3, 81 IVV. 3, 292 *al.* TAC. ann. 14, 8 SVET. Tib. 61, 5 *al.* TERT. ieiun. 16 p. 295, 17. *saepe.* SYNOD. Hil. ad Const. 1, 2, 2 p. 182, 11. AMM. 19, 11, 10 quidam ... 'marha marha' (quod est apud eos signum bellicum) -vit. *et talia saepe.* *technice* (*cf. p. 1264, 46*): COD. Theod. 7, 20, 2 pr. (= Iust. 12, 46, 1, 1) adunati veterani -erunt: '*eqs.*' ([*seq.*: universi veterani dixerunt. *antea*: acclamatum est]. *cf.* CONC. Mansi 8, 1060, 1 haec [*v. p. 1267, 37*] cum -assent; *antea*: voces factae sunt a populo dicentes [*sc. in ecclesia praesente patriarcha una cum clero*]. *gr.* ταῦτα αὐτῶν ἐκβοησάντων. *ibid.*: clamantes *sim.*). *impersonaliter*: TERT. adv. Marc. 5, 14 p. 625, 13 inde ... -tum est: 'o profundum divitiarum et sapientia dei!' (*cf. Vulg. Rom. 11, 33*). PRISCILL. tract. 5, 90 p. 67, 15 ut ... -etur in vobis: 'fiat lux'. AMM. 20, 9, 6. 21, 10, 7. *additur dat.*: SEN. contr. 7, 7 (22), 19 dicenti (desinente *coni. Wachsmuth*) discipulo statim -bat: ἱμερτὴν ἠχώ (*v. adn. crit.*). *ibid.* (= contr. exc. 7, 7) alteri (*sc. discipulo*) ... -vit Cestius: *eqs.* LAMPR. Alex. 60, 6 mulier Dryas eunti -vit Gallico sermone: 'vadas *eqs.*' AMM. 30, 5, 12. SACR. Leon. 366 quibus evangelica sententia convenienter -at: 'si lumen quod in te est tenebrae sunt *eqs.*' (= *Vulg. Matth. 6, 23*). DRAC. Orest. 137 GREG. TVR. glor. mart. 77.

(II) *per pleonasmum expresse accedit verbum dicendi*: LIV. 7, 16, 5 Sex. Tullius ... -at: 'aspice, imperator', inquit, 'quemadmodum *eqs.*' (APVL. flor. 14 p. 47 AMM. 25, 9, 4). TERT. adv. Prax. 23 p. 272, 18 adhuc -at Iesus et dicit: 'qui credit in me *eqs.*' ([*cf. Vulg. Ioh. 12, 44* Iesus autem clamavit et dixit: *eqs.*]. ITALA Luc. 4, 41 [Mar. Victorin. adv. Arrium 1, 15 p. 1049^{C}] daemonia ... -antia et dicentia [κραυγάζοντα, *Vulg.* clamantia]. VVLG. I reg. 28, 12 *mulier* -vit voce magna et dixit ad Saul: '*eqs.*' [Dan. 13, 42. Luc. 1, 42; ἀνεφώνησεν]. *et al.*). VVLG. Marc. 15, 34 hora nona -vit Iesus voce magna dicens: '*eqs.*' ([ἐβόησεν. *cf. Matth. 27, 46* clamavit. *inde*: TERT. *v. p. 1265, 64. 1267, 21.* HIL. *v. p. 1267, 35*]. *saepe.* AVELL. p. 704, 8. *et al.*). VVLG. II reg. 2, 26 -vit Abner ad Ioab et ait: 'num *eqs.*?' (IV reg. 18, 28 Iudaice. *al.*). *et sim. al.*

[*Burckhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β pendet enuntiatum: (I) *declarandi*: *per acc. c. inf.* (*omittitur subiectum infinitivi*: CIC. de orat. 2, 276 PLIN. paneg. 6, 2 *al.*; *verbum suppl. ex sententia*: *v. infra l. 18.* AMM. 20, 4, 20): PLAVT. Capt. 510 hic (*Philocrates*) -at, eum sibi esse sodalem. TER. Eun. 23 -at *Luscius* furem, non poetam fabulam dedisse. CIC. Verr. II 3, 139 tu -as (*V β*, clamas *O*) hominem improbum *esse*. Cluent. 30. 40. Sest. 80 cur tam temere -arit occisum (TAC. hist. 1, 35). de orat. 2, 276. 280 ac. 2, 14 Att. 1, 18, 2 *al.* SALL. Iug. 101, 6 *Numida* latine ... -at nostros frustra pugnare. LIV. 4, 27, 12. 10, 14, 19 *al.* VAL. MAX. 8, 9 ext. 2 SEN. clem. 1, 9, 9 ASCON. Mil. p. 34, 16 St. PERS. 5, 103 -et (-at *P*) Melicerta perisse frontem de rebus (*cf. Hor. epist. 2, 1, 80; v. vol. III 1252, 43*). QVINT. inst. 6, 4, 9. FRONTIN. strat. 2, 4, 11 *Myronides* -vit sinistro *cornu* iam se vicisse (GELL. 15, 18, 2. *cf.* SVET. Aug. 16, 2). TAC. ann. 6, 21, 2. 13, 54 *al.* APVL. flor. 19 p. 95 confestim -vit vivere hominem: procul ... faces abigerent *eqs.* (*cf.* ITALA act. 25, 24 [cod. e] -antes non oportere eum vivere amplius; βοῶντες [ἐπιβ- *l. v.*], *Vulg.* clamantes). LAMPR. Alex. 22, 7 illi continuo -erunt carnem bubulam (*sc. se caram putare*). AMM. 15, 7, 9 *al.* SVLP. SEV. dial. 3, 4, 3 trepidus -at Martinum esse pro foribus: irent protinus *eqs.* (*cf.* 3, 4, 4). MART. CAP. 5, 505. *et sim. al.* *per* quod: TERT. adv. Prax. 26 p. 279, 12 *Christus* -ans, quod se deus reliquisset (*v. p. 1266, 82*). AVG. civ. 5, 22 p. 234, 30 D. *multi ignari* in nostram religionem ... insiliunt -antes, quod, si ipsa non esset ..., Romana virtute ... id quoque *bellum* celerrime finiretur. (II) *iubendi*: *per* ut (ne): CIC. rep. 1, 29 quas (*geometricas formas*) ut vidisset, -visse *dicitur Plato*, ut bono essent animo. LIV. 4, 38, 2 cum magna voce -asset, ut equites ... ex equis desilirent (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 11, 218 p. 438, 14 iustis vocibus -bant, ut ... dimicationis subiret incertum [*Verg.*: iubent decernere]). 37, 24, 7 FEST. p. 249 COMM. apol. 939 VVLG. Dan. 5, 7 AVELL. p. 8, 3. *per coni. exhort.* (*cf. supra l. 15. 20*): TAC. ann. 2, 17, 2 -at irent, sequerentur Romanas avīs. SVET. Vesp. 19, 2 -vit centum sibi sestertia darent ac se vel in Tiberim proicerent. (III) *interrog. obl.*: IVST. 5, 10, 1 magna voce Thrasybulus -at: cur se victorem fugiant potius quam ... adiuvent? HIL. in Matth. 33, 6 p. 1075ᴬ cur relinquatur -at (*sc. Christus. v. p. 1266, 82*).

b *c. accus. rei* (*de melodia fere i. q. resonare v. infra l. 47. pro obi. est enunt. relat.*: *infra l. 50*): LIV. 41, 2, 7 id forte temere ab uno -tum totis ... personabat castris. SEN. dial. 3, 20, 8 Homericum illum -ans versum: '*eqs.*' (nat. 3 praef. 3. *cf.* epist. 110, 18 illam vocem ... -a: habeamus aquam *eqs.* QVINT. decl. 312 p. 227, 12 optime ... mihi videtur ac militari facinore illa -asse: *eqs.* AMM. 16, 5, 10 vetus illud proverbium). QVINT. inst. 6, 2, 26 ut lugentes utique in recenti dolore disertissime quaedam -are videantur (*seq.* ira ... indoctis ... eloquentiam faciat). AVG. civ. 2, 14 p. 70, 35 D. frustra hoc -ante Cicerone, qui cum de poetis ageret: 'ad quos *eqs.*' inquit (*rep. 4, 9*). *nota* (*v. supra l. 37*): NICET. psalm. 13 p. 80, 2 B. sonus ... vel melodia ..., non quae tragicas difficultates -et, sed quae ... veram christianitatem demonstret (*seq.*: non quae aliquid theatrale redoleat). *pro obi. est enunt. relat.*: SEN. benef. 2, 11, 1 libet -are, quod ille ... -vit ...: redde me Caesari (IVV. 8, 29). POTAM. epist. ad Athan. p. 1418ᶜ quod ... pater dixit, filius (*i. Christus*) -vit. et quod filius locutus est, pater implevit. *v. et p. 1266, 59.*

2 *c. acc. personae i. q. vocare* (*ex falsa versione*: PSALT. Cas. 119, 1 dominum ... -vi [πρὸς κύριον, *Vulg.* ad d.]): PLAVT. Amph. 1120 voce clara -at uxorem tuam. ANTON. or. frg. Cic. Phil. 2, 28 (*sim.* 2, 30) Caesare interfecto ... statim cruentum alte extollens Brutus pugionem Ciceronem nominatim -vit. CAEL. AVR. acut. 2, 6, 26 *oportet lethargicum* leviter excitari, suo nomine -tum.

II *notione clamandi abolita*: **A** *fere i. q. recitare, declamare* (*acced.* de: *l. 65*): PLIN. nat. 34, 166 Nero ... lamnā pectori impositā sub ea cantica -ans alendis vocibus demonstravit rationem. QVINT. inst. 2, 11, 2 beneficio ingenii praestantes ... multa ... memoria digna -erunt (*opponuntur ii qui ex arte declamant*). TERT. apol. 39, 10 nulla de nostra fraternitate tragoedia -at. BOETH. cons. 1, 4, 46 W. libet -are: o ... conditor urbis *eqs.* (*seq. carmen. cf. 1, 5, 1*: haec ubi continuato dolore delatravi).

B *singulariter* -are in vocem *fere i. q. erumpere*: SVLP. SEV. Mart. 22, 4 in hanc vocem fertur -asse Martinus: 'si *eqs.*'

adverbia selecta (*acc. neutr. v. infra l. 73. 75. 77*): confidentius: AMM. 25, 9, 4. 29, 1, 6 (-ter). convenienter: *v. p. 1266, 70.* disertissime: *v. supra l. 44.* dolenter: AMM. 22, 5, 5. fortiter: VVLG. Dan. 5, 7. furiose: *v. p. 1265, 36.* immane: SIL. 15, 383. intente: HESYCH. in lev. 25, 54 p. 1138ᴬ. DRAC. Orest. 137 (-ius). maius: *v. p. 1265, 27* (maxime: *v. p. 1265, 10.* APVL. met. 5, 28. maximum: *v. p. 1265, 18*). manifeste: TERT. adv. Marc. 2, 18 p. 360, 12. APVL. flor. 14 p. 47. minus: *v. p. 1266, 19.* torvum: SIL. 11, 99. turbulente: AMM. 20, 4, 20. valde: PETRON. 105, 5. barbare: *v. p. 1265, 35.* Iudaice: *v. p. 1266, 84.* Latine: *v. supra l. 9.*

deriv.: [exclamabilis], exclamatio, exclamative, exclamatorie, exclamito.

exclāro, -āre. *ab* ex *et* clarare. [*it.* schiarare. *M.-L.*] *i. q. clarum reddere, illuminare* (*opp.* obscurare *l. 84*): VITR. 1, 2, 7 ea caeli regio (*sc. septentrio*) neque -atur neque obscuratur solis cursu, sed est certa inmutabilis die perpetuo. PLAC. med. rec. *β* 11 l. 3 (*ad oculorum claritatem*) inunctio eius (*sc. taurini fellis*) -at (exhilarat *Vr Vi*, declarat *Va*).

NOT. Tir. 66, 74 **exclīnat** (*cf.* clino; de-, re- *sim.*; *gr.* ἐκκλίνω). *Burckhardt.*

***exclūdo**, -ūsī, -ūsum, -ere. *ab* ex *et* claudo. *scribitur in cod.* escl-: VARRO ling. 5, 133. NOT. Tir. 50, 79 -it. 50, 80 -sit. *forma perf. brevior* -usti: TER. Eun. 98 (DON., -sit *codd.*). *perf.* -udi: LIB. geneal. chron. I p. 161, 22 b (-serat *l. v.*). PASS. Petr. Paul. long. 1 (-sit *l. v.*). *praes.* -et (*pro* -it): CHIRON 227 DIOSC. 3, 38 p. 394, 21 *al.* *de notione* (*v. Löfstedt, Peregr. Aeth., p. 181; Heraeus GGA 1915, 482; Hyskell, ClPh. 13, 1918, 401; U. Leo, Glotta 10, 1920, 174. 176; Rehm, Glotta 24, 1936, 266 sqq.* [*cf. p. 1271, 84*]): PRISC. gramm. III 36, 1 -o extra cludo. SYNON. Cic. Char. gramm. p. 421, 34 B. discludit -it disturbat disicit diverberat diffidit desperat despondet deficit. p. 424, 1 excindit evertit amovet -it evellit eximit extrahit sollicitat prosternit dividit devertit eruit. PORPH. Hor. carm. 4, 15, 18 'exiget' nunc '-et' significat, quasi ἔξω aget. NON. p. 310, 10 -ere ... eicere (TER. Eun. 49 *v. infra l. 51*), liberare (LVCIL. 715 *v. p. 1269, 56*). AVG. spir. et litt. 10, 17 p. 169, 21 in psalm. 54, 22 p. 643ⁱⁿⁱᵗ· 67, 39 p. 836ᶠⁱⁿ· 106, 14 p. 1428ᶠⁱⁿ· (*de his locis fusius egi Glotta 24, 1936, 266 sqq.*). GLOSS.ᴸ I Ansil. EX 304 -ret eliceret (346 *al. cf.* III Abstr. EX 49 -it elicit aut sculpit [*v. p. 1271, 83*]). 305 -it excussit, id est lapidem formavit (*v. p. 1271, 83*). II Abav. EX 25 -sa exp⟨l⟩odita (III Abstr. EX 119 *al. cf. p. 1270, 77*). 35 -sit (exculsit *trad.*) produxit eximit (40). V Aa E 732 -itur reprobatur. GLOSS. -or ἐκκλίομαι, -it παρεξωθεῖ. *legitur inde a* PLAVTO; *deest* SALL.

[*variat in codd. c. simpl.*: LIV. 39, 49, 10. *c.* excudere: *v. p. 1271, 83 sqq. et* excudo. explodere: COD. Iust. 3, 29, 7 (*a. 294*). extinguere: PELAG. in Rom. 1, 7 p. 9, 4. discutere: DRAC. laud. dei 3, 666. *falso trad. pro* exaudire: SEN. nat. 4 praef. 19. excutere: GERM. 155 LVCAN. 7, 158 DON. Ter. Phorm. 321. expellere: LVCAN. 5, 209. *ex coni.*: PLAVT. Truc. 758 (incluit *trad.*). VOLCAC. carm. frg. 4 Hecura sexta ex his (exclusast *Ritschl, Opusc. III p. 235; cf. p. 1270, 77*) fabula. TERT. adv. Hermog. 16 p. 143, 27 (excusas *trad., def. Oehler*). AVIEN. Arat. 331 (excuditis *trad.*; *v. Glotta 24, 1936, 266²*). *loc. dub.*: PROP. 2, 16, 27 barbarus -sis agitat vestigia lumbis (*def. Thörnell, Eranos 25, 1927, 217; ego malim trahere ad p. 1269, 46*). CHIRON 192 (*loc. corrupt.*). VVLG. psalm. 67, 31. GREG. TVR. Mart. 1, 2 p. 587, 28 (*v. Bonnet p. 250⁷*).]

I ***i. q. non admittere, foris detinere*** (*apud* PLAVT. [*praesertim* Mil. 977] *et inde a* TERT., ITALA [*infra l. 72 sqq.*; *v. et Rönsch, Sem. Beitr. 3 p. 35*] *transit ad notionem 'eiciendi, expellendi'* [*cf. infra l. 58. 84; aliter p. 1270, 82*]): **A** *proprie* (*in imag. l. 54. p. 1269, 24. 32*): **1** *animantia* (*in re militari fere i. q. intervel circumcludere, e. g. l. 62 sq. 69; lunam: l. 56*): PLAVT. Asin. 596 homo ... hinc -sust foras (Men. 470. 668. 1040 Mil. 977 TER. Eun. 98 Ad. 119 LVCIL. 938 QVEROL. p. 35, 6. AVG. in psalm. 124, 3 [*syn.* eiecerunt]). Men. 671 ab se (*opp.* occludet domi). Truc. 635. TER. Andr. 386 (*opp.* concludar). Hec. 339 istinc -ēre. Eun. 49 -sit; revocat. 159 ([*opp.* recipitur]. OV. am. 1, 8, 78 SEN. benef. 6, 34, 1 *al.*). 481 AFRAN. com. 376. VARRO rust. 2, 3, 7 *capras* astrologi ... ut extra lembum duodecim signorum -serint. CIC. Verr. II 3, 8 (*opp.* introducitur). II 5, 38 a domo. II 5, 84. 118 ab extremo conspectu (SEN. nat. 7, 27, 1 *luna* c. solis -itur). Cluent. 175 undique. Catil. 1, 10. Balb. 39 moenibus. Lig. 25 provinciā. Phil. 12, 7 *Capua* impios cives ... eiecit, -sit (10, 12 epist. 14, 3, 2. HIL. in Matth. 12, 22 p. 992ᴮ spiritum immundum [*cf. infra l. 76*]). Brut. 87 Att. 5, 20, 2 *al.* POMP. Cic. Att. 8, 12 b, 1 LENT. Cic. epist. 12, 14, 4. LVCR. 4, 1177 -sus amator (HOR. sat. 2, 3, 260. *cf.* TIB. 2, 4, 39 amantes. *al.*). CAES. Gall. 7, 55, 9 ab (*om. β*) re frumentaria. civ. 2, 41, 6 *al.* BELL. Afr. 17, 1 unam partem ab altera. BELL. Hisp. 5, 3 ab oppido commeatuque (LIV. 9, 13, 8 *al.*). *al.* NEP. Them. 5, 1 reditu. VERG. Aen. 9, 723. 11, 887 HOR. sat. 1, 2, 67 *al.* TIB. 2, 3, 73 PROP. 1, 5, 20 *al.* OV. am. 3, 4, 8 *al.* LIV. 4, 39, 1. 34, 9, 3 aditu. *al.* SEN. contr. exc. 5, 5 a publico. 5, 7 ([*opp.* admissos]. IVV. 4, 64 PLIN. paneg. 48, 4 *al.*). VAL. MAX. 6, 2 praef. (*opp.* invitaverim). SEN. dial. 6, 10, 1 *al.* CVRT. 10, 6, 2 LVCAN. 7, 97 PETRON. 95, 7 *al.* PLIN. nat. 22, 11 -sam (*fere i. q. 'circumclusam', cf. p. 1269, 5*) ab hoste legionem ... eduxit. STAT. Theb. 1, 424 *al.* MART. 4, 42, 13. QVINT. decl. 374 p. 413, 22 *al.* SVET. Aug. 45, 4 *al.* APVL. apol. 100 e domo. TERT. idol. 11 p. 42, 24 daemonium (ITALA Matth. 7, 22 [Cypr. testim. 3, 26 p. 141, 9 *al.* Ps. Cypr. ad Novat. 8 p. 58, 21; cod. k, *ubi v. et* Matth. 9, 33. 12, 24 Marc. 9, 18. 28]; ἐξεβάλομεν, *Vulg.* eiecimus. CYPR. unit. eccl. 15 p. 223, 17 ITIN. Theod. 12. *et al. cf.* LACT. inst. 4, 27, 2 spiritus [HEGES. 5, 2, 1 p. 296, 4 *al. cf. supra l. 59*]. FIRM. math. 1, 9, 1 animam [AVG. civ. 21, 14 p. 517, 28 D. *al.*]). *adv.* Marc. 4, 30 p. 525, 22 'cum ... cluserit ostium' ... -endis iniquis. ITALA exod. 33, 2 (Monac.); ἐκβαλεῖ, *Vulg.* eiciam. Marc. 11, 15 (cod. k) coepit -ere eos qui vendebant (ἐκβάλλειν, *Vulg.* eicere). HERM. vulg. (= Pal.) vis. 3, 9, 6 extra ianuam (ἐκκλεισθήσεσθε). CYPR. ad Donat. 12 p. 13, 18 de confinio pauperibus -sis. hab. virg. 17 p. 199, 17 (*syn.* removeat). epist. 69, 16 p. 765, 12 diabolum. *al.* PANEG. 12, 17, 1. FIRM. math. 5, 3, 16 mulieres (*i. dimittunt. cf.* COD. Theod. 3, 16, 2). QVE-

[*Rehm*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ROL. p. 40, 5. CLAVD. DON. Aen. 10, 709 p. 381, 19 montibus aper -sus (*Verg. l. c.* de montibus ... actus). VVLG. I Macc. 10, 75 (ἀπέκλεισαν). DIOSC. 3, 87 p. 414, 25 serpentes e domibus ([*gr. 3, 79, 2* διώκει]. *al.*). EVGIPP. Sev. 29, 1 nix tanta confluxerat, ut eos ... vallatos velut ingens fovea demersos -ret (incl- *l. v.; cf. p. 1268, 69. l. 40*). *et al.*

2 *res*: **a** *eas quae vel suapte natura vel ab animantibus emissae se extendere et aliquo penetrare temptant*: CIC. har. resp. 37 curiosos oculos (PS. QVINT. decl. 1, 15 AVG. serm. 47, 16, 30 p. 315fin. *cf.* SEN. benef. 5, 6, 4 adspectum. CLAVD. DON. Aen. 4, 125 p. 371, 7 visus. *aliter p. 1270, 84*). ad Q. fr. 1, 1, 25 nullius inopiam ... cubiculo esse -sam tuo. HOR. carm. 2, 15, 10 fervidos ... ictus (*sc. solis; cf.* SEN. nat. 1, 3, 1 STAT. silv. 1, 2, 154 *al.*). VITR. 1, 6, 1 ventos ex angiportis (*al. cf.* PLIN. nat. 11, 226 *spiritum* [*al.*]). CELS. 7, 20, 4 *intestina* a scroto. SEN. dial. 4, 10, 8 undam *a navigio* (*cf.* MELA 1, 27 oceanum. CIL XII 107 [*a. 163*], 6 -sis fluminibus et in naturalem alveum redactis [AVSON. Mos. 38. *cf.* IVST. 2, 1, 20 *Nilum*]. VLP. [NERAT.] dig. 39, 3, 1, 2 aquam. PALLAD. 1, 34, 7 *umorem*. CET. FAV. 4 p. 291, 26 venarum capita *a puteo. v. et p. 1272, 41*). SEN. nat. 1, 2, 11 aer ... ut -at aut summoveat a se lumen inmissum (*aliter infra l. 52*). 3, 7, 2 *imbrem* terra (*opp.* absumit). *al.* PLIN. nat. 18, 146 densitate seminis omnia occupari internascentesque herbas -i. STAT. silv. 3, 1, 121 primas. Theb. 7, 270 difficiles -ere vulnera peltas (*paulo aliter* SYMM. epist. 3, 35 ut iudicati remissione famae suae vulnus -at [*i. sanet? cf.* PETR. CHRYS. serm. 84 p. 437C *ut* eius qui infirmatus fuerat sanaret et -ret passiones. *p. 1270, 29*]). 11, 200 fidas -sit casside voces (RVFIN. hist. 5, 16, 17. *cf.* QVINT. decl. 388 p. 437, 14 auribus ... sonum [*aliter p. 1271, 51*]). PLIN. epist. 5, 6, 21. FRONTO p. 214, 4 N. fumum. CLAVD. DON. Aen. 2, 210 p. 177, 10 calor ... -itur *a corpore. al.*

